IOANNIS FRANCISCI RIPAE,

A SANCTO NAZARIO PAPIENSIS,

In Primum Decretalium librum Commentaria.

QVIBVS QVID NVPER ACCESSERIT, QVOD HACTENVS in cæteris prioribus editionibus desiderabatur, facilè studioso lectori patebit, si maximam diligentiam tùm in conferendis his nostris cum vetustissimis codicibus, tùm vel maximè in castigandis grauissimis erroribus, quibus singulæ scatebant pagellæ, nunc adhibitam perpendat.

Communes item Doctorum sententiæ ab Authore passim citatæ non inutiliter curauimus, vt sub varia literarum figura cum hac nota ☞ demonstrentur.

VENETIIS, MDLXXXVI.

ANNOTATIO RVBRICARVM, & Capitulorum, quæ in primo libro Decretalium continentur.

DE Constitutionibus, *Rubrica fol.* 2.
Cap.Cum M.Ferrariensis. 7
De rescriptis. *Rubrica fol.* 20.

Cap.Sicut Ranoma 21
Cap. Ex parte. 25
Cap. Inter cæteras 27
Cap. Si quando. 29
Cap. Eam te. 30
Cap. Ad aures. 32

FINIS.

IOANNIS FRANCISCI RIPAE A SANCTO NAZARIO,

IVRISCONSVLTI PRAESTANTISSIMI,

In primum Decretalium librum perpolita Commentaria.

Nunc postremò solerti cura, arctiorique diligentia quàm hactenus vnquam factum sit, diligentia recognita, & repurgata.

SVMMARIVM.

1 *IVS scriptum, certius est, & nobilius iure non scripto.*
2 *Scientia Trinitatis, & fidei; est necessaria, & præambula ad reliquas capescendas.*
3 *Ius scriptum de Deo, ratione subiecti est dignius alio iure.*
4 *Lex, est constitutio populi Romani.*
5 *Lex scripta, & consuetudo, an sint paris potentia.*
6 *Constitutio quid sit.*
7 *Constitutio in quo differat a lege.*
8 *Iura loquentia de Imperatore, habent locum in Regibus, & aliis non recognoscentibus superiorem.*
9 *Diffinitio quid sit.*
10 *Constitutio, est nomen generale, ad omne ius scriptum.*
11 *In materia odiosa, verba poßunt sumi vt genus, & species, sed semper intelligenda sunt vt species.*
12 *Constitutio, vnde dicatur.*
13 *Exceptio doli, obstat contra legem, vel statutum, in odium aliquorum particularium editum.*
14 *Papa, an absque collegio Cardinalium, & Imperator absque consilio procerum, legem condere possint.*
15 *Solus dictio, non excludit socios.*
16 *Papa non debet vti plenitudine potestatis, nisi ad remouenda scandala.*
17 *Necessitas, quot modis sumatur.*
18 *Ecclesia Romana constituitur ex omnibus Christi fidelibus.*
19 *Ad eßentiam cuiuslibet collegij, requiritur vnum caput.*
20 *In iuribus limitatorijs, ex identitate rationis idem ius statuitur, sicut in his, quæ statuunt.*
21 *Papa, & Imperator, in quibus casibus nihil possunt statuere de nouo.*
22 *Constitutio, in quo differat a canone, decreto, decretali, & similibus.*
23 *Canon Græcè, dicitur Latinè regula.*
23 *Canonicarius quis.*
25 *Canonica institutio, vel electio, quot modis dicatur.*
26 *Canonicus, quare dicatur.*
27 *Canonis appellatione, in materia fauorabili etiam comprehenditur sinodalis constitutio.*
28 *Canon, quot modis capi possit.*
29 *Canon, an rectè possit denotare legem ciuilem.*
30 *Decretum, quid sit.*
31 *Decretalis epistola, quæ dicatur.*
32 *Sanctio quæ dicatur.*
33 *Pragmatica sanctio, quæ dicatur.*
34 *Pragmatici viri, qui dicantur.*
35 *Annotatio, quid sit.*
36 *Dogma, quid sit.*
37 *Interdictum, quid sit.*
38 *Mandatum, quid sit.*
39 *Scriptura an sit de substantia legis, seu constitutionis.*
40 *Lex vnde dicatur.*
41 *Argumentum de specie ad genus, non valet.*
42 *Leges duodecim tabularum transmissæ fuerunt a Græcis ad Romanos.*
43 *Lex an liget, & quos, si non sit scripta.*
44 *Sententia ad hoc vt valeat, requiritur solemnitas scripturæ.*
45 *Iudex non potest ferre sententiam absque scriptura.*
46 *Statutorum volumen, si perderetur, poßet tenor probari per testes.*
47 *Lex obligat habentes notitiam.*
48 *Excommunicatio non ligat, nisi lata sit in scriptis.*
49 *Papa solo verbo creat Episcopos, & Abbates.*
50 *Gratia non expirat, Papa mortuo, ante confectas literas.*
51 *Gratia per testes probari non potest.*
52 *Gratia concessa secundum ius, per testes probari potest.*
53 *Gratia casu amissa, per testes probari potest.*
54 *Constitutionum editio, an sit necessaria.*
55 *Conscientia sine scientia, inspicienda est; & scientia sine conscientia diabolica.*

De Constitutionibus, Rubrica.

COntinuatur ad præcedentia, & simul subordinatur ad sequētia per Goffre. Hostien. Panormita. & alios cōmuniter hoc ordine. Author tractaturus de iure exorditur a summa Trinitate, sine cuius fundamento nullum potest opus superædificari, capit. cum Paulus. j. quæstione prima. Et quia omne ius, quo vtimur aut ex scripto, aut ex non scripto constat, Institu. de iure natu. gen. & ciui. §. constat, & prima distinctio. capitu. consuetudo, §. cum itaque. author præmisit de constitutionibus, & sic
1 de iure scripto, quòd est certius † & nobilibus, deinde subnectit de consuetudine, & sic de iure non scripto. Ista continuatio licèt sit communis, & fuerit de mente Imperatoris in dicto §. constat, & Gratiani in compilatione huius operis, & in capitulo lex est, & capitulo sequen. & seq. prima distinctio. tamen impugnatur per acutissimi ingenij virum dominum meum, Do. Philippum Decium, quia titulus præcedens, secūdum hanc continuationem, non applicatur ad hunc subsequentem, nec hic ad præcedentem aliquo speciali respectu, prout applicandi fuerant, l. secunda, ff. de statu homin. l. continuus, ff. de uerbo. obligatio. nam fundamentum Trinitatis non respicit specialiter hunc titulum, sed quemcunque aliū, cum alio quoque principio Dei auxilium implorandum sit, dicto capitulo, cum Paulus, j. quæstione prima, & in Authen. de armis, in princ. & in l. in nomiue Domini, C. de offi. præfec. Aphri. Sed tu considera, quòd fundamentum Trinitatis respicit totum opus, & specialiter hunc titulum, qui iuris constitutiones continet, de quibus author principaliter tractare intendit. Item considera, quòd satis est inuocare diuinum auxilium in principio operis, dicto capitulo cum Paulus. & quia principium huius operis a constitutionibus inchoandū fuit, vt ex subordinatione prædicta apparet, benè sequitur, ꝙ fundamentum Trinitatis magis postulat hunc titulum post se, quàm reliquos titulos. Secundo non videtur hæc continuatio iuridica ex alio, secundum eundem Dec. quia fundatur super inuocatione diuinæ maiestatis, & Trinitatis, quæ inuocatio non fit in titulo præcedenti, sed circa fidem aliquæ promulgantur constitutiones, vnde congruentius præmittendus fuisset tit. iste de constitutio. qui est generalis ad omnes constitutiones. Tu verò aduerte, quòd in continuatione nō dicitur, quòd in titulo præcedenti pro fundamento inuocetur Dei auxilium, sed quòd pro fundamento fuit præmissus titu. de sum. Trini. & fide catho. vbi tractatur de Trinitatis & fidei cognitione, quæ est omnium principium, & fundamentum: vnde ex hoc elicio clariorem continuationem. Author tractaturus de scientia iuris prius voluit differere de scientia
2 Trinitatis & fidei, quæ est † necessaria & præambula ad reliquas scientias capescendas, capitu. qui sine, vigesimasexta, quæstione secunda, decet enim animas, prius erudiri, quam linguas, l. magistros, C. de profes. & medi. libro decimo, erudita itaque anima, & cognita scientia Trinitatis, & fidei, & sic iuris diuini, congruum fuit subnectere de consti. & sic de scientia humani iuris. & hæc continuatio sic declarata effugit morsus cauillantium. Secunda fuit continuatio Andr. Sicul. supra visum est de constitutionibus concernentibus Deum immortalem, nunc congruenti ordine supponitur de constitutionibus concernentibus Papam, Dei Vicarium, capitu. vt nostrum, infra vt eccle. benefi. capitu. secundo & sequen. de transla. epi. Ista etiam damnatur per Dec. quia & si subiectum tituli præcedentis prædicetur de Deo, constitutiones tamen, de quibus ibi, fuerunt a Pontificibus promulgatæ. mihi etiam non placet, quia ea attenta præmittendi fuissent titu. de baptismo, de reliquijs, & vene. sanc. & reliqui tractan-

tes materias concernentes Deum immortalem; niſi dixeris
quod alijs reſpectibus fuerunt poſtpoſiti. Tertia fuit conti-
nuatio Dec.ſupra viſum eſt de ſum. Trinit & fide catho.quæ
ab omnibus debet teneri,cap.primo,ſupra titu.proxim.Ideo
ſubnectitur titulus de conſtitut. quæ ab omnibus ſeruandæ
ſunt.cap.primo,infra eod. Iſta mihi non ſatisfacit, quia titu-
lus præcedens,hac continuatione attēta,nullo ſpeciali reſpe
ctu poſtulat hunc titu. poſt,magis quàm reliquos titul. quo-
rum iura etiam ab omnibus ſeruanda ſunt, & hoc ipſe vti-
tur argumen. contra communem continuationem, vnde
non ęgrè ferat ſi contra ſe torquetur,cap. cum omnes,infra
3 eod.Quarta fuit continuatio eiuſdem;ius ſcriptum † de Deo
ratione ſubiecti eſt dignius, & ideo propter excellentiam
fuit conueniens,vt de eo fieret ſpecialis tractatus,argumen.
l.item apud Labeonem,§.hoc edictum,ff. de iniur. & poſtea
ſubijceretur titulus generalis, de iure ſcripto,argum.l. ſi ſer-
uus ſeruum,§.inquit lex,ff.ad leg. Aquil. Contra hanc conti-
nuationem etiam obſtat fundamentum, quod ſupra feci
contra continuationem Andr. Sicul. Quinto conſidera,an
aliter poſſit continuari.authoris intentio fuit, hoc opere di-
rigere animas mortalium ad Deum, & eius cæleſtem patriā
ſecundum gloſſā. in capitul. cum contingat,infra de iureiu-
rando.ad hanc autem nemo poteſt peruenire, niſi per fi-
dem,cap.primo,ſupra titu. primo. Ideo de fide catholica tra-
ctandum fuit; & quia etiam per conſtitutiones inſtruimur
ad viam cæleſtis patriæ, poſt tractatum de fide, ſequitur de
conſtitutionibus.Diſcuſſa continuatione, videndum eſt, an
ſubordinatio defendi poſſit. quidam arbitrantur non poſſe,
quia fit ad remota, & intermittitur tutulus proximus de re-
ſcrip. ſed facilis eſt ſolutio, quia reſcripta dicuntur iura ſcri-
pta inter partes, vt per Ioan.Andr.& alios in rub.de reſcri.&
per Panormitan. in rub.de conſuetud.ergo ſubordinatio eſt
optima. alij etiam mordent ex eo, quòd in opere Digeſtorū
alius fuerit ordo ſeruatus:nam primo pręmittitur tit.de con
ſuetudine,ut in rub.de leg.& longa conſuetudi.poſtea ſequi
tur tit.de conſtitu.Princip.Sed vtraque ſuſtineri,poteſt,con-
ſideratis diuerſis reſpectibus: nam compilator Digeſtorum
conſiderauit, quod conſtitutiones Principum, vt potè di-
gniores propter authoris pręrogatiuam,cap.ſi a ſede,de prę-
bend.libr.ſexto cap.per tuas.j. de maioritate,& obe.l.e.ſecun-
da,ff.de albo ſcrib.merebantur ſpecialem tractatum,d.l.item
apud Labeonem,§.hoc edictum,ff.de iniur.ideo præmiſit ti-
tu.generalem de legibus,in quo interſeruit etiam de legibus
conſuetudinarijs,& poſtea poſuit titulum ſpecialem de con
ſtitutio,Principum.argum.d.l.ſi ſeruus ſeruum.§. inquit lex.
Compilator autem huius operis conſiderauit, quod conſti-
tutiones Principum ſunt digniores, vt dictum eſt,continen-
tes ius ſcriptum, quod eſt certius & nobilius, & hac ratione
præmiſit de conſtitutio.vt dicit Panorm. Vel aliter compila-
tor Digeſtorum præmiſit titulum de leg. quia leges fuerunt
4 ante conſtitutiones Principum. Eſt enim lex † conſtitutio
populi Romani,§.lex eſt, Inſtitut. de iure natu. gen. & ciuil.
a quo prius editę fuerunt leges, quàm a Principe. In quem
ipſe populus tranſtulit imperium, & legis condendę poteſta
tem,§.ſed quod Principi, Inſtitu. eod. titul.& quia conſuetu-
do eſt etiam ius populi,l.omnes populi,ff.de iuſt.& iur.& an-
tiquior quàm conſtitutiones Principum Romanorum, §. &
non ineleganter,Inſtitut.eod.præpoſuit ſimul titulum de le-
gibus,& longa conſuetudine.Compilator vero huius operis
conſiderauit, ꝙ conſtitutiones Pontificum ſunt digniores
conſuetudinibus,& hac ratione pręmiſit, & ſic vterque ſua
laude dignus eſt. Ita ſimilem diſcordiam concordant Do-
cto.in rubri.C.de teſtament.mi.Alij dicunt falſum eſſe,quod
in ſubordinatione dicitur,ſcilicet quod ius ſcriptum ſit nobi
5 lius iure non ſcripto,quia lex † ſcripta, & conſuetudo, ſunt
paris potentię,cap.conſuetudo,j. diſtinct. & dicit Cardi. Flo-
ren.in cap.fina.column.xlv.j.de conſuetu,quod conſuetudo
habet eas omnes virtutes, quas habet lex. & ibi Mod. chart.
xxii.referunt virtutes conſuetudinis.ſi paris potētię,ergo pa
ris nobilitatis.Sed certè argumentum non placet,tū quia aſ-
ſumptum non eſt verum.nam lex eſt maioris potentiæ, cum
poſſit derogare futuris conſuetudinibus,auth.nauigia,C. de
furt.l.eos,C.de vſur.traditur per Panormitan.in d.c.ſi.& in c.
2.de prob.& Bar.in l.de quibus,ff.de legi.Conſuetudo autem
non derogat futuris legibus.Et ex hoc ſequitur,ꝙ potentia,
& virtutes conſuetudinis dependent a voluntate legis: nec
poſſet conſuetudo derogare legi,niſi lex permitteret,ſecun-
dum Panormit.in c.clerici,de iudi.& ſic patet, ꝙ conſuetudo
non eſt paris potentiæ: & poſito ꝙ eſſet eiuſdem potentiæ,
non video quomodo ſequatur illatio, ergo eſt paris nobilita
tis,niſi nobilitas conſiſtat in ſola potentia.vnde Modern.Pa.
pien. dicunt, ꝙ ius ſcriptum eſt dignius & nobilius ratione
originis, quia habuit originem a Moyſe primum, poſtea a
ſanctis patribus,deinde a populo Romano imperante,& ſuc
ceſſiuè ab Imperatoribus, in quos populus imperium & fa-
cultatem legis condendæ tranſtulit:ſunt enim leges per ora
Principum diuinitus promulgatæ,cap.quo iura, octaua diſti.
cap.fin.xvj.quęſt.3.l fina.C.de præſcript.long. tempor. Con-
ſuetudines vero inductæ fuerunt ex tacito conſenſu populi
d.cap.fina.& d.l.de quibus. Sed Dec. non putat ex hoc ſequi,
quod lex ſit nobilior, quia & conſuetudo diuinitus induci-
tur à populo, cum omnia permiſſione Dei fieri dicantur, ca.
nec mirum. xxvj. quęſt. vj. Tu conſidera,quod origine leges
fuerunt a Deo traditæ Moyſi in ſummitate montis Synai.
Conſuetudo autē licèt permiſſu Dei inducta ſit, non temē
origine fuit a Deo tradita ſicut lex. & hoc reſpectu Modern.
Papien. videntur rectè dixiſſe, quod lex eſt origine nobilior
uel alio reſpectu potuerunt dicere legem nobiliorem origi-
ne,quia ortum habet a Principe: primùm a Moyſe, deinde a
ſucceſſoribus in imperio,& ratione authoris,& propter con
dentis prærogatiuam videtur nobilior,cap. ſi a ſede, de præ-
ben.lib.ſexto.l.fin.ff. de albo ſcribend. Secundo ius ſcriptum
videtur nobilius ratione antiquitatis,quia eſt antiquius iure
non ſcripto, ſecundum Dec. qui ad hoc allegat text. in §. ex
non ſcripto.Inſtitut.de iure natu.ibi, diuturni mores legem
imitantur,ergo ſecundum eum,prius fuit lex. & per text.in
d. cap. conſuetudo, prima diſtinctio.ibi, conſuetudo pro le-
ge ſuſcipitur, cum lex deficit. Sed certè conſuetudo prius
fuit quàm lex, quia prius populus quàm Rex. & quod prius
ue rit conſuetudo, eſt text.clariſſimus in cap.fina.ibi,ius ve-
ro conſuetudinis, poſt naturalem legem exordium habuit,
ex quo homines conuenientes in vnum cęperunt ſimul ha-
bitare.Nec dicatur,quod iſte tex. probet aſſumptum Decij,
dum dicitur, quod conſuetudo aſſumpſit exordium poſt ius
naturale, quia ius naturale non appellatur ius ſcriptum, ſed
natura omnes illud docuit,Inſti.de iure natu. gen. & ciui. in
princ.nec obſtant iura,ſuper quibus ſe fundat Dec.quia non
loquuntur de iure cōſuetudinario primęuo & originali, ſed
de iure cōſuetudinario ſecundario,& prout ſucceſſiue indu-
citur, & variatur. Tertio ius ſcriptum dignius & nobilius di-
citur, quia inducitur ex conſenſu expreſſo. Conſuetudo ve-
ro ex tacito,qui eſt debilior expreſſo, ſecundum gloſſ. in cle.
ſępe,in verbo,partib.de ver ſi.pro quo facit, ꝙ ēt dicit glo. in
l.prima,C.vbi de crim.agi opor.& not.in regula,ſcienti,de re
gulis iuris libro ſexto,& firmat in terminis noſtris Panormi-
tan.in cap.clerici,de iud.ſed licèt lex inducatur ex conſenſu,
expreſſo,quia tamen inducitur ex conſenſu ſolius Principis,
§.ſed quod Principi,Inſtitutio.de iure natu. gen. & ciui. l.pri-
ma. ff.de conſtitutio.princ.non debet videri fortior,& effica-
cior conſuetudine, quæ inducitur conſenſu vniuerſorum,
vel maioris partis populi,cum ea firmiora ſint, quæ plurimo
rum conſenſu roborantur, capitul.prudentiam, in princip.
de offic.delega. & magis integrum iudicium eſt, quod pluri,
morum ſententijs confirmatur, capitu. extra conſcientiam.
84.diſtinctio.capit. per hoc, §.verum,vbi Gemi. not.de hęret
libro ſexto.Hinc leges, & conſtitutiones editæ a conſilio fir-
miriores,& validiores reputantur,nam per generalem dero-
gationem eis non creditur derogatum,ſecundum Archidia.
in capitulo primo,eodem tit.in 6.& Felyn. in cap. nonnulli,
columna tertia, & ſequen.de reſcrip. Defendendo fortè po-
teſt dici, quod lex habet expreſſum conſenſum Principis, &
tacitum conſenſum populi,qui eam recipit. nam niſi ab vſu
hominum lex recipiatur,vigorem legis non habet, capitu.in
iſtis,§.leges,quarta diſtinct.& not.ampliſſimè per gloſ.& ſcri-
ben.maximè Fely.in capitulo primo,de treug.& pace.ſed hæc
ſolutio non videtur penitus eneruare contrarium,quia Prin
ceps,ſi velit poterit punire nolentes recipere legem ſuam,ca.
quia circa,de conſanguinita.& affinita.& ibi not.& ita etiam
traditur per Panormita.& alios in d.capitulo primo vnde cō-
ſidera ſi dici poſſit, quòd lex origine inducebatur conſenſu
populi,cap.lex eſt,ſecunda diſtinctio.& Inſtit.de iure natu. §.
lex.ſed nec iſtud in propoſito placet, quia nos loquimur de
conſtitutionibus,quæ a ſolis Pontificibus,& Principibus con
ſtituuntur, quæ ſunt etiam iura ſcripta, capitu. conſtitutio,
ſecunda diſtinct. & de iſtis loquitur hæc ſubordinatio. vnde
uī, quòd ratio Mod. Papien. ſit verior, quòd ratione origi-
nis ius ſcriptum dicatur nobilius. Vel etiam dici poteſt,
quòd ius ſcriptum ideo ſit nobilius, quia certius, nam lex
ſemper eſt certa,capi.erit autem, quarta diſtinct.& omnibus
notum.l.leges,C.de legibus. quam in dubium reuocare non
licet,l. fina.C. de legibus, & vbi reperitur legis determinatio,
ibi nulla datur probabilis dubitatio,capitu. ex multa, de uo-
to.nota. per gloſſ.& Bal.in l.ancillæ,C. de furt. & per Moder-
nio. in l.illam, per illum text. C. de collation. Conſuetudo
autem, quia in facto conſiſtit, non ita certa, quia facta ſæpe
etiam prudentiſſimos homines fallunt,l. ſecunda, ff. de iu. &
fac.ign.

fact.ignoran.Hinc dicimus,ꝙ positioni iuris scripti,non est re-
spondendum,quia ius scriptum est certum:sed benè positioni
iuris non scripti est respondendum, quia ius non scriptum in-
certum est,secundum glo.& Bartol. in l.ornamentorum, ff.de
aur.& argen.lega.Bartol in l.1.C.quæ sit longa consuet. & glo.
in c.2.de confess.lib.6.& Bartol.in l.2.ff.eod.titu.Hinc est, quòd
allegans consuetudinem,tenetur illam probare,cap.1.de con-
stitu.lib.6.Sed tu aduerte, quia data paritate, videtur,quòd ius
non scriptum sit ita certum,sicut scriptum, quòd non dicitur
certum propter scripturam, sed propter publicationem,vt in
Authen.vt no.constitu. & capitulo cognoscentes, vbi Panor.
& alij, inf. eod. & si propter publicationem dicitur certum &
notum,illud ideo est, quia publicatio deducit rem in notoriū,
capi. 1.j. de postu. præla. Sed si consuetudo sit notoria,eadem
ratione dicitur certa sicut lex. Hinc est quòd consuetudo no-
toria est probanda, secundum Bartol. in d. l de quibus.& Bald.
in l.2. C.quæ sit longa consuetu,Panor.in cap.1.j. de re iudica.
Alexand.in l.1. C. vt quæ desunt aduoca.vbi vult, quòd iudex
teneatur supplere ea,quæ sunt consuetudinis notoriæ, & tra-
ditur per Curt.consil. 74.colum.17. & si consuetudo sit gene-
ralis non licet eam ignorare,sicut nec legem, secundùm Bald.
in rubr.j.de consuet.nisi dicatur quòd licèt consuetudo noto-
ria,vel vniuersalis,non sit probanda,non tamen est ita certa si
cut lex scripta,quæ videri & palpari potest,l.1.§.1.ff.de his,quæ
in testamen.delen.Et hæc quantum ad situationem rubr.dixis
se sat est. Nunc pro terminorum cognitione aliqua discurra-
mus,& primo quid sit constitutio. Gratianus in capitulo con-
6 stitutio,2.distinctio. respondet,† constitutio † est quòd tantum
Rex, vel Imperator statuit. & ita etiam respondet Vlpia. in l.1.
ff.de constit.Prin.ibi,hæ sunt,quas vulgo constitutiones appel
lamus & dicit ibi Barto.quòd constitutio in hoc differt a lege,
7 † quia lex fit a populo, magistratu interogante. Constitutio ve
rò est Principum edictum. & benè probatur in l.omnes.ibi, le
gibus,aut sacratissimis constitutionibus, C. de quadrien. præ-
script.& dicunt do.Anto. Pan. & Moder.hic, quòd illa est pro-
priè constitutio,quam Imperator edidit, vel Rex,vt dicitur in
d.ca.constitutio.quòd est intelligendum de Rege non cogno-
scente superiorem,qui in regno suo dicitur Imperator secun-
dum Oldrad.consilio 231.vt eius,de quo quæritur.Bald.in l.pe
nul.C de dona.inter vir.& vxo.& in l. exemplo, columna fina.
C.de probat.& tradunt hic Modern.& Cur.consilio 61. Super
præmissa,columna.3.vbi plenissimè loquitur,dicens post Bald.
in c.significantibus,in fin.de offic.delega.quòd Rex in tempo-
ralibus gerit vices Dei in Regno suo,& habet ius leges condē-
di, & confiscandi, ac liberum arbitrium, secundum Ang.in l.
prima C.ne sine iussu Princip.lic. confisca. Et idem dicendum
de quolibet non recognoscente superiorem, secundum Bart.
in l.hostes,ff.de cap.& postli. reuer. & in l.infamem, ff. de pub.
iudi.Panor.& alios in cap.cum Bertoldus de re iudic.& in cap.
per venerabilem,qui filij sint legit.Ex quibus omnibus elicitur
8 conclusio,quòd iura, † quæ loquuntur in Imperatore, habent
etiam locum in Regibus, & alijs non recognoscentibus supe-
riorem. Contra quam conclusionem multa dicenda se offe-
runt, sed quia instituti mei non est, quę incidenter occurrūt
examinare, & ex commento commentum facere, non insta-
bo aliter,sed id solum addam, quòd ista conclusio non proce-
dit in legibus pœnalibus,& odiosis secundum Cyn.& Ange.in
l.quisquis,C,ad leg.Iuli.maiesta. dicentes illam legem non pro
cedere in coniurantibus contra alium Principem inferiorem,
quamuis non recognoscentem superiorem, & pluribus ratio-
nibus comprobat Socin.consilio 275.columna secunda, & se-
quent.libro secundo.Item procedit,vbi militat omnimoda ra-
tio in non recognoscentibus superiorem, quę militat in Impe
ratore, aliàs secus: & ideo consului, iura dicentia barbitonso-
rem, & coquum Imperatoris nobiles esse, propter radios sui
domini, quibus illustrantur, l. prima C. de domesti. & protec.
lib.duodecimo,& l.omnium,C. de testa.non procedere in bar-
bitonsore domini Delphini,quia in eo non est tanta maiestas,
& tantus splendor,quantus est in Imperatore,vt habetur in se
cundo.Responso respe.26.nunc autem est sub titu. de iure im
mu. Et ex prędictis videtur, quòd constitutio inferioris supe-
riorem recognoscentis,non dicatur propriè constitutio. Nec
obstare videtur text. in capitulo lex est constitutio scripta. &
in capitulo consuetudo,§. cum itaque.ibi, quę in scriptis reda-
cta est,constitutio vocatur, 1. distin.& in ca. lex est constitutio
populi.2.distinctio.& in capi.1. 13.distin.& hęc rub. quę loqui-
tur etiam de constitutionibus inferiorum,vt patet in capitulo
cum omnes, & in capitulo cum M.Ferrarien.j.eod. quia in di
ctis iuribus verbum,constitutio,non stat propriè, sed largè se-
cundum Panor.& Moder.Sed hęc intelligentia mihi non pla-
cet per tex.in dicto capitulo,lex est constitutio, ergo propriè,
tum quia verbum, est, denotat proprietatem, & veram essen-
tiam,secundum Bartol,in l.maritus,§.legis, ff. de adulte. Tum
qui verbum, constitutio, ponitur in diffinitione, cuius verba
9 debent propriam importare essentiam,cum † diffinitio sit ora-
tio substantiam diffinitæ rei significans, secundum glos. in l.
omnis diffinitio,ff.de regul.iur.& Panormita. in rubri. de sen-
tent.excommunica. Præterea si solius supremi Principis edi-
ctum esset propriè constitutio, frustra in ff. rubricaretur de
constitutionibus Principum, vt dicit And. Sicul. hic, nam ex
ea rubri. facilè discerni potest, quòd quædam sunt constitu-
tiones Principum, quædam aliorum inferiorum. Item, vt di-
10 cunt Modern. constitutio † est nomen generale ad omne ius
scriptum, dicto §. cum itaque. & sic tanquam genus compre-
hendit & constitutiones inferiorum. ergo constitutio inferio
ris erit propriè constitutio, quia posito genere ponitur quęli-
bet eius species,l quid earum, §. inter emptum,ff. de legat. ter-
tio, & quęlibet eius species ponitur propriè, secundum Bal-
dum in l. secunda, C. de iure aureo annullo. & probatur in l.
semper in generalibus, ff. de regulis iuris quòd verum est si sit
tale nomen, quod possit stare vt genus, & vt species secun-
dum Bartol. in rubrica, ff. soluto matrimonio, columna ante-
penultima versicul.vel dic etiam,vt in casu nostro,in quo con
stitutio potest sumi vt genus pro quolibet iure scripto, & in
specie, pro edicto solius supremi Principis.& ita tenendo non
obstat text. in dicto capitulo, constitutio, quia ibi describitur
constitutio prout sumitur in specie, & ista arbitror verissima;
& seruire possunt ad statuta loquentia de constitutionibus,
vt etiam de constitutionibus inferiorum sint intelligenda.
quod credo verum in materia fauorabili, sed in odiosa vide-
tur, quòd de constitutionibus Principum duntaxat veniant
11 interpretanda, quia in materia odiosa verbum, † quod potest
sumi vt genus & species, semper intelligendum est vt species,
secundum Panormit in capitulo Rodulphus, columna pri-
ma, infra de rescriptis, & solet allegari text. in l. hoc legatum,
ff.de legatis tertio, & ita in statutis dicit Alexand. in rubrica ff.
soluto matrimonio columna sexta, Sed circa prędicta, aduer-
12 tendum est ad plura, nam si constitutio dicitur † a con, quod
est simul, & statutio, quasi commune statutum,vt dicunt Pa-
normitan. & alij hic, non videtur verum, quòd constitutio
propriè dicatur edictum solius Principis, vel alterius inferio-
ris: sed id,quod a populo, vel ab aliqua vniuersitate, seu colle-
gio statuitur, propriè dicatur constitutio, quasi communis
statutio. istud ostendit etymologia, quæ nihil aliud est, quàm
resolutio verbi in proprium significatum, secundum Bald. in
capitulo primo §.si quis de manso.in vsibus feudo. de contro-
uersia inuestitura,& ita dicunt Goffredus & Imola hic, & Ioan
nes Monachus, in rubrica eiusdem tituli,libro sexto,& Archi-
diaconus in capitulo primo,in verbo, constitutionem,eodem
titulo libro sexto, ad istud Panormitanus hic videtur respon-
dere, quòd non dicitur constitutio communis statutio, eo re-
spectu,quòd a congregatione edatur, sed ea ratione, quia de-
bet esse omnibus communis, & æqualis, capitulo erit autem
lex,quarta distinctione alioquin si contra particularem perso-
nam edatur, iniqua est, & ab ea potest appellari, l. prima, §. so-
lent, ff. quando appella. sit. & contra legem, vel statutum, in
13 odium aliquorum particularium editum, † obstat doli exce-
ptio.l. prima,in fin. ff. de exceptio. doli. & dixi libro primo Re-
sponso capitulo octauo, & capitulo vndecimo, nouissimè au-
tem illa capitulo habentur sub titulo de legibus mu. seu. statu.
Aduerte,quia Panormitanus in hac solutione videtur sibi ali-
quantulum aduersari: vult enim constitutionem ideo nomi-
nari, quia omnibus est communis, ergo etiam lex populi erit
propriè constitutio, quia & ipsa debet esse communis, dicto
capitulo erit autem lex. cuius contrarium dixit supra Panor-
mitanus, & certè si vera est hæc etymologia fateri oportet,
quòd constitutio Principis non sit proprie constitutio. nisi
saluando dixeris, quòd constitutiones Principum statuuntur
cum consilio,& deliberatione procerum sacri palatii,& totius
cætus patrum, & Senatorum.l.humanum, C. de legib. & isto
respectu possent dici editæ a congregatione. sed adhuc hæsi-
to, quia & si Princeps statuerit cum consilio procerum, non
tamen ipsi consultores dicuntur simul statuere, quia actus
non attribuitur consultori,sed consulto,vt traditur per Panor
mitanum in capitulo non potest, columna fin. de re iudica &
Rot.de rescript. decisione 73. & ratio est, quia consultus non
tenetur, nisi velit consilium sequi, capitulo cum olim, de ar-
bit.& quòd actus condendi legem attribuatur soli Imperatori,
est text. ad literam in l. finali ibi, in præsenti tempore soli Im-
peratori concessum est legem condere, C. de legibus. Ideo tu
considera si melius dici possit, quòd dicatur constitutio, qua-
si considerata & deliberata statutio, inquit enim Martianus,
ex re constituendum esse, idest considerandum, an is qui vul-
nerauit vt occideret, pro homicida damnandus sit, l. pri-
ma §. diuus, ff. ad legem Corneli. de sicar. Vel quasi constans
statutio, l. Iustitia, ff. de iustitia, & iure. Iuxta præmissa quæri-

14 tur, an Papa † absque collegio Cardinalium, & Imperator ab-
sque consilio procerum, possint legem, condere? & commu-
niter respondetur, quòd Papa & Imperator, soli possunt legem
condere, & quæcunque ardua peragere, absque eo quòd te-
neantur requirere, vel sequi consilium suorum procerum &
Cardinalium, quòd iuribus & rationibus comprobatur. Pri-
mo text. in l. humanum, C. de legi. vbi Albe. de Rosa. dicit ita
esse tenendum, quia ista est *communis* opinio per illum textum
sed licèt ille text. dicat quòd solus Imperator est legum condi-
tor, & interpres, non tamen sequitur, quòd non teneatur in
editione iurium habere consilium suorum procerum, tum
15 quia dictio. solus, † non excludit consocios, secundum gloss. in
capitulo plerunque, secunda quæstione septima, & in capitulo
submittitur 21. distin. glo. in c. 1. in glo. fi. de hæret. lib. 7. Bald. in
l. 1. in 1. opp. C. de bo. pos. contra tabul. facit text. in ca. si autem,
15. quæst. 7. tum quia dicitur solus facere, qui aliorum consilio
facit, vt supra dixi. Secundo per tex. in capitu. cuncta per mun-
dum. ibi sine vlla sinodo, 9. quæst. 3. sed hic tex. loquitur de apo-
stolica sede, quæ sine vlla sinodo potest damnare & soluere.
intelligo autem apostolicam sedem consistere in Papa & Car-
dinalibus, vt not Ioan. And. in capitulo si abbatem, de elec. lib.
sexto, & in capitulo authoritate, de priuileg. eo. lib. Tertio alle-
gat text. in clemen. 1. ad fin. ibi, plena & libera dispositio, ex suæ
potestatis plenitudine pertinere dignoscitur, vt lite pendente.
iuncta glo. vulgata in clementi. dudum, in verbo, liberè, de se-
pul. sed hic text. non loquitur in arduis, sed in collationibus be
neficiorum, quæ respectu eorum, quibus conferuntur, dicun-
tur gratiæ, capitulo relatum, de præben. & sunt puri iuris posi-
tiui, vt latè per Felyn. in capitu. quæ in ecclesiarum, j. eod. Item
ibi non dicitur, quòd Papa habeat liberam potestatem in be-
neficialibus simpliciter, & secundum potestatem ordinariam,
sed ex plenitudine potestatis, & sic secundum extraordinariã
16 facultatem, qua non debet † Papa vti, nisi ad remouenda scan-
dala; nec legitur, quòd populus Romanus vnquam visus fuerit
plenitudine potestatis, teste Bald. in titulo de pace Constan. in
versiculo libellarie. & in l. 2. circa medium, C. de commu. re-
rum aliena. Curt. consilio 20. columna 2. Ias. in l. quanquam, C.
de testamen. mil, Quarto adducitur persuasiua ratio; ecclesia
militans exemplata est ad instar triumphantis, secundum glos.
in clement. ad nostam, in verbo, ecclesiæ, de hæret. sed in triũ-
phantis est vnicus Deus, cui omnia parent, ergo etiam in mili-
tanti debet esse vnus Princeps, qui omnia possit: sed Deus non
eget consilio, quo tamen eget Papa. Item hæc consequentia
omnem Cæsari adimit potestatem, quam illi Christus permi-
sit. Quinto allegat text. in capitulo fundamenta, §. decet, de
electio. libro sexto. sed facilis est responsio, si exponatur decet,
idest oportet, vt exponitur per gloss. in l. fina. §. decet, C. de post
limi. reuer. quòd enim decet Papam, eum facere oportet: quia
lex honestatis non minus debet obligare Papam, quàm lex
præcepti, vt dicit Barto. in l. imperium, columna secunda, ff. de
17 iurisdictio. omn. iudic. vbi inquit, quòd duplex est † necessitas.
Quædam, quæ præcisè imperat, & hac necessitantur subditi a
superioribus. Quædam est necessitas honestatis, & hac neces-
sitatur Princeps. l. digna vox, C. de legi. licèt enim non sit, qui
audeat dicere Principi, cur ita facis? vt dicit Bald. in præludijs
feudorum, tamen Deo subiicicitur, qui omnibus honesta ser-
uanda præcipit; & si Papa vult in terris gerere vices Christi,
verè & non nudo nomine, debet sequi vestigia Domini, qui a
lege honestatis non aberrauit, nec aberrare potuit, cum om-
ne inhonestum, sit Deo impossibile, vt not. in capitulo primo,
in princip. per gloss. supra de summa Trinita. & fide catholic. &
debet Princeps animaduertere eo minus sibi esse licentiæ, quo
plus potestatis habet, teste Bald. consilio incipien. Præmitten-
dum est. & Socyn. consilio 20. columna fina. inter cõsilia Curt.
& si pertinacius instetur, dicendo quòd huiusmodi expositio
violat literam. Dicam, quòd ille tex. non loquitur in arduis, si
loquatur de concedentia. & honestate nõ obligatoria. nec ob-
stat vniuersalis dictio, quibuscunque, quia non est absonum
restringere propositionem vniuersalem ad ea, quę ardua non
sunt, vt docet Bar. in l. prima, §. nunciatio, ff. de noui oper. nun-
cia. Sexto ponderatur text. in l, humanum, C. de legib. si huma-
nitatis est, ergo non necessitatis, l. ambiguitatem, C de vsu fru.
l. humanitatis, C. de excusatione tutorum, l. humanitatis, C. de
impube. & alijs substituit. Ad istum textum potest responde-
ri, quòd quantum ad Imperatorem, qui vult legem condere,
humanitatis est requirere consilium tot virorum, qui ibi nu-
merantur, videlicet procerum, Senatorum, & iudicum, quia
omnes non fuerunt sibi dati coadiutores imperij: sed require-
re consilia eorum, qui dati sunt coadiutores imperii vel apo-
stolatus, vt sunt Cardinales per capitulo venerabilem, qui filij
sint legiti. est necessitatis, non humanitatis, alioquin frustra
constituti essent a Deo coadiutores, vt infra dicetur. vel potest
responderi, vt responsum fuit ad text. in dicto capitulo, funda-
menta, §. decet. Septimo citatur text. in capitulo primo, vigesi-
ma distinctio. vbi dicitur, quòd Christus commisit Petro clauj-
gero iura cœlestis & terreni imperij. Quidam dicunt, quòd
hic text. palea est, & verum dicunt: quia est Gratiani, qui gra-
tiam Pontificis aucupabatur. vel aliter respondetur, quòd Chri
stus commisit iura Petro seruanda, non violanda violantur au
tem, si coadiutorum consilium in arduis non requiratur, dicto
capitulo per venerabilem, & infra probabitur. vel aliter respõ-
detur, quòd soli Petro non fuerunt commissa iura cælestis &
terreni imperii, sed omnibus Apostolis, quibus dixit, Quæcun
que ligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlis, Matthei
18. & quibus dixit, Accipite spiritum sanctum; quorum remise
ritis peccata, erunt eis remissa, Io. 20. quibus etiam dixit, Ite &
prædicate Euangelium omni creaturæ, Matth. vlti. id autem,
quòd dixit Petro, in persona omnium dixit, capitulo quodcun
que ligaueris. vigesimoquarto, quæstione prima, Imo si verum
agnoscere velimus, fateri cogemur, Petro non fuisse commis-
sa iura terreni imperij, quia Christus dixit, Regnum meum nõ
est de hoc mundo; & quia iussit Petro, vt gladium poneret in
vagina. Et ex istis patet responsio ad aliud argumentum, dum
dicitur, quòd Petrus est Cæphas & caput Apostolorum: quia
istud non negatur, sed dicitur, quòd non sequitur consequen-
tia, ergo solus potest ardua tractare, vt infra patebit. Imo sequi
videtur contraria consequentia, quia caput a membris separa
ri non debet, alioquin necesse est corporis dissolutionem fieri,
capitulo sunt plurimi, §. verum, & capitu. ex merito, 6. quæstio.
1. & cap. non decet, 11. distinctio. Ex istis etiam patet responsio
ad plura alia iura, quæ soli Papæ supremam attribuunt potesta
tem, tum quia ei soli data non fuit, sed omnibus Apostolis; tũ
quia in arduis constituti fuerunt Cardinales & Episcopi coa-
diutores officii, d. c. per venerabilem. tum quia talia iura edita
fuerunt ab ipsis Pontificibus, quibus credendum nõ est in ea
parte, qua sibi iurisdictionem, & authoritatem ascribunt, nisi
quatenus Euangelica lege eorum potestas iustificatur, l. ex sen
tentia, vbi Bar. ff. de testamen. tut. l. vxori, §. primo, ff. de falsis. &
copiosè per Felyn. post Panormit. Hostien. & alios, in cap. quo
niam contra falsam, col. 20. de probat. Decius cons. 159. colum.
4. Nec refert, quòd plures numero teneãt pro potestate Papæ,
quia adulatores fuerunt, vt plerique autumant, & de eorum au
thoritatibus non est curandum, quia non ex multitudine au-
thorum, sed ex ratione ius constituendum est, l. 1. §. sed neque,
C. de vete. iure enucle. & inquit Dominus, in iudicio nõ acquie
scas sentẽtiæ plurimorum, vt a veritate deuies, Exodi 23. Octa-
uo Barba. in tracta. de præst. Cardi. quæstio. 2. ponderat text. in
capitulo, Episcopo, nona quæstione tertia vbi dicitur, sola Ro-
ma. ecclesia sua authoritate valet iudicare de omnibus, de ea
verò nulli iudicare permittitur. Sed hic etiam text. probat op-
positum, quia Cardinales constituunt Romanam ecclesiam,
vt ostendunt Panormit. & Felyn. post Ioan. And. in cap. ego N.
de iureiu. Imo si verum agnoscere velimus, Romana ecclesia
18 † constituitur ex omnibus Christi fidelibus: quia vnica est eccle
sia Christi super petram, idest super fidem fundata. Nono fa-
cit, quia Papa est Vicarius Christi in terris, c. quanto de transla.
Episco. & ca. quos Deus, 33. quæstio. 2. ergo sicut Christus non
requirebat consilium ab Apostolis, non etiam debet eius Vica
rius arctari ad requirendum. ad istud responderi potest dupli-
citer. primo quòd Christus non agebat consilio rudium Apo-
stolorum, sicut Papa eget consilio Cardinalium. Secundo re-
spondetur, quòd ardua non transeunt in Vicarium, nec succes
sorem in dignitate, nisi specialiter concedatur, secundum Bal.
& Felyn. in capitulo finali §. 1. de officio delega. & quòd non
transeant in Vicarium, probatur in capi. 2. & 3. de offic. Vica. li.
6. Non legitur autem talis potestas data specialiter Papæ, imo
sibi est interdicta, vt infra probabitur, ergo &c. plura alia addu-
cuntur pro hac sententia, sed quia leuia sunt, & ex præmissis
dissolui possunt, non curo aliter super eis insistere. ¶ Pro con-
traria sentẽtia, quòd Papa nequeat ardua negotia expedire si-
ne consilio Cardinalium, & diuinis & humanis iuribus proba-
tur. Primo legitur Deuteronomij secundo, si aliquid difficile,
& ambiguum emerserit, venies ad sacerdotes Leuitici generis,
& ad iudicem, qui fuerit illo tempore, qui iudicabunt tibi iudi-
cij veritatem, quorum sacerdotum Leuitici generis loco suc-
cesserunt Cardinales, cap. per venerabilem, §. rationibus, qui fi-
lij sint legitimi. Secundo probatur ad Galathas capitulo secun-
do, vbi Paulus, cui euangelizandi munus a Deo commissum
fuerat, oraculo diuino iussus contulit suum Euangelium cum
Bernaba, & Titio coapostolis & comitibus, quos solos habebat
in Hierosolyma. Tertio probatur Luce vigesimosecundo. vbi
suborta inter Apostolos contentione de primatu, respondit
Dominus, ego in medio vestrum sum, sicut qui ministrat: vt
doceret eum, qui primatum ambit, debere ministrare iura, &
cætera ardua: in medio Apostolorum, idest Cardinaliũ & Epi-
scoporum sedens, & non clanculum, & seorsum abis, & sine

consilio illorum. Quarto potestas soluendi & ligandi fuit omnibus Apostolis concessa, ut ostensum fuit supra. firmant Panorm. & alij *communiter*, in ca. translato, infra eod. & probatur in capitu. loquitur dominus ad Petrum, xxiiij. quæst. j. ubi Cyprianus Papa inquit, Licèt exordium catholicæ fidei ab unitate proficiscatur, scilicet a Petro, tamen cæteri Apostoli idem sunt quòd Petrus, pari consortio prædití & honoris, & potestatis. ad idem text. apertus in capitu. noua, de peniten. & remissio. Et licèt Petrus fuerit constitutus Apostolorum caput, non tamen sequitur, quod solus possit ardua tractare sine consilio fratrum, quibus communiter fuerunt traditæ claues, & data legis condendæ potestas. Imo ex hoc, quòd Petrus fuerit constitutus primus & caput aliorum, non sequitur, quòd prælatus non possit legem promulgare, nec quicquam arduum peragere sine consensu collegij Cardinalium, capi. quanto, capitu. nouit, de his quæ fiunt a præla. sine consen. capitu. & traditur per Innocen. in capitu. quod in dubijs, de renuncia. & in capit. ad aures, de tempo. ordi. & per Abbat. in clemen. ij. de reb. eccle. non alienan. & Lapum allegat. xlix. licèt materia. & per Panormit. & Felyn. post Innoc. in capitu. causam quæ, colum. 2. de iudic. & per Felyn. in c. fin. §. j. colum. penul. de officio delegato. Nec dicatur, iura, quæ dicunt prælatum non posse ardua tractare, sine consensu capituli, loquit in prælato inferiori: unde non deberet extēdi ad Papam vel Imperatorem, qui sunt legibus soluti, l. Princeps, ff. de legib. quia respondetur, quòd dicentes Papam posse ardua peragere sine consensu & consilio Cardinalium, quia est solutus legibus, præsupponunt Papam ideo posse, quia potest iura peruertere, non autem posse, quia reperiatur a Deo sibi data huiusmodi potestas. quod vltimum probandum est, quia de potestate principaliter quæritur. videtur autem ex præmissis probari, quòd Petro soli non fuerit data potestas, sed omnibus simul. quo stante, aut volumus dicere datum fuisse omnibus collegialiter, & tunc necessè est iurisdictionem esse apud collegium, & sic apud omnes vt vniuersos, & non penes singulos, cap. irrefragabili, §. excessus, & quod ibi not. de offic. ordin. firmat Panorm. in capitu. prudentiam, in princip. colum. 2. de offic. delegat. & istud fateri uidentur hi, qui dicunt Petrum èsse caput collegij Apostolorum. Caput enim corpus præsupponit, capitu. cum non liceat, de præscrip. & ad essentiam cuiuslibet perfecti colle-
19 gii † requiritur unum caput, secundum Innocen. in capi. dilecta, de exces. præla. & istud est, quod docebat Paulus Apostolus ad Ephesеos iiij. capitu. vnum corpus, unus spiritus, vna spes uocationis nostræ, vnum baptisma, vnus dominus vna fides, vnus Deus. quam vnitatem tenere & uindicare debent, maximè hi, qui in ecclesia Dei præsunt, capitu. loquitur, xxiiij. quæstio. 1. Aut volumus dicere iurisdictionem, & potestatem datam fuisse omnibus, vt singulis, & tunc necesse est alterum de duobus fateri: aut quod sit data omnibus simul, aut cuilibet insolidum. primo casu constat vnum non posse iurisdictionem exercere sine aliis, l. fina. C. de autho. præstan. l. si vni, ff. de re iudica. & d. capitu. prudentiam & capitu. causam, de officio delegat. Sècundo casu quilibet potest eandem iurisdictionem exercere, cum eam quilibet habeat insolidum, l. j. ff. de offic. Consu. capitu. cum ab ecclesiarum prælatis, & capitu. duo, de offic. ordina. & sic quilibet Episcopus hoc attento haberet eandem potestatē, quam habet Papa, quia episcopi hodie repræsentant Apostolos, & eorum loco successerunt, capitu. in nouo, xxj. distinct. capitu. quorum, lxviij. distin. capitu. porro, lxvi. distinc. capitu. uidentes, xij. quæstio. & consequenter quilibet posset ardua tractare solus, sicut prætenditur Papam posse. Sed istud vltimum negabunt, qui partes Pontificis tuentur, ergo cogentur fateri alteram, quòd potestas sit omnibus simul data, ergo vnus sine alio non poterit ardua tractare. Quinto pro hac parte facit text. ad literam in capitu. Anastasius, xix. distin. ubi Anastasius Papa nutu diuino percussus est, quia sine consilio Episcoporum & presbyterorum Achatium hæreticum communicauit ecclesiæ. Et si tu dixeris, vt dicunt glos. & alij, quòd ille text. loquitur in concernentibus fidem, in quibus est speciale, quòd Papa non possit aliquid statuere sine consensu uniuersalis Concilij, tunc vellem duo a te scire. Primum, utrum Petro data fuerit alia potestas, quæ extra fidem sit, & quæ ad fidem non pertineat. mihi enim uidetur, quod Dominus Iesus Christus dum dixit, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, loquatur de Ecclesia sua, id est de fide, quàm super petram, id est firmitatem, ædificare uoluit, capitu. fidelior, 50. distinctione, & hac de re rogauit Patrem, ut non deficeret fides Petri, capitul. primo, §. primo, xxi. distinctione, nam de temporalibus, quæ fidem non concernunt, nulla reperitur Petro concessa potestas, ut supra dixi: unde Papa qui uices domini nostri Iesu. Christi gerit in terris, eam non debet sibi arrogare potestatem, quam Dominus noster respuit, dum dixit, Regnum meum non est de hoc mundo. ex quo constat Petro & eius successoribus solam animarum curam fuisse decretam. Et ideo ei dixit, pasce oues meas, uerbo fidei & doctrinæ. si ergo nulla alia fuit sibi cura demandata, quàm animarum salus, quæ in sola fide consistit, capitulo primo. supra titulo primo. Et in his, quæ fidem concernunt, nihil potest sine consensu coepiscoporum, consequitur vt nihil arduum possit solus attentare. Secundum, quod uellem scire, est; quæ nam fuerit ratio specialitatis, quare in concernentibus fidem Papa nihil possit sine concilio. Si responderis ita statutum, quia Papa solus potest errare, prout errauit Anastasius: respondebo etiam Papam errare posse in reliquis, quæ fidem, non concernunt, unde nec in reliquis quicquam poterit sine Concilio, in quo nullus fuit error inuentus, c. arrecta vigesimaquarta quæstione prima. constat enim Petrum etiam quandoque lapsum, & a Paulo correctū emendatumque fuisse. Si autem responderis ita statutum, quia de arduo agitur negotio, ut plerique dixerunt. Ergo eadem ratione ita statuendum in aliis arduis, quæ fidem non con-
20 cernunt: nam etiam in iuribus limitatorijs † ex identitate rationis idem ius statuitur, l. filium habeo, ff. ad Macedonianum l. libertum. §. Senatusconsultum. ff. de ritu nuptiis. nota. Bartol. in l. si constante, in nona quæstione. prima parti. ff. soluto matrimonio. & Iason in authent. quas actiones, C. de sacrosantis ecclesijs. Plura etiam iura tam ciuilia, quàm canonica, adduci possent pro hac parte: sed quia faciunt in argumentum, non curo de talibus a longe facientibus implere folia, maximè quia Mod. hic, & Barb. in tractatu de prestandis, Cardina. nonnulla ex ipsis citarunt, & hanc sententiam contra Papam & Imperatorem tenent Monach. & alij plures relati hic per scriben. & idem tenuit Bald. in l. cum multa, C. de bonis, quæ liber. Bald. & Ias. in l. placet, per illum text. C. de sacrosanct. ecclesijs. & per text. in l. quarta C. de diuer. rescriptis. Andr. Sicu. in dicto tractatu. de præstandis. Cardina. questione 2. & Fel. sibi contrarius in dicto capitulo fina. §. primo. infra de offi. delegat. Et re uera horum sententia potior uidetur: tamen pro concordia consideratur sic posse distingui. Aut quæritur de potestate circa ea, quæ iam statuta sunt & determinata. Aut de potestate circa statuenda de nouo. Primo casu Papa & Imperator sine dubio possunt soli, etiam quòd de re ardua agatur, in sequendo statuta Patrum traditiones, quicquid uolunt disponere, & ita procedit communis opinio. Secundo casu, aut agitur de aliquo ordo statuendo, quod consistit in iure positiuo, & tunc Papa & Imperator poterunt soli statuere absque consensu, vel consilio alicuius, quia in istis Papa est super consilium, capitu. significasti, de electio. & quia his, quæ sunt positiui iuris, sufficit pro ratione uoluntas, ut nota. per glos. in l. prima. §. pueritiam. ff. de postula. & per Felyn. in capitu. si quando, ubi dixi, infra de rescriptis. & in istis etiam potest procedere sententia communis. Aut agitur de aliquo arduo, quod consistit in iure diuino, aut naturali uel quasi, & tunc neque Papa sine Cardinalibus neque Imperator sine Senatoribus poterit quicquam decernere, & ita procedat contraria opinio. Et si concernentibus fidem agatur, cum concilio uniuersali res hæc determinanda erit, dicto capitulo. Anastasius, & in capitul. sicut, decimaquinta distinctione. & traditur per Panormit. in disputatione exordiente, Episcopus, &c Sed an in istis † casibus, in quibus Pa-
21 pa & Imperator nequeunt statuere de nouo absque consilio procerum, teneantur sequi consilium illorum? Videretur quòd non, quia obligatus facere actum cum alterius consilio non tenetur illud sequi, l. Titium, in principio. ff. de administratione tutorum capitulo primo, de capel. monaco. & capitulo cum olim, infra de arbit. In contrarium facit text. in capitulo venerabili, infra de officio delegat. ubi dicitur, quòd is cui datus fuit alius coadiutor in officio, cum clausula, quod sine illius consilio nihil agi possit, tenetur requirere & sequi consilium. & per illum textum dicit Panormitan. in dicto capitulo venerabili, quòd si is, qui habet consulere, sit particeps officij, tunc eius consilium sapit consensum. Sed Cardinales sunt dati in officio coadiutores Pontificis, dicto capitulo per venerabilem, §. rationibus, & eis, ac omnibus Episcopis similis fuit data potestas, ut supra probatum fuit. Ergo Papa tenebitur sequi eorum consilium. Considera si dici possit; aut res, de qua agitur, est multum ardua, & maximi momenti, ut si agatur de uniuersali statu ecclesiæ, & tunc Papa debet sequi eorum consilium.

Aut res, de qua agitur, est ardua, sed non multum, & tunc consilium sequi non arctatur. Ita distinguit Fe-

iv.in Episcopo, an teneatur facere cum consilio, vel cum con
sensu capituli, in capi. causam, colum.ij.j. de iudic. pro qua di-
stinctione benè facit text in ca.si pro debilitate, j. de officio de
lega. Et ex his vtiliter absoluta remanet hæc terminalis quæ-
stio, quid sit constitutio, & vnde dicatur, & in quo differat
à lege. Nunc pro maiori terminorum cognitione superest, vt
inquiramus in quo differat constitutio a canone, a decreto,
a decretali, a sanctione pragmatica, annotatione, interdicto,
mandato, dogmate, & similibus. Glos. iij. distinct. in summa,
& Hostien. hoc eod. titu. in summa. dom. Andr. Basig. & De-
22 ci. in 2. lectura, qui respondent, quod constitutio differt † a
præmissis omnibus, sicut differt genus a specie. Dicunt enim,
quod canon dicitur constitutio edita in Concilio generali,
vt probatur in summa, & cap. Nicena, 31. distinct. & Grecè
23 dicitur, † canon, Latine regula, capi. canon, iij. distinct. & hac
ratione id, quod præstatur anno quolibet ab emphyteuta,
dicitur canon emphyteuticus, quia regulariter sua die præ-
statur, authen. qui rem, C. de sacrosan. eccle. & quæ annua-
tim præstantur, canonicæ pensiones nominantur, l. præter,
C. de lucris aduoca. lib. xij. Hinc largitio, siue tributum, quod
ex more soluitur Principi, canon appellatur. C. de canon. lar-
gi. in rubro & nigro, libr. x. hinc canon uestium, qui militi-
bus ex more traduntur, l. j. C. de mili. vest. libr. xij. hinc canon
annonæ, quæ militibus præstari solet, l. ij. C. de appella. præ-
24 fect. ann. libr. 12. hinc dicitur † canonicarius, qui regulares exi-
git præstationes, §. hoc quoque obseruari, in Authentic. de
colla. hinc canonica portio, quæ parochiano debetur de reli-
ctis alteri ecclesiæ occasione sepulturæ, cap. de his, infra de se-
pultu. hinc quarta canonica, quæ Episcopo præstatur a paro-
chiano sacerdote de obligationibus, & decimis parochialibus,
x. quæst. j. cap. de his, & xij. quæstio. j. uobis. de quo plenissimè
per Petr. de Vbal. in tractatu. de canon. Episcop. & parochia.
hinc canonica institutio, quæ secundum regulas iuris facta fuit, ca. j.
de reg. iur. in sexto. hinc canonica electio, & canonica præscri
ptio. cap. cum olim, de dolo & contuma. ca. cum olim, de præ-
25 scrip. Et potest institutio vel electio tripliciter appellari † ca-
nonica largè, & strictè, & strictissimè, ut declarat Archidia. in
cap. nullus, lxiij. distinct. Geminia. consil. 88. Innocentius Pa-
26 pa. hic dicitur † canonicus, quasi canonicè institutus. & se-
cundum hunc sensum quilibet beneficiatus posset dicit ca-
nonicus, quod admittit Ioan. Andre. si largè loquamur. Ita
Ioan. Andr. in cap. j. de electio. libro sexto. & Panormi. in cap.
causam quæ, colum. 2. de iudic. & in rubr. de uita & honestate
clericorum. sed propriè non dicuntur canonici, nisi colle-
giati in aliqua ecclesia, quia sub certa uiuendi regula reci-
piuntur, & sic dicuntur canonici a canone, id est regula, d.
cap. canon, secundum Panormi. in d. cap. causamque. Sed
certè etiam secundum hunc sensum monachi, & fratres de
obseruantia dicerentur canonici. vnde necesse est dicere, quod
canonici teneantur magis ad seruandos canones, quàm cæ-
teri, & hoc respectu hi dicuntur propriè canonici, secundum
Card. in cap. fin. de cleri. non resid. Et hoc stante, quòd canon
dicatur constitutio edita in Concilio generali, sequitur, quod
constitutiones synodales, seu prouinciales, non rectè dican-
tur canones, quod firmat Bald. in capitu. primo, infra eod. &
Card. in clemen. 1. in princip. quæstio. xxvj. de priuileg. per il-
lum text. ubi secundum eum fit differentia inter excommuni
catos a canone, & excommunicatos per statuta sinodalia, vel pro-
uincialia. Sed in contrarium facit, quia canon dicitur regula, quę ho
mines regulat ad beatè benèque viuendum, cap. regula, 3. dist.
Sed constitutiones prouinciales, & sinodales etiam dirigunt
subditos ad beatè benèque uiuendum, ergo &c. Item in con-
trarium facit text. in d. cap. regula, §. porro. vbi dicitur, porro
canonum alii sunt decreta Pontificum, alii sunt statuta Con-
ciliorum. Conciliorum uero alia sunt uniuersalia, alia sunt
prouincialia. pondera, quod etiam prouincialia statuta sunt
canones. Item pondera, quod omnia Pontificum decreta
sunt canones, ergo propriè quia dictio, sunt, denotat essentiam
& proprietatem, secundum glos. in l. mercis appellatione, 2. de uerbo.
signifi. & Bart. in l. si maritus, §. legis Iuliæ, ff. de adulte. Tertio
facit text. in cap. de libellis, in fin. xx. dist. ibi, sanctorum patrum
statuta, quæ apud nos canonum nomine intitulantur. Quarto fa-
cit text. in ca. 1. j. eo. vbi probatur, quod omnis constitutio dicitur
canon, dum dicitur quod canonum statuta custodiantur ab om-
nibus, & ita tenet Cald. consi. 19. sub rubr. de reg vbi cōsuluit,
quod Abbas, qui habet potestatem dispensandi cum monachis
super irregularitate imposita a canone, poterit dispensare su-
per irregularitate imposita ex constitutione ordinis, quia e-
tiam constitutio ordinis dicitur canon. & idem tenet Calde.
consi. 16. sub ista rubr. de constitu. vbi dicit, quod habens potest
tem dispensandi cum celebrante post excommunicationem
latam a canone, etiam poterit dispensare cū celebrante excōi-
cato a constitutione capituli. Quid tenendum? Felyn. & alij
Modernio. in d. cap. 1. dicunt quod canon propriè, & strictè
capitur pro constitutione edita in concilio vniuersali, largè
autem pro omni constitutione ecclesiastica, d. ca. j. Et ideo di-
cunt, quod in materia fauorabili, & extensibili, appellatio-
27 ne † canonis, comprehenditur etiam sinodalis constitutio,
& ita loquitur Calder. in d. consil. vbi loquitur in facultate di-
spensandi, quæ est fauorabilis & extendenda, secundum Ioan. And.
& alios, maximè Felyn. in cap. fi. de simo. Sed illa sua distinctio
confunditur per iura præallegata, quibus non accomoda-
tur, quod responsum est, & confunditur per text. super qui-
bus ipsi se fundat in dict. cle. j. de priui. vbi in materia pœna-
li, appellatione canonis continetur omnis constitutio edita
a summis Pontificibus etiam alibi, quàm in Concilio. Imò
si rectè aduertatur, ille text. contra eos vrget mirabiliter, quia
ibi puniuntur absoluentes absque licentia parochialis sacer-
dotis excomunicatos a canóne, præterquàm in casibus a iu-
re, vel sententiis per statuta prouincialia, aut sinodalia pro-
mulgatis. Ergo etiam hi, qui sunt excommunicati per statuta
sinodalia, dicuntur excommunicati a canone. Alioquin exce-
ptio non esset de regula contra l. nam quod liquidè, §. fina. ff.
de penul. lega. & not. per gloss. & Barto. in l. j. ff. de regulis iuris.
Ego autem teneo, quod etiam constitutio sinodalis propriè
dicatur canon per prædicta. Ad iura contraria, quæ videntur
probare, quòd constitutio edita in Concilio propriè dicatur
canon. Respondeo, quòd non negant alias constitutiones e-
28 tiam posse dici propriè canones. vnde dico, quòd canon † po-
test dupliciter capi, in genere, & in specie, prout etiam dupli-
citer sumitur constitutio, vt supra conclusum fuit. Si capiatur
in genere, omnis constitutio rectè dicitur canon. Si capiatur
in specie, de constitutione conciliari intelligitur per excellen-
tiā, §. sed quoties, Institu. de iure natura. gent. & ciuil. ¶ An au
29 tem lex † ciuilis rectè canon appelletur? Præmissa faciūt quòd
sic, quia etiam lex ciuilis instruit nos ad beatè beneque uiuen
dum. In contrarium facit text. in capitu. filius, infra de testa.
ubi dicitur lex seculi. Et quòd propriè leges ciuiles non dican-
tur canones, sentit Panorm. in dicto capit. j. in primo notab. ut
firmat Deci. consil. 158. columna ij. Sed distinguendum est, an
leges sint approbatæ a canonibus, & tunc rectè canones pos-
sunt appellari, quia cum sint approbatæ, constat, quod nos du
cunt ad beatè beneque viuendum. aut non sunt approbatæ,
& tunc non rectè canones nominantur. Et ita distinguit Pan.
in cap. si necesse. ad finem. infra de dona. inter uirum & uxor.
30 Decretum † autem est constitutio Papæ cum concilio Cardi-
31 nalium ad nullius consultationem edita. Decretalis vero † epi-
stola dicitur constitutio Papæ ad alicuius consultationem pro
mulgata. Ita gl. Hostien. & alii concludunt: quod stare potest,
si huiusmodi nomina intelligantur in specie. Sed in genere
omnis constitutio rectè dicitur decretum, c. ne innitaris, j. eo.
titu. c. si Romanorum, xix. distin. l. 1. §. fin. ff. quod quisque iur.
& l. 1. & per totum, ff. de decre. ab ordi. facit. & C. de decret. De-
cur. in rubro & nigro. nam & iudicis sententia etiam decre-
tum rectè appellatur, l. nec quicquam, §. vbi decretum, ff. de
offic. Proconsul. & ibi Bald. & Ias. uarias huius uerbi significa-
tiones referunt, & quid differat decretum iudicis ab authori-
tate, licentia, & consensu, traditur per glo. in c. j. de reb. eccl.
32 non alienan. lib. vj. Sanctio † autem dicitur constitutio pœna-
lis, l. sanctio legum, ff. de pœn. Institu. de re. diui. §. sanctæ. quod
glos. ibi uerum putat de stricta & propria significatione. Sed
largè sanctionis verbo, omnis lex Imperialis significatur, C.
de nouo Cod. facien. ibi, colligentes vero in unam sanctio-
nem, largissimè totius iuris ciuilis collectio denotatur, vt in
proœ. Digest. & ibi gloss. idem no. & in l. ij. §. omni, C. de vete.
iur. enucl. & idem renet gloss. in clemen. 2. in versicu. sanctio-
ni, de vit. & honesta. cler. & in clemen. sæpe, in verbo constitu-
tione, de verbo. significatio Aliquando sumitur pro quacun-
que constitutione Papæ, ca. sic omnes, xix. dist. & ibi Archid. &
Cardi. Alex. & in ca consuluisti, 2. q. v. sancire enim, Seruio au-
ctore, est consecrare sub sanguine hostiæ. Hinc lex quæ, san-
guinis pœna arcet malos a delictis, dicitur sanctio, quasi no-
centium sanguine consecreta. sancire etiam est confirmare
& roborare. hinc omnis lex aliquid firmans, potest dici san-
ctio, d. cap. sic omnes. Qua de re etiam testatoris dispositio re-
ctè dicitur sanctio. l. filium, quem habentem. ibi, sanxit testa-
33 tor, C. famil. ercis. Pragmatica † sanctio appellatur constitu-
tio Principis super causa, in consistorio Principis uentilata,
secundum gloss. in l. fina. C. de diuer. rescrip. tanquam cum
causæ cognitione facta secundum glo. in ca. peruenit, c. 1. dist.
uel dicitur pragmatica, a scriptura, secundum gl. in ca. dicenti,
§ rescripta, 35. q. ij. Gramma enim idem est, quod litera, secun
dum gl. in l. moris, §. solet, ff. de pœn. & idem dixit gl. in l. leges.
1. in versi. iudicium programmate, C. de leg. Sed verius dicitur
pragmatica sanctio, determinatio causæ facta a Principe cum
34 consilio pragmaticorum. Sunt autem pragmatici, † sapientes
viri,

viri, qui partiũ consensu absque lite causas dirimunt, quibus aliquando solet præses officium interdicere, l. moris, §. solet, ff. de pœn. Et hinc dicebat Iuuena.

Inde cadunt partes in fœdere Pragmaticorum.

Vnde non puto Accur. rectè sensisse, dum eredit eos dici pragmaticos, qui pragmaticas scribunt sanctiones. Sic cum a iudicibus ordinarijs disceditur, & ad Principem itur pro dirimenda lite, Principis determinatio dicitur pragmatica sanctio, & ita propriè sumitur in d. l. fin. C. de diuer. rescript. hinc omnis lex edita a Principe cum consilio sapientum, dici potest sanctio pragmatica, l. legge pragmatica, C. de domest. & protec. lib. xij. Ita sentit glo. in l. iubemus, C. de sacrosanc. eccle. dicuntur enim pragmatici a prasi Græcè, Latinè autem terminatione.
35 Annontatio † est Principis constitutio, motu propio edita absque consilio sapientum, secundum glo. in d. l. fin. C. de diuer. rescript. & in l. non aliter, C. de pala. sacra. largiti. libr. xij. & in hoc differt a pragmatica, quæ editur de consilio pragmaticorum. Vel annotatio dicitur, quod a Principe statuitur de consilio paucorum, Pragmatica de cõsilio plurimorum, secundum gloss. in l. iubemus, C. de sacrosan. eccle. Vel verius pragmatica dicitur, quod Imperator cognoscens decreuit de consilio pragmaticorum; Annotatio, quod per epistolam & subscriptionem statuit, dicta ab annotatione, id est subscriptione. Hinc descendit Notarius a notando, id est scribendo, vel subscribendo. Et hæc differentia satis colligitur ex tex. in l. 1. ff.
36 de constitu. Prin. Dogma, est lex † docens fidei scientiam, quæ est vera doctrina & cætærarum scientiarum viaticum, cap. qui sine, xxvj. q. ij. & idem dixit gloss. in c. satis, xcvj. distin. Generaliter tamen significat cuiuslibet sectæ decreta, c. qui de mensa. ibi, dogmata philosophorum, xxxviij. distin. & in Authen. quomodo oportet Episcopos. in princ. hinc dogmatistes, qui alicuius dogmata sequuntur. Inquit enim Hieronymus, Apostoli interpres magis sui, quàm dogmatistes. Interdictum, ea
37 lex † vocatur, quæ est simpliciter prohibitoria. Interdicere enim est denunciare, & prohibere, §. exhibitoria. versic. sunt tamen, Institut. de interdic. hinc banniti dicuntur intetdicti, quia eis prohibitus est ad patriam regressus, ff. de interdic. & relega. l. relegatorum, & l. nulli, C. de senten. hinc prohibitus a lege de bonis suis disponere, dicitur bonis interdictus, l. is cui bonis, ff. de verbor. obligatio. hinc prohibitus postulare, vel officium suum exercere, dicitur interdictus officio, l. moris, per totam illam legem, ff. de pœn. & l. fin. eod. titu. & Institu. de suspec. tu to. §. si quis autem, cum similib. Hinc prohibitio de non contrahendo matrimonium dicitur interdictum, infra. de matri. contracto contra interdic. eccles. Hinc prohibitio de non audiendo diuina, dicitur etiam interdictum ecclesiasticum, c. alma mater, & c. si sententia. de senten. excom. lib. 6. c. quod in te, infra. de pœn. Vsus tamen obtinuit omnia iura restitutoria & exhibitoria etiam interdicta appellari, quasi inter duos dicta, §. exhibitoria, Instit. de interdic. vbi probatur quando norma loquendi est penes vsum, vt inquit Horatius, & refert gloss. in l. Labeo, ff. de supel. lega. Mandatum
38 † autem dicitur ius, quod consistit in moribus, secundum Hostien. & Modern. hic. Tu dicas, quòd omnia legum precepta possunt dici mandata, sed in specie ea sola mandata dicuntur, quæ iudicibus traduntur circa modum gubernandi prouinciam, vt probatur in Authen. de mandat. Pincip. in princip. vbi Iustinianus attestatur se composuisse librum mandatorum, & ita declarat glo. ibi in rubr. & ideo si Rector prouinciæ contrahat matrimonium cum subdita, dicitur contraxisse contra mandatum Principis, l. & si contra mandata, vbi etiam gloss. not. C. de nuptijs. Si verò tutor contahat cum pupilla, dicitur contraxisse contra interdictum Principis, C. de interdic. matri. in rubro & nigro. & declarat Odofredus in l. qui contra legum præcepta, vel contra mandata constitutionesque Principium, C. de in cestis nup. vbi expressè probatur mandatum differre a præcepto, & a constitutione Principis. Sunt & alia iura, quæ alijs nominibus vocitantur, vt Senatu consulta, prætorum edicta, plebiscita, prudentum responsa. alia etiam varijs nominibus appellantur a conditoribus eorum, vt 3. distin. per totum, & Insti. de iure natu. per totum. Vltimo quærit Panormitan. hic, an scriptura sit
39 de substantia † legis, seu constitutionis? quam quæstionem latè prosequuntur Moder. maximè Deci. Pro parte affirmatiua adducuntur plura. Primo text. in l. humanum, ver. dictari, C. de legi. Decius respondet, quod etiam dicitur dictari, quod viua voce profertur, l. dictantibus, C. de testamen. & l. 1. C. de his, qui sibi ascrib. in testamen. Quidam hanc solutionem non admittunt, quia ibi non solum dicitur legem debere dictari, sed etiam recenseri, & recitari, quę verba præsupponunt necessariam esse scripturam, C. de emend. Iusti. Codi. ad finem. & facit text. in l. prima, C. quemadmodum testamen. aperian. & l. 1. ff. de his, quæ pro non script. haben. Sed certè etiam dicitur recitari, & recenseri quod ore exprimitur, iuxta Iuuenal.

Impunè ergo mihi recitauerit ille togatas?
Hic elegos, &c.

Et probatur in l. 3. §. si quis noxali. & ibi gloss. in versiculo recensione, ad exhiben. Dubitandum tamen est, quia ista procederent de plano, si ibi simpliciter diceretur legem debere dictari, vel recitari, vel recenseri. Sed ibi dicitur, quòd prius id, quod legem exposcit, ab omnibus patribus examinandum est. & si placuerit omnibus, debet forma legata dictari, & ea denuo collectis omnibus recenseri, & demum in sacro consistorio recitari. pondera, quod prius præsupponitut placitum omnium patrum, postea ea forma, quæ placuit, delegatur dictanda, ab aliquo postea recitanda. quæ dictatæ formæ recitatio scripturam meo iudicio præsupponit. & benè probatur in l. secunda, ibi, testamentum dictasse, iuncta gloss. quæ exponit, idest scripsisse, C. de his, qui sibi ascrib. in testamen. & in l. sed si maior. ibi, resignari testamentum & recitari, ff. quemad. testamen. aperian. & hic fuit intellectus Bart. in dicta l. humanum, qui ita summat. lex hoc ordine fieri debet, prius examinetur, deinde scribatur, postea recitetur. Ideo Deci. fortè sentiens difficultatẽ transit ad alias solutiones. Respondet ergo secundo loco, quòd illa forma non est necessaria, secundum Bar. ibi. sed tu aduerte, quia & si Bar. velit, ꝙ vniuersalis ordo, de quo ibi, non sit necessarius, non tamen Bar. vult totum oppositum, si rectè intelligatur: nam Bart. opp. de legibus Authenticorum, & respondet, ꝙ ideo in illis iuribus non fuit seruata forma dictæ l. humanum, quia talis forma non est necessaria, sed ad beneplacitũ, & sic Bar. loquitur de forma omissa in iuribus Authenticorum, non de scriptura, quia constat scripturæ formam in illis legibus non fuisse prætermissam. vnde aliter, & tertio, respondet Deci. quod in d. l. humanum, habetur respectus ad communem obseruantiam, quę est ꝙ lex redigatur in scriptis, non ꝙ scriptura sit necessaria. Sed tu considera, quod hæc solutio non videtut recipienda, tum quia diuinat, tum quia verba illius legis repugnant. non enim dixisset Imperator, non aliter esse in posterum legem promulgãdam, si ad communem obseruantiam respectum habuisset. Imo ideo scribendam esse, & recitandam iubet legem in consistorio, vt cum̃ summa maturitate & deliberatione fiat, vt sonant illa verba legis. Secundo allegatur text. in §. constat, Institut. de iure natu. gen. & ciui. vbi dicitur ius constare auten scripto, aut non scripto. Pondera, quod constitutiones, & leges consistunt in scriptura, & consuetudo in vsu & communi obseruãtia, vt clarius probatur in §. ex non scripto, eod. titu. Ad idem text. in capitulo, lex est constitutio scripta, & ca. mos est longa consuetudo moribus tantummodo tracta. 1. distin. Ad idem clarior text. in §. cum itaque, cap. consuetudo, ead. distinct. Ad ista iura, & similia respondet Deci. quod in dictis iuribus distinguitur ius scriptum ad differentiam consuetu. quæ est ius non scriptum. non tamen sequitur, secundum eum, ꝙ scriptura sit de substãtia legis. Sed tu aduerte, quod ius distinguitur in duas species, scriptum. s. & non scriptum. Frgo scriptura est, quę causat hanc distinctionem, vt probatur expressè in §. & non ineleganter in duas species, & ca. Instit. de iure natu. gen. & ciui. Si autem scriptura est, quæ hanc distinctionem facit, sequitur ꝙ scriptura est de substantia iuris scripti. Alioquin non essent duæ species iuris, quia quæ differunt specie differunt, substantia, vt homo, & pecus, secundum Porphirium. & not. per gloss. in l. secunda, ff. si cert. pet. & probatur in l. tertia. §. genera. ff. de acquiren. posses. & ibi Ias. primo nota. Et si dixeris, vt dicit Deci. quod lex, & consuetudo distinguuntur specie alia ratione, quam scriptura: quia vna expressa, altera ex tacito consensu populi inducitur. Respond. quod expressus consensus causatur ex scriptura, tacitus causatur ab vsu. & ideo scriptura principaliter contemplatur. vnde text. in dicto §. & non ineleganter dicit ius distingui in duas species, propter scripturam, non propter tacitum & expressum. Et cum Legislator expressè dicat, scripturam causare has duas species, impium est asserere quod non sit scriptura, sed tacitus vel expressus consensus, qui distinctionem facit. Secundo respondet idem Deci. quod in dictis iuribus distiguitur ius scriptum a non scripto, ratione facilioris probationis, argum. l. contrahitur, ff. de pigno. Sed certè lex non diceretur constitutio scripta; nec distingueretur prout diuersa species a consuetudine, si ad faciliorem probationem, requireretur scriptura, quia maior & facilior probatio, & minor probatio non faciunt rem differre specie, l. fina. ff. de fun. instru. instrumentoquè lega. Tertio respondet, quod differentia scripturæ sit habito respectu ad communem contingentiam. Sed nec ista placet, quia ipse præsupponit, quod scriptura non causet differentiam specificam, quod constat esse falsum, vt patet ex prædictis Et quia text. in d. §. & non ineleganter, in fin. facit differentiam non respectu

communis

communis contingentiæ, videlicet quia leges ſoleant commu
niter redigi in ſcriptis: ſed quia non aliter pro legibus haben-
tur, nec recipiuntur, niſi ſint ſcriptæ. Plura alia iura pro hac
parte citantur per Mod. hic, quibus reſpondent Mod. ſed quia
ſolutiones eorum remanent euacuatæ per predicta, circa ea
aliter non inſiſtam. Vlterius pro hac parte facit, quia lex
40 † dicitur a lego, legis. Ergò ſcriptura videtur neceſſaria, aliàs
legi non poſſet, l. j. §. j. ff. quemadmod. teſta. aper. Ad iſtud re-
ſpondet dom. Anto. de Butr. quòd lex non dicitur a lego, ſed
a ligo, ligas: quia omnes ligat, cap. j. ꝫ. e. Sed tu aduerte. quia
non liget, niſi ſit ſcripta & publicata, cap. iiꝫ. eod. & d. §. & non
in eleganter, in fi. & in Authen. vt factæ nouæ conſti. in princ.
Ergò ad hoc, vt ſit lex, & ſic vt liget, neceſſaria eſt ſcriptura,
Quidam etiam allegant pro hac parte text. in l. prima. C. de
manda. Princip. arguendo de ſpecie, i. de mandato, quod eſt
ſpecialis conſtitutio, vt ſupra dictum eſt, ad genus ideſt, ad om-
41 nem conſtitutionem. Sed certè argumentum † de ſpecie ad
genus, non valet quò ad poſitionem cæterarum ſpecierum,
§. plebs autem, Inſtitutio de iure natu. gent. & ciui. Imo, quod
ponitur de vna ſpecie, de alijs negatur, leg. quod Labeo ff. de
compenſ. l. maritus. C. de procurat. nam quod vni ſpeciei con-
uenit, non poteſt alteri conuenire: vt ratio, quæ adeo eſt ho-
minis propria, quod non poſſit conuenire brutis. Vnde text.
in d. lege. i. volens neceſſariam eſſe ſcripturam in mandato
Principis, videtur innuere ſcripturam non fore neceſſariam
in alijs conſtitutionibus, quæ ſpecie differunt a mandato. Item
ille text. videtur velle, quòd ſcriptura ſit tantum neceſſaria ad
probandum mandatum, dum dicit credendum non eſſe aſſe-
rentibus ſe veniſſe cum mandatis ſecretis, & ſic ſcriptura non
requiritur ad eſſentiam mandati, ſed ad probationē. Hinc eſt
quòd creditur Cardinalibus aſſerentibus, ſe habere mandatū
viuæ vocis oraculo, cap. nobiliſſimus, xcvij. diſtinct. & traditur
per Mod. in capitul. cum in iure peritus. ꝫ. de offi. delega. quibus
non crederetur, ſi ſcriptura foret de ſubſtantia & eſſentia ipſi
us mandati. Et ſic hic text. admodum ſtringit pro parte nega
tiua. Pro qua plura alia citantur iura. Et primo hic Panor. addu
cit tex. in cap. j. de renun. lib. 6. Sed hic tex. parum facit, ſm De-
cium: quia & ſi mandetur, ꝯſtitutionem illa redigi in corpore
aliarum conſtitutionū non tamen ſequitur, ergò ante ſcripta
non erat, ſed tm̄ ſequitur ꝙ ante erat extrauagans. Secundo
idem Panor. allegat tex. in §. ſed quod Principi, Inſtrumen. de
iur. natu. & in l. j. ff. de conſtit. Princip. Sed intelligendo de vo-
luntate Princpis legitima, & ſeruata forma d. l. humanum, iſte
tex. nihil faciet: & ita ad hunc tex. reſpondent And. Sicu. & De-
ci. hic poſt Bald. in l. de quibus, ff. de legib. Sed aduerte, quia ſen
tentia Imperatoris videtur valere, etiam ꝙ non ſit de ſcripti re
recitatione probara, ſecundum gloſ. in cap. fin. de re iudic. libr.
ſexto, & firmat Ange. in l. Princeps, ff. de leg. vbi allegat Innoc.
in c. cauſis, de re iudic. & ſequitur Curt. qui alia adducit in con
ſilio. 66. colum. v. intelligendo ergo illum text. in verſ. cogno-
ſcens decreuit, de ſententia Imperatoris, quę vim legis habet, l.
fin. C. de legib. conſtat legem ſola voce Imperatoris conſtitui
poſſe. Et hoc modo ille text. probabit. Eſt verum, quod De-
ci. hic ſentiens difficultatem dicit, quòd ſi ſimplex ſententia
Principis, abſque ſcriptura conſtituit ius inter partes, ſed non
quo ad omnes, niſi redigatur in ſcriptis. Sed tamen hanc ſuam
diſtinctionem non probat. Tertio Panor. adducit tex. in dicto
§. conſtat. Sed certè hic text. facit pro contraria parte, vt ſupra
abundè dictum fuit. Quarto facit text. in capitulo primo de
iureiuran. li. vj. ibi, iura & conſuetudines, ſcripta & non ſcripta.
Ergo ſunt aliqua iura, quæ non ſunt ſcripta. Sed ad aliud re-
ſpondet gl. ibi, quòd iura non ſcripta ſunt conſuetudines. Ideo
gloſſ. dicit ſingula ſingulis eſſe referenda. Quinto facit text. in
c. ſi quis, j. quæſtione vii. ibi, ſcriptam traditionem & non ſcri-
ptam. ſed dicas, quòd quatenus loquitur de traditione non
ſcripta, intelligi debet de conſuetudine, vel de traditione non
redacta in corpore iuris. Sexto facit text. in capitulo. inſtitu-
tiones, xxv. quæſtione ij. ibi, ſiue quæ ſcripto decreuimus, ſiue
quæ in noſtra præſentia ſancita ſunt. Sed tu intelligas hunc
text. loqui, vel de priuilegijs, quæ non requirunt ſcripturam, ſe-
cundum gloſſ. in cle dudum, §. nos etenim, de ſepult. vel de ſen
tentijs latis in eius præſentia, quæ Princiqis conſpectu validan
tur, etiam quod ſcripto prolatæ non fuerint, argu. l. omnium,
C. de teſtamen. & not. per gloſ. in capitulo fi. in verbo. illuſtriū,
de re iudic. libro. ſexto Septimo allegatur text. in le. 2. §. nouiſ-
ſimè, ff. de orig. iur. Vbi dicitur, quod proprium ius ciuile eſt,
quod ſolum in interpretatione prudentum abſque ſcripto cō
ſiſtit. Ad iſtum text. reſpondet Deci. quod loquitur ante data
reſponſa, & ſic loquitur de iure, quod eſt in diſputatione, & ſic
in fieri, non de ipſis reſponſis datis & firmatis. quæ reſponſio
mihi non ſapit, tum quia ex contextu clarè patet, quod author
loquitur de iure conſtituto non conſtituendo, tum quia
non poteſt dici proprium ius ciuile eſſe, quod nondum
eſt in eſſe, legge eius qui, ff. ſi cert. peta. nec enim poteſt eſſe
qualitas ſine ſubiecto, l. prima, ff. de vſufruct. vnde aliter poteſt
reſponderi, quod illa verba, ſine ſcripto, debent exponi. i. ſine
decreto Principis, vt. exponitur in l. prætor, §. fina. ff. de eden.
quaſi dicat, reſponſa prudentum, propriè dicuntur ius ciuile,
quamuis decreto Principis roborata non ſint. Aliter etiam re-
ſpondet gloſſ. ibi in verſic. ſine ſcripto. ſuper qua reſponſione
non me ſundo, quia facilè ſubuerti poteſt. Octauo facit text.
in dicta, l. ſecunda, §. exactis, 1. vbi dicitur, quòd leges duodecim
tabul. redactæ ſunt in tabulis eburneis per ſcripta, vt apertius
perciperentur. Ergo requiritur ſcriptura ad maiorem notitiā,
non quod ſcriptura ſit de eſſentia legis. Sed tu aduerte, quod
42 ille text. probat oppoſitum, quia dicitur, quod leges † duode-
cim tabul. fuerunt tranſmiſſæ a Cræcis ad Romanos, qui illas
in tabul. eburneis poſuerunt. Ergo antea erant ſcriptæ: alio-
quin qualiter tranſmitti potuerunt, & qualiter tranſcribi in ta
bulis eburneis? Sed aduerte, quia ille text. alia ratione videtur
pro hac parte benefacere, quia dicitur ibi, quod popu. Ro
man. ante legem duodecim tabula. vtebatur incerto iure, &
incerta lege. Ergo lex eſt incerta, & non ſcripta: niſi fortè di-
xeris, quòd lex in certa non eſt ſimpliciter lex, capitulo erit au-
tem, quarta, diſtinct. Nono facit, quia Dominus noſter Ieſus
Chriſtus dedit nobis legem verbo, non ſcripto, Matt. quinto,
Ego autem dico, diligite inimicos veſtros, &c. nam ipſe docuit
paſcēdum populum verbo, dum dixit Petro, paſce oues meas,
&c. Facit text. in Authenti. vt factæ nouæ. conſtitut. §. primo,
ibi, Paulo antequàm lex ſcripta eſt, & adhuc ignorata. Et
pro hac ſententia allegantur plura iura, quæ parum faciunt,
ideo ea non refero. & hanc tenent *Communiter* Docto. teſtibus
Panor. in capitulo primo, de poſtula. prælato. Fely. & Mod. hic.
Quid tenendum? Bald. in d. l. humanum, diſtinguendo concor
dat hanc diſſonantem citharam, vt non requiratur ſcriptura
ad eſſentiam legis, ſed benè requiratur ad obligationem: non
43 † enim lex ligat niſi ſit ſcripta, ſecundum eum, quem ſequun-
tur Felyn. & Moder. hic. Sed iſta diſtinctio non videtur vera,
tum quia non eſt ſcriptura, quæ liget, ſed ſcientia, & notitia ip
ſius legis: tum quia poteſt legiſlator facere quòd lex liget, etiā
antequàm fuerit nota & publicata, ſecundum glo. in clement.
ſecunda, de hæreti. vnde tutius eſt tenere, quod ſcriptura non
ſic neceſſaria ad eſſentiam legis, nec ad obligationem, ſed ad fa
ciliorem probationem, iuxta l. contrahitur, ff. de pigno. niſi a
principio agatur, quòd redigatur in ſcriptis, iuxta l, contractus,
C. de fide inſtru. Sed an in dubio agi præſumatur, quòd lex in
ſcripturam redigatur? Ego crederem, quòd ſic, per text. in Aut.
vt factæ nouæ conſtit. poſt earum inſinuationes valeant, in ru-
bro & nigro. vbi dicitur, nouas conſtitutiones ita demum va-
lere, ſi fuerint in ſcriptis notificatæ. Ergo ſcriptura videtur de
ſubſtantia: alioquin valeret lex antequàm ſctipta foret. & hac
ratione ius ſcriptum diſtinguitur a iure non ſcripto, & ita pro-
cedunt iura, quę videntur exigere ſcripturam. Et hæc proce-
dūt in legibus ſupremi Principis, ſecus in legibus inferiorum,
in quibus ſcriptura videtur neceſſaria abſolutè & indiſtinctè,
quia inferiorum ſententia non valet, niſi prius ſcribatur, c. fin.
de re iudica. lib. ſexto, vnde non etiam debet valere conſtitu-
tio, ſeeundum Ioan. And. in regula, nemo poteſt 1. de regu. iur.
in ſexto, Sed And. Sicu. hic iſtud non admittit, per tex. in c. 1. de
iureiur. lib. ſexto, ibi, ſcripta & non ſcripta. qui text. nihil facit, ſi
intelligamus illum text. quatenus loquitur de iuribus non ſcri
ptis, loqui de iuribus conſuetudinarijs, vt ſupra dictum fuit. Mi-
hi etiam non placet, quia non bene arguitur de ſententia ad
conſtitutionem, quantum ad terminos noſtros: nam in ſen-
tentia requiritur ſcriptura, ne ſit in poteſtate iudicis addere
vel detrahere ſuæ ſententiæ; quæ ratio ceſſat in conſtitutione,
quæ poteſt tolli & ampliari pro arbitrio conditoris, l. fina. C.
de legi. l. eius eſt nolle, ff. de regu. iur. & etiam hanc fallentiam
damnat Rota deciſio. 246. conſtitutio, ſiue ſtatutum canoni-
corum. Nec dicatur, vt quidam dicunt, ꝙ attenta ratione præ-
iudicij poſſent partes conſentire, ꝙ iudex ſine ſcriptis poſſit iu
44 dicare: quia reſpondetur, ꝙ in † ſententia requiritur ſolenni-
tas ſcripturæ, ad euitandas iudicum fraudes principaliter: ſo-
lēnitati autem inuentę ad remouendas fraudes non poſſunt
partes renunciare, capitulo fin. de pac. lib. ſexto. l. nemo poteſt,
ff. de lega. 1. iuncta l. iubemus, C. de teſtamen. vnde non valet pa
ctum, quòd iudex non poſſit ſyndicari, ſecundum Bald. in l. ſi
ſeruus vetitus, ff. de leg. primo. Ange. & Imo. in l. ſi mora, ff. ſolu-
to matrimo. quia dolus de futuro remitti non poteſt, l. ſi vnus,
§. illud, ff. de pac. Et eadem ratione dico, quod non valet pactū,
45 † quod iudex poſſit ferre ſententiam abſque ſcriptura. Et vbi
pactum valeret, tunc ſtandum eſſet ſententiæ, non vt ſenten-
tiæ, ſed vt laudo & cōuentioni, iuxta gl. in l. 2. C. commu. vtri. iu.
Nec etiam dicatur, ꝙ Princeps non poſſet ferre ſnīam abſque
ſolemnitate ſcripturæ, cum non poſſit præiudicare iuri, tertio
acquiſito, l. fina. C. ſi contra ius, vel vtil. publ. cuius contrarium

concluſum fuit ſupra, quia reſpondetur, ꝙ in ipſa prolatione ſententiæ non dicitur agi de præiudicio iuris acquiſiti, ut patet de ſe. Et ubi diceretur agi de præiudicio iuris acquiſiti, certè ageretur de præiudicio iuris acquiſiti facto ipſius Principis. quòd conſtat Principem poſſe tollere, ut in terminis noſtris firmat Bald. in l. fi. colum. penul. C. ſent. reſc. non poſſe. Ang. in l. Anthiocenſium, ff. de priu. cred. & in l. Lucius, ff. de euic. & latè Eelyn. in c. quæ in eccleſiarum, colum. 14. & ſequ. infra eod. Dicetur fortaſſe, ad quid prodeſt huiuſmodi diſputatio? Reſpondetur ſeruire ad plura. Primo infertur, ꝙ ſi vo-
46 lumen † ſtatutorum deperderetur, poſſet teneor probari per teſtes, & talis probatio haberet uim legis ſecuncum Bald. in l. j. §. fi. C. de cad. tollen. & Rot. deciſ. 246. ſub rubr. de conſt. deciſ. j. in nouis. Sed aduerte, quia illatio non benè ſequitur. nam idem eſſet, ſi ſcriptura eſſet de ſubſtantia legis, adhuc probata amiſſione poſſet teneor probari per teſtes, ſecundum gloſ. & Bar. in l. ſicut iniquum, C. de fide inſtrum. & Pan. in cap. cum olim, j. poſt Inn. & alios, de priuile. ¶ Secundo infertur, quòd
47 lex † obligat habentes notitiam ipſius, etiam quòd nondum ſit publicata, & in ſcriptis redacta, & ita tenet gloſſ. in cap. 2. in ver. hactenus, de reb. ecc. non ali. libr. 6. & in cap. cum ſingula, de præben. eod. lib. in ver. peruenerit. & facit tex. in cap. propoſuiſti, 82. diſt. & in capitu. j. infra de poſtul. præla. Quod facit ad quæſtionem, quæ his proximis diebus fuit in facto. Reueren. dom. Legatus moderatus eſt pretium bladorum, quòd ob maximam penuriam erat nimis exceſſiuum, & in dies augebatur. Quidam habentes notitiam huius moderationis, vendiderunt eorum blada longè maiori pretio ante, quàm moderatio publicaretur. Fuit quæſitum, an emptori competeret beneficium moderationis? Ego reſpondi ꝙ ſic per prædicta, & ita decidit Bar. in l. contra, ff. de legibus, & in l. quæro, ff. de act. emp. Bald. in l. 2. C. de peri. & commo rei uend. Barba. & Fel. in c. 2. j. eod. Pau. de Ca. in l. i. §. fi. ff. de act. emp. Barb. cōſil. 56. colum. 2. libr. 2. & conſi. 66. col. 6. & ſeq. eo. lib. Tertio infertur limitatio ad tex. in c. j. de ſenten. excommu. lib. 6. vbi dicitur
48 quòd excommunicatio non ligat, niſi ſit lata in † ſcriptis. nam hoc verum eſt in excommunicatione lata per ſententiam iudicis, non ſi per canonem, & conſtitutionem ſuperioris. ita firmat Ioan. Andre. & Bald. in add. Specu. titu. de lega. §. finitur verſicu. ſed pone legatus. Sequuntur Gem. & Peruſi. in d. cap. j. Fel. & Mod. hic. Quarto infertur, ꝙ ualeat gratia, & ſi ſcripta ſignataque non ſit: quia ſicut ſcripturę non eſt de eſſentia legis ita non uidetur de eſſentia gratiæ ſecundum Inn. in c. conſtitutus. j. tit. j. Rot. deciſi. xcvj. not. ꝙ reſeruationes in antiquis, Bald. in d. l. humanum, in fi. & in l. fin. C. de commu. ſer. manu. & in l. fina. C. de ſenten. reſcin. non poſ. & probatur in ca. inſtitutiones. ubi gl. & Arch. 25. q. 2. & in cle. dudum. §. nos etenim, de ſepul. & idem firmat Bal. in l. ſi qua per calumniam, colum. 2. C. de epiſ. & cleric. & in l. falſus, col. 3. C. de furt. in quibus lo-
49 cis Bal. concludit, ꝙ Papa † ſolo verbo creat Epiſcopos & Abbates. Et idem tenet Panorm. in ca. in noſtra, ad fin. infra titu. j. & in c. tua, de his quæ fi. a præla. ſine conſen. capitu. Sic etiam Imperator, & Papa ſolo verbo creant Doctores, ſecūdū Ang. in l. cum ſalutatus, C. de ſenten. paſ. Ale. in add. in l. j. C. de dig. li.
40 10. hinc eſt, ꝙ mortuo Papa † ante confectas literas, non expirat gratia, ſecundum Bald. in d. l. humanum, in fin. & Rota. deci. 882. not. ꝙ ſi gratia, in antiquis, poſt Archid. in princ. libr. 6. in uerb. per Apoſtolica. ſcripta. Et ideo ſucceſſor, ſolet in forma rationi congrua concedere literas facientes mentionem de gratia prædeceſſoris, ut hic per Fely. Quod verum eſt in gratia ſimpliciter cenceſſa. Secus ſi per uiam commiſſionis ſit alteri mandatum quòd conferat, ſecundum Bal. in l. fi. col. j. ff. de conſti. Prin. & Old. conſi. 324. Factum tale eſt, col. 2. & ſequuntur Moder. hic. Hinc etiam ſequitur, quòd beneficium uacabit per mortem impetrantis, etiam ſi contigat illum mori ante confectas literas, ut no. Arch. in ca. ſi electus, de electioni. li. 6. & Io. Andr. in proœm. Sexti, & Rot. ubi ſ. Et ſi moriatur extra Romanam curiam per duas dietas, amplius beneficium non erit reſeruādum, licèt antea ex ſpeciali reſeruatione affectum fuiſſet, ſ'm Rot. ibidem. Et ideo regulæ Cancellariæ, & cæteræ ꝯſtitutiones requirentes ſcripturam, quia exorbitāt, ſunt, ſtrictiſſimè interpretandæ ſ'm Rot. deciſi. 332. licet Romana, in nouis. & ita etiam notaui Reſponſorum lib. 2. c. 11. Licèt autem ſcriptura non requiratur ad ſubſtantiam gratiæ & priui-
31 legij, requiritur tamen ad probationem. nec enim ꝑ teſtes gratia probari pōt, ſ'm Bal. in d. l. humanum, & in l. idē Vlpia. in fin. per illum tex. ff. de excuſ. tut. & in c. ꝯſtitutus, inf. tit. i. & Pan. in c. qualiter, in prin. & in c. noſti, in vlt. no. de ele. Card. in ꝓœ. Cle. hinc eſt, ꝙ motus proprius non poteſt probari, niſi per ſcripturam, ut no. in cap. ſi motu proprio, de præbend. libro. 6. & Rot. firmat deciſio. 131. nota, quòd in capitu. ſi motu proprio, in antiquis. Et probatur in extrauagan. iniunctæ, de electio. in extrauagan. commu. Ex quo tollitur argumentum Dec. dicentis, quia non reperit iure cautum, ꝙ hic caſu exigat ſcripturam, ſtatutum, eſſe regulæ generali, ꝙ par uirtus eſt teſtium, & inſtrorum l. in exercendis, C. de fid. inſtr. ca. cum Ioan. eo. titu.
52 Iſtud tñ intelligo procedere in gratię † contra ius, ſecus in gratia ſecundum ius, & eſt meritò conceſſa, ut collatio beneficij facta benemerito abſque diſpenſatione. hæc. n. poteſt teſtib. probari, ſ'm Bal. in c. 2. per illum tex. de reſt. ſp. & Rot. dec. 780. dic, ꝙ collatio, in antiquis. Hinc eſt, ꝙ poteſtas iudicum ordinariorum, vt ſunt Epī, & eorum vicarij, prætores, & ſimiles, poteſt probari per teſtes, ſ'm Rot. deciſi. 57. ualent acta; in nouis. & Dec. conſi. 169 colū. 2. licèt poteſtas delegati ſit probanda per literas, l. j. C. de manda. Prin. Hinc eſt, ꝙ Doctoratus poteſt probari teſtibus, quia non eſt gratia contra ius, ſi ſit digno collatus, vt per Pan. in ca. cum in cunctis, in prin. j. de elec. Ita dicit Bal. in proœ. huius operis. Item iſtud intelligo, niſi agatur
53 de probando tenore † gratiæ ſemel ſcriptæ, ſed caſu amiſſę, ut ſ. dixi, & firmat Alex. conſi. 196. Viſo teſtamento dicti Franciſci, li. 2. Item licèt non poſſit probari totus gratiæ & priuilegij tenor, niſi per ſcripturā, poteſt tñ probari per teſtes plus fuiſſe dictum, q̄ ſcriptum, & econtra, arg. l. quoties, in j. & 2. reſponſo, ff. de hæredi. inſtituen. & firmat Rot. deci. 332. licèt Romana curia, in nota. & hæc eſt ratio, quare prioritas priuilegij poteſt teſtibus probari, ſecundum gloſſ. in ca. ſi a ſede, de præben. lib. 6. & in ca. duobus, in verb. apparet, de reſcrip. eod. libr. ¶ Vltimo pro ampliori dote huius rubric. quæro, an editio conſti-
54 tutionum ſit † neceſſaria. Videtur ꝙ non, nam quantum ad iuſtos, & bonos, lex eſt fruſtratoria, nec eos ligat, ca. licet, j. de reg. iniquos autem, & inutiles ligat, etiam ſi a peccato retrahantur pœnæ formidine, quia non eſt bonum niſi uoluntarium, ca. j. 15. q. j. & iam non facit, quod ex timore facit, cap. qui ex timore, de re. iu. extra. & qui inuitus benè agit, fruſtra pmiū quærit. ca. quam prępoſterum, 13. q. 2. Secundo, melior eſt iuſtitia animata, quàm inanimata. quia lex uiua, & animata, quæ eſt in Principe, & iudicibus, ut in Auth. de Conſulib. §. nos uero, conſiderat uarietatem temporum, & ad illa ſenſum accommodat, ca. non debet, de conſan. & aff. & l. 2. ff. de ꝯſt. Prin. Conſiderat æq tatē, q̄ ſcripto iuri āferenda eſt, l. placuit. C. de iudi. Iudices, n. æq tatem oculis pſpiciunt, l. ſi Epheſi, ff. de eo, ꝙ certo loco. & cum æquitas ſeſe offert, non eſt lex quærenda, l. 2. §. item Varus, ff. de acqua pluuia arcend. immo æquitate ſuadēte poteſt iudex a qualibet iuris regula diſcedere, ſ'm glo. in Authen. ut ſine proh. ma. debi. in prin. in uerbo, exiſtimamus, per illum tex. & in l. qui res, §. aream, ff. de ſolutio. facit text. in cap. ſcias, 7. q. j. traditur per Raph. & Iaſ. in l. ſi ſeruum, ff. de verbo. obl. Ad iudicem ergo recurrendum potius videtur tanquam ad iuſtum, ęquum, & animatum, ut inquit Philoſophus Ethicorum 3. quod etiam probatur ab experientia, quæ eſt rerum omnium magiſtra, clemen. diſpondioſam, de iudi. nam tempore Saturni, quo omnia manu Regia gerebantur, l. 2. in princip. de origin. iure. cuncta florebant, ætas erat aurea, formoſiſſima tempora, pax, quies, requies, & omne buonum. Sed iſtis & pluribus alijs, quæ adduci poſſunt, non obſtantibus, conſtat legis editionem fuiſſe & eſſe neceſſariam. Factæ ſunt autem leges, vt humana coerceatur audacia, ut tuta ſit inter improbos innocentia, l. j. ff. de iuſti & iure. c. facte. 4. diſtinct. Ex quo conſtat, ꝙ non ſolum propter malos, a ſcelere retrahendos, ſed etiam propter bonos defendendos editæ fuerunt conſtitutiones. Habent. n. inſtituta maiorum ſuos modos, cauſas, rationes & vtilitates. hæc. n. timentur, & mali coercentur, vt boni inter malos quietam vitam agant, teſte diuo Hieronymo, tranſumptiuè in c. non fruſtra. 23. queſt. v. & quanquam mali nō mereantur. ſi penæ formidine benè agant: attamen legis uigor perutilis eſt & neceſſarius, non vt mali cogantur benefacere, ſed vt malè facere prohibeantur, teſte Auguſti. tranſumptiuè in c. ad fidem, ead. cauſa, & q. proditur enim lex, vt appetitus noxius ſub iuris regula limitetur, ut ſ. in in proœmio, & vt rudes & ſimplices animi, ad iuſtitiam inſtruantur, l. j. in fin. C. de uete. iur. enucle. omnis enim ars ſuis conſtat præceptis, l. j. §. eſt autem, ff. de iuſti. & iur. & omnis ſcientia, teſte Apoſtolo ad Conrint. 3. vtilis eſt ad docendum, erudiendum, arguendum, & corrigendum: & maximè iuris ſapientia, quæ ſecundum Philoſoph. Etichorum j. cap. 2. docet quas ſcientias in ciuitatibus eſſe, quales quem que diſcere, & quouſque oporteт inſtituere, & quæ cæteris actiuis vtitur ſcientiis, & quæ inſtituit, quid agere, & a quibus quiſque abſtinere debeat, cuius finis cæterarum omnium facultatum continet fines. Ad illius ergo cognitionem diſciplina opus eſt, ex qua fiunt optimi iuſtitiæ rectores, & reipubicæ miniſtri, vt dicit Impera. in proœ. Inſt. ad fin. Nec in arbitrio cuiuslibet conſiſtit ſcire, quod æquum ſit, quodque iniquum, l. j. C. de legibus nec ulli æquum uideri debet, quòd a legis tramite aberrat, quia omnis æquitas debet eſſe legibus informata, ſecundum Panor. in cap. ex parte, in 3. notab. de offi. de le. Conſcientia † . n. ſine ſententia inſipida eſt, & ſententia ſine ꝯſcīa diabolica,

diabolica, teste Bald. in l. hac lege, C. de senten. ex breui reci. Et si arbitrio iudicum cuncta non dirimentur, quod hic statueret, alius destrueret, resq; sine exitu foret propter naturalem hominum ad dissentiendum facilitatem, l. item si vnus, §. principaliter, ff. de arbitr. capi. quia diuersitatem. j. de concess. pbē. & effrenata iudicum cupiditas omnia deuoraret, §. cogitatio, in Auth. ut iudic. sine quoquo suffrag. Sanctius ergo fuit certā legē dare iudicibus, vt in quit Philos. j. Ethic. & beatus Tho. in 1. & 2. q. arti. 1. vbi alias rōnes adducūt, quas refert Flo. in rub. ff. finiū regū. Et si Saturni temporibus discordia extra mūdi terminos exularet, id nō erat ex eo, quòd sine certa lege uiueret, sed quia mundus tunc incipiebat adolescere; & quia frigida paruas pbebat spelūca domos, ignemq; laremq;, & pecus & dominū cōmuni clauderet vmbra. Nūc autē mūdus decrepitus est, nūc aurea tecta, marmorea castra, mœnibus circūseptæ vrbes vix tutū dño pbent refugiū. Ideo legum seueritas est perq̈ necessaria, cum in præcipiti stet omne uitium. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Iure canonico, causa poterat committi ultra duas dietas extra diœcesim.*
2 *In rescriptis suficit exprimere primam literam nominis proprij.*
3 *An iudici sufficiat primam literam nominum delegatorum exprimere.*
4 *Consuetudine. Romanæ curiæ, nomina reorum possunt describi abbreuiatè.*
5 *Ferrariensis, & de Ferraria, idem sunt.*
6 *Ferrariæ ciuitas, est de patrimonio beati Petri.*
7 *Dictio pro, quid significet.*
8 *Agens pro aliquo, intelligitur agere procuratorio nomine.*
9 *Socij dicuntur, consortes eiusdem litis.*
10 *Prælatus siue agat petitorio, siue possessorio, debet agere nomine ecclesiæ, non proprio.*
11 *Canonici, uerbum, indefinitè prolatum, idem importat quòd capitulum.*
12 *Eo amplius, dictio est repetitiua.*
13 *Augmentatio portionis aliorum sequitur ad diminutionem concurrrentium ad partes.*
14 *Prouentns, & redditus idem important. & nume. seq.*
16 *Prouentuum appellatione, non ueniunt distributiones quotidianæ.*
17 *Canonici dicuntur usurarij, & non vsufructuarij suarum præbendarum.*
18 *Clericus, qui consumit fructus ecclesiæ in malos vsus, tenentur ad illorum restitutionem.*
19 *Præter actio stat inclusiuè.*
20 *Canonici restringuendi sunt, si redditus ecclesiæ non sufficiant ab substentandum.*
21 *Viuere congruè aliud, aliud sine penuria.*
22 *Statutum capituli, priuatæ vtilitatis nutritiuum, quando valeat.*
23 *Postmodum dictio, denotat interuallum.*
24 *Statuto contrauenire non dicitur, qui ex necessitate contrauenit.*
25 *Canonici dicuntur recipi, & non eligi.*
26 *Canonicus potest esse sine præbenda.*
27 *Reus proponere dicitur, sicut actor.*
28 *Confirmatio, protectio dicitur.*
29 *Ad instantiam, quid significet.*
30 *Preces non inducunt simoniam.*
31 *Fallit in precibus carnalibus, & alia fallentia ponitur nu. 32.*
33 *Promotus a conferrente, an teneatur dimittere beneficium.*
34 *Capitulum potest possidere vltra præbendas bona in communi.*
35 *Constitutio de certo numero canonicorum intelligitur, nisi in tantum redditus ex creuerint, quòd pluribus sufficiant.*
36 *Gabella totius Comitatus, si certo pretio vendatur, an si Comitatus augeatur debeat augeri gabella.*
37 *Clausula decreti regulatur secundum naturam actus super quo interponitur.*
38 *Filia an mortuo patre, legitimam bonorum excrescentium petere possit.*
39 *Clausulæ solitæ apponi de stylo curiæ, si omittantur, habentur pro appositis.*
40 *Contractus locationis, Doctorum legentinm, an intelligatur quòd possint legere per substitutum.*
41 *Consuetudo, vt quis possit deseruire beneficio curato, an valeat.*
42 *Instrumentum dictatum ad dictamen sapientis, quid sit.*
43 *Notarius explicans clausulas instrumenti, aliter quàm sit consuetum, poterit se corrigere.*
44 *Instrumenti substantia semper debet exprimi.*
45 *Rescriptum contra ius in casibus communiter fieri consuetis, valet.*
46 *Rescriptū contra ius in casibus solitis fieri ex mera facultate faciētis, ualet.*
47 *Notarius in contractu celebrando, tenetur apponere clausulas consuetas.*
49 *Statuentes possunt contrauenire constitutioni propriæ.*
50 *Præbendæ debent esse pares.*
51 *Redditus super abundantes, debent conueniri in præbendas nouissimorum.*
52 *Consortes litis, qui dicantur.*
53 *Consors potest agere & excipere pro consorte sine mandato.*
60 *Coniunctus an agere possit pro coniuncto sine mandato.*
51 *Canonicus non potest agere pro canonico sine mandato.*
64 *Allegare exceptionem uon sufficit, nisi allegata probentur.*
65 *Exceptio non est admittenda turpitudinem allegando.*
66 *Præbenda vna an diuidi possit inter partes.*
67 *Protestatio an alijs nominibus nuncupetur.*
68 *Protestatio quid sit.*
69 *Protestatio quotuplex.*
70 *Protestatia, an tollatur per contrarium factum.*
71 *Protostatio contraria consecutiuis ad factum, valet, & actus vitiatur.*
72 *Protestatio testatoris, se non velle reuocare testamentum, non ualet.*
73 *Protestatio contraria dependens a consensu duorum, non valet absque consensu alterius.*
74 *Protestatio clandestina nil operatur.*
75 *Protestatio contraria consecutiuis ad actum, dependentibus ex dispositinne iuris non releuat protestantem. num. 77.*
76 *Dispensare an poterit Episcopus, quòd constituti iu sacris ducant uxorem.*
78 *Protestatio, qua vtuntur libellantes in fine libelli, nil operatur.*
79 *Protestatio qua utuntur practicantes in productione testium uel instrumentorum, nil operatur.*
80 *Emphyteuta si alienet rem emphyteuticam, cum protestatione facta, talis protestatio non iuuat, nec excusat.*
81 *Protestatio hoc pacto facta nō ualet, nolo bona mea gubernari p Episcopū.*
82 *Protestatio ingrediētis religionē, nō ualet, si ptestetur velle retinere ppriū.*
83 *Protestatio cōtraria facto, in depēdētibus a mera facultate ptestātis ualet.*
48 *Protestatio contraria facto in dependentibus a consensu duorum ualet accedente alterius consensu.*
85 *Protestatio contraria facto, in dependentibus a voluntate protestantis, & alterius, tollitur per actum contrarium subsequentem.*
86 *Protestans per aliquem actum, quem faciet, non animo contrahendi matrimonium, si postea contrahat, valebit matrimonium.*
87 *Protestatio non ualet contradicente domino.*
88 *Protestatio non ualet, si quis dicat alteri, tu mentiris, saluo honore tuo.*
89 *Protestatio, qua utuntur opponentes exceptionem alicuius criminis, cum protestatione, q̃ id non opponunt animo iniuriandi, sed pro suo tuendo, eos non releuat.*
91 *Protestatio facta a puella, quòd non intendi renunciare hæreditati paternæ, valebit.*
92 *Protestans se metu & non spontè actum gerere, tenetur probare metum.*
93 *Protestatio facta a filia, quæ metu reuerentiali protestata fuit renunciare hæreditati paternæ & maternæ, an teneatur probare metum.*
93 *Protestatio contraria præsumptioni iuris & de iure, tollit ipsam præsumptionm sicut confessio.*
96 *Protestatio contraria facto multipliciter intelligibili, valet.*
97 *Protestatio respondentis libello animo non litem contestandi, impedit litis contestationem.*
98 *Protestatio petentis se mitti in possessionem auctoritate iudicis, saluo iure intrandi propria auctoritate, quid operetur.*
99 *Protestatio rei se opponentis, q̃ per actus, quos faciet in iudicio, non intendi in iudicem consentire, quid operetur.*
101 *Protestatio præcedens, an extendatur ad actum, q̃ celebratur ex interuallo.*
106 *Protestatio declaratoria animi, per quam nemo grauatur, non requirit præsentiam alicuius.*
108 *Protestatio declaratoria, per quam protestans exoneratur, & alius posset decipi, seu lædi, debet fieri in præsentia illius, uel ei saltem intimari.*
117 *Protestatio coram quibus fieri debeat.*
118 *Actus ueniat expediendus cum iudice, an cum parte.*
119 *Protestatio an fieri possit in præsentia partis.*
120 *Protestatio an sufficiat in præsentia procuratoris.*
121 *Intimatio reseruationis facta procuratori speciali, ad litigandum super beneficio, an faciat incidere dominum in pœnam.*
122 *Præsentia partis in casibus, in quibus requiritur, an ēt illis consensu regrāt.*
124 *Tacens, vbi agitur de præiudicio illius, an habeatur pro consentiente.*
130 *Protestatio pensionis future, an conseruet ius domini.*
136 *Protestatio an fieri possit per procuratorem.*
148 *Protestari an possit coniuncta persona pro coniuncta.*
139 *Protestatio an fieri posit per negotiorum gestorem.*
142 *Negotiorum gestor, qui incitat debitorem, an teneatur cauere de rato.*
143 *Protestatio au fieri debeat in scriptis.*
144 *Protestatio in quo loco fieri debeat.*
145 *Protestatio an fieri posit de nocte.*
145 *Protestatio an fieri posit tempore feriato.*
148 *Protestatio an debeat fieri ante actum, vel post.*
149 *Protestando an debeat exprimi causa.*
150 *Protestationi inhibitoriæ factæ cū cā iniusta nō tenetur protestatus parere.*
151 *Protestatio facta ex cā non uerisimili, protestatus non est obligatus parere.*
152 *Protestationi inhibitoriæ facte ex vera causa non est parendum, nisi ueritas causæ ostendatur per instrumenta.*
155 *Protestationi, ne fiat id quod probibitus tenetur non facere, parendum est.*
157 *Protestationi probibitoriæ eius, quod probibitus omittere non potest salua honestate, non tenetur probibitus parere.*
158 *Protestationi inhibitoriæ factæ, ex iusta causa, de cuius veritate fit plena fides, parendum est.*
160 *Protestatio inhibitoria, facta cum expressione iustæ causæ de præterito constituit probibitum in mala fide.*
161 *Protestatio facta laboratoribus conductis per alterum, ne ingrediantur agrum suum, an constituat eos in dolo.*
162 *Protestationi incitatoriæ, ut detur, vel fiat id, quod incitatus est obligatus, parendum est.*
163 *Emptori nō sufficit denunciare litē fuisse motam, sed oportet q̃ emptor ostē-*

dat

dat emptori libellum, & citationem.

69 Tertio principaliter quero, quotuplex † ſit proteſtatio? Rñdet Bar.ꝙ quadruplex eſt. Quædam eſt declaratoria aĩ tñ, vt in l.ſi quis in princi.teſtamẽti, ff.de leg.3.& in d.l.Neſennius, ff.de neg.geſt. Quædam eſt prohibitoria, l.fina. C.de neg.geſt. Quædam incitatoria vt aliquid fiat, vel detur, l.ſi ex legati cã, ff.de verb.obl. Quædam eſt certificatoria eius, quod eſt, vel nõ eſt, ut in l.aut qui aliter, ff.quod vi, aut clam. Addunt Moder. aliam ſpeciem. Quædam eſt conſeruatoria iuris ut in l.ſi creditores, C.de pact. Sed domin.Petr. Ferra.Papien. in ſua practica, in forma declinatoria, in uerſi.proteſtans, dicit duo tantum eſſe genera proteſtationum, videlicet una, quæ appellat proteſtatio: Altera uero dicitur denunciatio. Proteſtatio propriè conſiſtit in his, quæ dependent a voluntate, vel facto ſolius proteſtantis. Denunciatio vero conſiſtit in his, quæ dependent a facto eius, cui fit proteſtatio, vel alterius. Quæ differentia videtur mihi, quòd ſatis ab vſu approbaretur, & a iure. Nam ſi conſideras iura, in quibus auctor vtitur hoc verbo, proteſtor, ſeu proteſtatus, ſemper loquuntur in dependentibus a voluntate, vel facto ſolius proteſtantis, ut in d.l.Neſennius, & in d.l.& ſi quis, §.plerique, & in d.cap.ſolicitudinem. Sed vbi auctor utitur verbo, denunciationis, tunc actus dependent a voluntate alterius, ut in l.fina. C.de nego.geſt.& in l.ſi maior, C.de reſcin.uend.& in l.ſi fundum, C.de rei vend.& in l.in ꝯtibus, §.in omni, C.de non nu.pec. Et iſta drĩa probatur in l.j.§.denunciare, iuncto §.eleganter, in fin. ff.de lib.agnoſ. Et ita tenendo puto, ꝙ ſunt tres ſpẽs ꝓteſtõnum. Quædã eſt proteſtatio declaratoria uoluntatis, vel facti ipſius proteſtantis, d.l.ſi quis in prin.teſtamenti. Quædam conſeruatoria alicuius iuris ipſius proteſtantis, d.l.ſi creditores. Tres etiã arbitror eſſe ſpecies denunciationis: Quædam incitatoria, ut alius det, vel faciat, l.nomen, C.quæ res pig.obl.poſ. Quædã prohibitoria, ne alius faciat, vel det, d.l.fina.C.de neg.geſt.& in d.l.ſi fundum. Quædam certificatoria, d.l.j.§.denunciare.

70 ¶ Quarto quæro, an ꝓteſtõ tollat † ꝑ ꝯriũ fcm. Iſta eſt difficilior qõ, quæ reperiat in hac materia, & magis practicabilis. Iſtam q. Pan. diuidit in tres partes. Pro intelligentia inueſtigãdum prius eſt, qño cognoſcat, ꝙ proteſtatio ꝯriet fcõ. Pan.hic rñdet, ꝙ dr̃ ꝯria fcõ, qñ proteſtatio, & fcm ſe non compatiuntur. Iſta doctri. non eſt magiſtralis. Nam & tu idem opinabaris. Alia ergo fuit theorica Bart.in l.1.C.de litis conteſt. Proteſtatio tunc dr̃ ꝯria facto, qñ proteſtatio, & factum ꝯriantur circa idem; vt ſi dixero, rñdeo, & proteſtor, ꝙ non rñdeo. Si vero ꝯriatur circa diuerſa, tunc non dicitur contraria facto, vt ſi rñdeas libello, & proteſteris ꝙ rñdes aĩo non litem conteſtandi. Iſta.n. proteſtatio reſpicit animum tui proteſtantis, qui animus eſt ſeparatus ab actu reſponſionis. ſequitur Panor. in ca.j.col.vij.j.de litis conteſta. Vbi addit, ꝙ in hoc exemplo non dicitur contraria facto, ſed potius declaratoria facti multipliciter intelligibilis, qa rñſio poteſt intelligi facta animo litem conteſtandi, vel animo inſtruendi iudicem tm, vt ẽt hic dicit Pan.in 3.memb. Tertia fuit doctri.Alex.conſ.130. In cauſa ſtrazarolorũ, col.fin.lib.4. Proteſtatio dicit ꝯria facto, quãdo ordinat ad tollendũ ipſum factum, ſecus ſi ordinatur ad tollẽdã mentem a facto, & iſta fuit intentio Bar.licèt aliter explicata. ¶ Cõtra iſtam theoricã obſtat quod dicit An.in l.ſi iuriſgẽtium, §.quod ferè, ff.de pact.dot. Ange.hic, Ale.in d.§.morte, col.4.ad fin.vbi dñt, ꝙ iſta proteſtatio, me obligo non animo obligandi; ꝓfiteor religionem animo non ꝓfitendi; adeo hr̃ditatem, animo non adeundi, dr̃ ꝯria facto, & tñ vr̃ ordinata ad tollendum mẽtem a facto, & non ipſum factum. Vnde dicas, proteſtatio dr̃ ꝯria facto, qñ ꝯriatur facto prout directò ſonat in ius, & in facto, vt in exemplis præmiſſis, ſecus ſi contrarietur facto, prout ſonat in ius in ꝯñtiã, & præſumptiuè. Exemplum. Si dixero, ſumo habitum, animo non profitendi. Excipio, animo litem non conteſtandi. Soluo debitum, animo non adeũdi. In iſtis caſibus, præſumptiuè, & in ꝯñtiam facti, reſultat iuris effectus, cui contrariatur proteſtatio, non aũt cõtrariat facto. Iſtis ſic præmiſſis diuido quæſtionem in tres partes. Aut quæritur de proteſtatione contraria cõſequutiuis ad factum: Aut de proteſtatione contraria facto: Aut de proteſtatione facta ad declarandum factũ multipliciter intelligibile, vt hic ꝑ Pan. Ex cuius dictis circa primum membrum habes quatuor concluſiones.

71 ¶ Prima concluſio. Proteſtatio ꝯria † cõſequutiuis ad factum, ſuper dependentibus a ſola uoluntate proteſtantis valet, & actus vitiatur, l.per ſeruum, §.vſusfructus, an fructus legetur, ff.de vſu, & habitatio. Deci. inſurgit ꝯ Panor. dicendo ꝙ iſte tex.non probat, quia loquitur in dependentibus a iuris diſpõne, & non a voluntate diſponentes: Sed iudicio meo decipitur, quia licèt ex iuris diſpoſitione vſusfructus nõ poſſit eſſe ſine vſu, tñ actus legantis vel vſum, vel vſumfructũ, depẽdet a volũtate teſtõris, q̃ diſponat, ĩ Aut.đ nup. Et ſi verũ eẽt, ꝙ act⁹ ibi depẽderet a diſpõne iuris, vitiaretur ꝓteſtõ, & nõ vitiatur, l.alimẽta, C.đ neg.geſt.& hoc ſm vnũ intelſm. ¶ Tu aũt ꝯſidera, ꝙ ibi nõ eſt ꝓteſtõ, ſed potius diſpõ. Inter quæ eſt drĩa, vt ſ.dixi uelle Bart.ĩ d.§.morte. in j q. Scđo ꝑ iſta ꝯclõne addit Dec.tex. in l.q in aliena, §.Celſus.ff.de acqu.hær.iuncta gl. vbi dubitans ne cogeret adire, iuuat ꝓteſtõe pmiſſa, ꝑ quã ꝓteſtat, ꝙ ſi in futurũ adierit, nõ intendit adire. Sed conſidera, ꝙ ibi ꝓteſtatio nõ eſt ꝯria ꝯſequutiuis, ſed potius ipſi facto, vñ facit ad aliud membrum. Allegat ẽt tex.in l.ſi ita ſcriptum, & in l.ſi mihi & tibi, §.fina.ff.de leg j.ſed etiam iſta iura loquunt in proteſtõne ꝯria facto. Itẽ loquunt in ꝓteſtatione, q̃ præcedit actum, cui nunc aduerſatur. Nos loquimur in proteſtatione, quæ fit in ipſo actu, licèt conſequutiuè actus ſubſequatur. Item text. in d.§.plerique, loquitur in proteſtatione facta ſup facto multiplr intelligibili, vn facit ad aliud mẽbrum. ¶ Cõtra iſtã ꝯclõnẽ obſtãt plura. Primò tex.in l.ſed ſi de fructu, ff.de uſu, & hab. vbi ſi legato vſufructu ꝓteſtet teſtõr, ꝙ nõ intẽdit legare vſum, & ſic adi-

ſic adimat vſum, vitiať ꝓteſtō, & non vitiat. Bal. Albe. & cōiter Doct. ſoluunt, ꝙ ibi proteſtatio fuit fcā poſt actum perfectū. Concluſio autem, & text. in d. l. per ſeruum, loquitur in proteſtōne, q̄ fit in ipſo actu, & ita hanc conclonem litant oēs Mo. hic, maximè Dec. q tñ non adducunt text. in d. l. ſed ſi, ſed gloſ. in l. in concubinatu, ff. de concub. & in l. pe. cum glo. pe. ff. pro empt. q̄ iura non probāt, qa loquuntur in proteſtōne dependente a ptāte duorum. ¶ Scdo oppono de l. j. §. j. ff. ſi vſuf. pe. vbi ſi quis leget vſumfructum fundi, cum proteſtatione ꝙ nō vult. ꝙ legatarius habeat iter, qđ eſt de conſequutiuis vſusfructus, vitiať proteſtō, & non vitiat. & re vera iſte tex. multū obſtat. Alb. ibi rñdet, ꝙ ſi proteſtō adimat eſſentialia actus, tunc proteſtō remanet, & actus vitiatur, & ita procedat tex. in d. l. p ſeruum. Nam vſus eſt de eſſentialib. vſusfructus, Inſt. de vſuf. in prin. Si vero adimat accidentalia, proteſtō uitiatur, & non vitiat, & ita loquitur tex. in d. l. j. §. j. & pro iſta diſtinctione bene facit tex. in ca. fi. de cond. app. Sed ꝯ hanc ſolonem ob. text. in l. cum precario, ff. de precar. vbi ſi concedo rem precario cum proteſtōne ſeu pacto, ꝙ nolo poſſe reuocare vſque ad calendas; talis proteſtō non valet, quia eſt ꝯ ſubſtantiam precarij, cuius contrarium præſupponit Albe. in ſua ſolone. Reperio, ꝙ Bart. in l. vbi ita donatur, ff. de dona. caſu mor. concordat illa iura, dicendo ꝙ pactum ꝯ ſubam ꝯctus non valet, d. l. cum precario. ſecus ſi ſit ꝯ naturā rei in ꝯtu, ſiue legato deductæ, vt in d. l. per ſeruum. Iſta ſolu. non vř tuta, quia in d. l. per ſeruum, §. 1. ēt proteſtō erat ꝯ ſubam actus, ſecundum Panor. hic, & Bart. eſt ſibi ꝯrius in d. §. p ſeruum. ¶ Vnde ego in puncto huius ꝯclonis, videlicet in dependentibus a voluntate ſolius proteſtantis, dicerem nihil aliud eſſe quærendum, niſi ut voluntas proteſtantis habeat effectum, argu. l. 1. C. de ſacroſ. ec. §. diſponat, in Auth. de nupt. Ideo diſtinguendum puto. Aut proteſtōne irritata non poterit voluntas adimpleri, & tunc ꝓteſtatio contra conſequutiua etiā ſubalia valebit, & actus uitiabitur. Ita procedit tex. in d. l. per ſeruum, §. 1. Aut ſalua proteſtatione non pt ſaluari uoluntas, & tunc vitiať proteſtatio, & non uitiat. Ita procedit text. in d. l. 1. §. 1. Aut irritata proteſtōne poterit uoluntas hře ſuum effectum, ſi proteſtans voluerit, & tunc vitiať proteſtatio, & non uitiat. Ita procedit text. in d. l. cum precario. Si uerò q̄rať, qūo fieri poterit, ꝙ uoluntas proteſtantis magis ſe conformet cum proteſtōne, q̄ cum actu ſeu conſequutiuis ad actum? Tunc dicerem, ꝙ ſi proteſtō ſit ꝯ eſſentialia actus, ꝙ proteſtantis voluntas trahať ad proteſtōnem, & ita loquitur tex. in d. l. per ſeruum, §. 1. niſi proteſtō fiat poſt actum perfectū, d. l. ſed ſi de fructu. ſi verò proteſtō ſit ꝯ accidentalia, voluntas trahať ad actum, d. l. 1. §. 1. Conſiderabis tñ diligentius, quia alibi non ita diſcuſſa reperies. ¶ Tertio oppono, & vř ꝙ proteſtatio dependens a uoluntate ſolius proteſtantis, non d ēat eſſe in conſideratione, per tex. in l. ſi qs

72 in prin. teſti, ff. de leg. 3. vbi proteſtatio teſtōris† proteſtantis, ſe non uelle poſſe reuocare teſtm̄, non valet ēt facta cum iuřo ſm Bar. ibi, colum. fi. ubi dicit, ꝙ ſi ꝯueniat, non incurrit periurium. Quod ēt voluit gl. in c. ultima voluntas, 13. q. 2. ſequunť cōmuniter Doct. ut ibi per Iaſ. Vltra quem adde, ꝙ idem tenuit Pan. conſi. 41. in 1. dub. & conſi. 48. col. fin. lib. 2. Alex. conſ. 18. lib. 2. Fel. in c. præcedenti, col. 4. licèt quantum ad periurium contrarium teneat idem Fel. in c. in præſentia, colum. 3. ꝟ. de ꝓba. facit, quia ſi dominus in conſtitutione procuratoris ꝓteſtatur etiā cum iuramento, ꝙ non vult unquam reuocare procuratorem, tñ talis proteſtatio non impedit reuocationem fieri poſſe, ſecundum gl. in c. fi. de procu. lib. 6. de qua multa ſcribit Fel. hic, col. 23. & in c. ſi diligenti, col. pe. ꝟ. de foro compet. & Curt. conſi. 69. colum. 11. Reperio, ꝙ ad iſta rñdet Bart. in l. cū precario, ff. de precar. ꝙ proteſtatio in caſibus præmiſſis non valet, quia eſt ꝯ ſubam actus, & Fel. hic dicit, ꝙ eſt contra naturam mandati facti ad negotia. ¶ Aduerte, quia iſta ſolutio confunditur ex præmiſſis, & quia proteſtatio potius uř facta pro corroboratione teſti, & mandati, quàm ꝯtra ſubſtantiam. Vnde dicerem, ꝙ iſtis caſibus nihil operetur proteſtatio, quia contra efficaciam, & ſubſtantiam ipſius proteſtationis inuentæ ad cautelam proteſtantis, ēt ſi ualeret, eſſet potius pernicioſa proteſtanti, q̄ alteri. Quod facit pro tertio membro meæ diſtinctionis, uidelicet ꝙ vbi uoluntas proteſtantis poteſt habere effectum, ſi proteſtās voluerit abſque proteſtatione, tūc nunquam proteſtatio operatur, d. l. cum precario. ¶ Secunda

73 concluſio. Proteſtatio contraria † conſequutiuis ad actum, in dependentibus a conſenſu duorum, non ualet abſque conſenſu alterius. Iſta concluſio habet tria capita. Primum, ſi fiat altero ſciente, & contradicente. Secundum, ſi altero ignorante. Tertium, ſi altero ſciente, & tacente. Primum probatur per dictum Inn. in ca. fin. de cond. appo. ubi concludit, ꝙ proteſtatio contrahētis matrimonium cum aliqua, ſi prolem euitabit, non valet, nec annullat matrimonium ſi illa contradicat & ita debet limitari ille text. Hinc eſt, ꝙ promiſſio de rato habendo quicquid geſtum fuerit per procuratorem cum proteſtatione, ſi legitimè geſtum fuerit, obligat dñm ēt pro malè, & legitimè geſtis, ſi contrahentes vel litigantes cum procuratore non conſenſerint proteſtationi, ſecundum glo. in c. relatio, in verbo, canonice, 21. q. j. Spec. tit. de procur. §. ratione autem formæ, in fi. j. co. Bar. in l. q̄ omnia, §. fin. ff. de procu. Pan. in c. fi. co. v. & 6. ꝟ. de dila. Etiam ſi doloſè geſta ſint per procuratorem, l. ſi procurator, ff. de excep. doli. traditur per gloſ. Car. & Imo. in cle. j. de procur. Et iſta deciſio procedit, etiam ſi dominus promiſerit de rato, dummodò utiliter actum ſit, ſecundum Bald. in rub. C. de exer. col. 3. Iaſ. in l. j. col. v. ff. de offi. procu. Cæſa. Roma. conſi. 60. mandatum mihi oſtenſum. Per hanc concluſionem apparet, ꝙ non eſt uerum, ꝙ tex. in l. fin. §. item ſi prædixerit, ff. naut. caup. ſtab. procedat, etiam ꝙ hoſpes contradicat cauponæ proteſtanti ſe nolle teneri ad cuſtodiam receptorum in hoſpitio, prout ibi tenuit Bar. & malè; & contrarium uoluit idem Bar. in d. §. morte, & ibi Alex. col. 7. ad fi. Bene etiam facit tex. cum glo. in l. quod quis ſciens, ff. de condi. indebi. Et per iſta aliàs dicebam, proteſtationem venditoris dicentis ſe nolle teneri de euictione, non ſuffragari, quia emptor contradixerat proteſtationi. ¶ Secunda pars

74 conclonis probatur, quia clandeſtina† proteſtatio nihil operatur, ſicut propoſitum in mente retentum, ſecundum Bald. in l. ſi repetendi, C. de cond. ob cau. Ampliat Dec. etiam in dependentibus a uoluntate proteſtantis tantum, adhuc talis proteſtatio tollitur per contrarium actum factum cum altero inſcio proteſtationis, l. pro hærede, §. Papinianus, & ibi Bart. ff. de acquir. hær. De hoc, an proteſtatio debeat fieri in præſentia partis, dicam ꝟ. loco ſuo. ¶ Circa tertiam partem concluſionis, dicam ꝟ. in 2. membro Pan. ¶ Tertia concluſio. Prote-

75 ſtatio contraria † conſequutiuis ad actum, in dependentibus a conſenſu duorum ualet, accedente conſenſu amborum, ca. diaconi, & c. fin. 28. diſt. Iſta concluſio non habet dubium, & de ea. ꝟ. dicam in 2. membro. ¶ Aduerte tamen, inquantum Pan. circa intellectum d. c. diaconi, reprehendit d. Anto. tenentem, ꝙ in caſu illius c. non ualeat matrimonium, ſed tantum proteſtatio ualeat, ad excuſandum a pœna diſpoſitionis. Dubito circa intellectum huius tex. quia ſicut non poteſt operari, ꝙ clericus maneat in matrimonio, ita non debet poſſe operari, ut maneat in monaſterio ex eo, ꝙ ꝓteſtatio ibi facta fuit in dependentibus a diſpoſitione iuris, & non a conſenſu partium, per ea quæ dicam in ſequenti concluſione. ¶ Secundò aduerte, inquantum Pan. tenet, ꝙ Epiſcopus non poteſt di-

76 ſpenſare, † ꝙ conſtituti in ſacris ducant uxorem. Adde ꝙ bene poterit diſpenſare cum eo, qui de facto contraxit matrimonium quò ad officium, ſecundum Hoſt. in ſumma, de cleri. coniuga. quia poteſt diſpenſare cum clerico ſuper adulterio, quod eſt maius crimen, c. at ſi clerici, §. de adulteriis, ꝟ. de iudic. Deci. hic dicit, ꝙ etiam Papa non poteſt diſpenſare ſuper matrimonio prohibito, niſi ex magna cauſa. allegat Panor. in c. cum olim, ad fin. ꝟ. de cler. coniug. Tu uide plenius de hoc per Fel. in c. quæ in eccleſiarum, col. v. ſ. eod. Tu intellige iſtud dictum procedere de poteſtate ordinaria, ſed de poteſtate abſoluta poteſt diſpenſare ſine cauſa, vt per plura concludit Soc. conſi. 28. col. pe. & fi. lib. j. Ego addo, ꝙ poteſt diſpenſare cum preſbytero, aut monacho, ſuper matrimonio ad tēpus, puta donec procreauerit filios ſecundum Bal. in l. ſi tibi, in fi. ff. de adoptio. Sequitur Iaſ. in l. arrogator, col. 2. eo. tit. vbi dicit, ꝙ hoc modo ſolet Papa diſpenſare cum filio Regis preſbitero, aut monacho, qa magis peccat filius Regis, ſi ſit unicus, intrare religionem, quàm uiuere in ſeculo propter peri-

77 culum Regni. ¶ Quarta concluſio. Proteſtatio† contraria conſequutiuis ad actum dependentibus ex diſpōne iuris, non releuat proteſtantem. text. eſt hic, ſecundum d. Ant. qui tex. non ꝓbat, ſm Pan. vt hic ꝑ eū. Tu aduerte, ꝙ Pan. ſibi ꝯrius, in cap. Cumana, ꝟ. de elec. col. 4. dicit, ꝙ iſte text. hoc benè probat, ſic inducendo. De iure canonicis ſine præbenda ꝓuidendum eſt de ſuperexcreſcentibus fructibus, ut hic. Ergo ꝓteſtō, ꝙ nihil perciperent, erat ꝯria ꝯſequutiuis, dependentibus ex diſpōe iuris. Sed nec iſta inductio uř bona, quia proteſtō ſtabat hoc modo, ꝙ ultimi nihil perciperent, donec primi duo eſſent integrè præbendas aſſequuti. Si ergo ita excreuerunt fructus, ꝙ oībus poſſit ſufficienter prouideri, non poteſt dici, ꝙ proteſtatio ſit in aliquo ꝯria. Defendendo inductionem dico, ꝙ proteſtatio cantabat aliter, uidelicet, recipimus uos in canonicos, cum ꝓteſtōne ꝙ non intendimus derogare conſtitutioni nře de nu. 14. & ſic proteſtati erant nolle ēt ex ſuperexcreſcētibus fructib. creare nouas ꝑbendas: qa faciendo nouas præbendas, frangerēt numerū. Sed ꝯſidera, nā hoc mō ꝓteſtō eēt ꝯria fcō, & ꝯſequutiuis ad factū, & ſic ꝓbaret id, ad qđ cōiter allegatur, & ꝯcluſionē nřam, ad quā inducit ꝑ d. Ant. Ex iſtis apparet, ꝙ non obſtant conſiderationes Pan. hic. ¶ Alio modo inducit hunc text. Deci. dicendo, ꝙ proteſtatio erat facta

sub hac forma, recipimus vos in canonicos, cum hoc, ꝙ de canonia nihil percipiatis, & sic ꝙ non habeatis stallum in choro, & vocem in caplo, donec primi duo, &c. Istud autem est ꝯ id, qd consequutiuè venit ex dispōne legis, c. relatum, j. de præben. Sed ista inductio non est ad propositum, quia de iure cano. nulla versatur controuersia inter nouos canonicos, & caplm, sed super præbendis tm̄, & qa erat cōdonalis, donec primi duo, &c. Vn̄ ex quo ꝑꝑ superexcrescentiam fructuum poterat omnibus prouideri, non est verisile, ꝙ Caplm fuisset ita fatuum, ꝙ allegasset protestationem in hoc casu. Teneas ergo inductionem præcedentem, nec obstat inquantum Pan. dicit, ꝙ præbenda non est ius consequutiuum ad canonicatum ex dispositione iuris, quia hoc falsum est. nec ob. dcm̄ Inno. in c. fi. de cle. non resi. quia verum est, ꝙ pōt esse canonicus sine præbenda actu, sed non potest esse sine spe consequendi præbendam, vt dixi in notabilibus, quæ spes ad actū deducit ex dispōne iuris, vel ex superexcrescētibus fructibus vel ex vacatione superuenienti. Ad c. sanctorum. rn̄deo, vt ꝑ Panorm. in dic. cap. relatum. ¶ Aduerte etiam, inquantum Pan. concludit, ꝙ si hn̄s vnde uiuat, bona mente faciat pactū cum capitulo, ꝙ recipiatur in canonicum sine præbenda, ꝙ talis receptio non est simoniaca. In contrarium vr̄ tex. in c. tuanos, de simo. ¶ Redeundo ad ꝯclonem, adde text. in l. alimenta, cū glo. C. de neg. gest. Bar. in d. §. morte, col. 7. ver. circa qntū. Ad idem tex. in l. nemo pt, ff. de leg. j. ¶ Ex ista ꝯclone inferuntur ꝑ̄a in practica. Primò, ꝙ illa protestatio,

78 † qua utunt libellantes in fine libelli, saluo iure addendi, vel minuendi, nihil opat, qa addere, vel detrahere, dependet a dispōne iuris, l. edita, C. de eden. fm Bar. in d. §. morte, & in d l. edita, & in l. Nesennius, ff. de neg. gest. gl. in c. inter dilectos, de fid. inst. Pano. post Ant. in c. 2. j. de libelli oblōne, & hoc procedit, ēt si reus consentiat, fm Ias. in d. l. edita, co. pe. Fel. in d. c. inter dilectos, col. 6. qa de iuba iudicij est litis ꝯtesta. l. prolatam, vbi glo. C. de senten. & inter. om. iu. Ergo consensus partis non poterit opari, ꝙ feratur sn̄ia super additis post lit. contesta. iuxta tradita per gl. in auth. offeratur, C. de lit. contesta. & in ca. de causis, de offi. delegat. Sed certè posset dici, ꝙ reus consentiendo ꝓtestationi, & reseruationi factæ in libello, & litem simplr contestando, videatur ꝯtestari litem nō solum super eo, qd petitum est, sed ēt super eo, quod addetur. Benè facit, qd dicit Bar. in l. in actione, in fi. ff. de furt. ¶ Secundò infertur, ꝙ protestatio,

79 † qua utuntur practicantes in productione testium, & instrumentorum, videlicet, exhibet, & producit, in passibus pro ipso facientibus tm̄, nihil operatur, prout tenet Bald. in l. vnica, C. vt quæ desunt aduo. & in c. pn̄tiū, de testib. colum. 2. & d. Ias. in d. §. morte, col. 13. & seq. quia non dependet a facuitate producentis, facere ꝙ iudex non adhibeat fidem testibus, & instris, ꝯ producentem, fm gl. in l. j. §. editiones, ff. de eden. ¶ Tu adde, ꝙ Fel. in c. imputari, co. fi. de fide inst. tenet oppositum, dicens ꝙ cōis opi. est, ꝙ talis ꝓtestatio valeat. Et hoc idem firmat Fely. in c. cum uenerabilis, col. v. de exce. ex pluribus. & maximè, quia producere instra, dependet a voluntate protestantis, ergo debet valere protestatio, ut s. in j. conclusione. Non ob. ꝙ sit in facultate iudicis, credere etiam contra producentem, quia verum postquàm sunt producta. Verum si protestatio ꝓcessit, nō pn̄t dici producta, nisi in passibus, ergo &c. Saluari tn̄ pōt opin. Bald. & Ias. in v. casibus, quos refert Fel. in d. c. cum venerabilis, & vnum ēt casum ponit in c. j. col. v. de ꝓba. Ad effugiendum oēm dubōnem sit cautus aduersarius, ꝙ ead. reproducat cum sibi protestatione, quatenus ꝓ se faciunt, fm Alb. in d. §. editiones, & d. Ant. in d. ca. cum venerabilis, & in c. cum olim, de censi. ¶ Tertio, ex ista ꝯclusione infert do.

80 Ias. ad qōnem quotidianā, ꝙ si emphyteuta alienet † rem emphyteuticam cum protestatione hoc mō facta, saluo, & reseruato ꝯsensu dn̄i, ꝙ talis ꝓtestatio non iuuat, nec excusat a caducitate, qa ꝙ cadat dependet a dispōne iuris. Allegat ita tenere Bal. in l. vnica, colu. pe. q. 16. C. de his, quæ pœnæ nomi. & in ca. j. §. fi. quæ fue. pri. causa benefi. amit. & plura alia, dicens, ꝙ ista opi. est cōis. Eam sequitur, & dicit cōem Deci. sequuta traditione, consi. 160. col. 3. ver. præterea dato. Tu aduerte ad fundamentum, qa non vr̄ ad propositum, qa ꝙ cadat potius dependet à volūtate directi dn̄i q̄ iuris, l. fi. C. de iu. emph. iō melius seruit secda ꝯcl. de qua s. Tu vero ultra cum adde, ꝙ istā opi. tenet Lud. Ro. sing. 512. Tu habes, ꝙ si uasallus. Fel. in c. cum ꝯtingat, col. 4. de offi. del. Bertach. in trac. de gabel. in j. par. q. 8. Cæp. cau. 22. ¶ Intellige istam decisio. procedere stante ꝓtestatione modo, quo s. secus si protestatio sit ꝯdōnalis; puta, alieno, si dn̄o placuerit. Isto casu non cadit, quia non contemnit dn̄m, cum non possit dici alienatio, nisi dn̄s cōsentiat, fm Albe. de Rof. in d. l. fin. Iacob. Alua. in c. j. in prin. de prohi. feu. ali. Et ita consuluit Cur. consi. 8. Viso instro. Motus, quia emphyteuta vendens cum pacto l. commissoriæ, resoluto ꝯtu, non cadit, fm gl. Gul. Bal. & Mod. in l. ab emptione, ff. de pac. Ergo minus debet cadere, qn̄ a principio venditio fuit conditionalis. ¶ Scdo intellige, nisi protestatio esset concepta hoc modo, vendo saluo, & reseruato consensu dn̄i, & non aliter, nec alio modo: tunc protestatio valeret, & excusaret emphyteutam, secundum Bal. in c. j. §. fi. col. fi. quæ fue. pri. cau. benefi. amit. Panorm. in c. 2. de feu. in c. insinuante, ad fi. qui cleri. vel vouen. & Cur. in d. consil. 8. Istam limitationem inpugnat Ias. in dict. §. morte, colum. 13. in fi. & seq. per istam cōclusionem. Secūdo, quia in re facta non prosunt artes verborum, secundum Bald. in c. fi. de confes. vbi Bald. etiam tenet contra hanc fallentiam. ¶ Tu non recedas ab ista restrictione, quæ est communis. Tū quia non contemnit dominum, si non uult alienationem ualere, nisi dominus consentiat: Tum quia videtur alienatio facta sub conditione. Ergo, &c. Et ꝙ talia verba, non aliter, nec alio modo, operentur hunc effectum, uoluit d. Alexan. licèt dicat non esse sine magna dubitatione, consi. 3. col. 2. lib. j. ¶ Sublimita tamen istas duas declarationes, si emphyteuta stetit in puris terminis alienationis, non procedendo ad traditionem, secus si processit ad traditionem corporalem, etiam cum tali protestatione facta, in talem personam, a qua difficilis sit recuperatio. Puta si castrum tradatur potentiori, aut inimico, secundum Bal. in c. j. §. hoc quoque, ad fin. de succ. feud. & in c. Cumana, ver. & prædicta faciunt, j. de elec. Fely. in c. quæ in ecclesiarum, col. 28. vbi istud latius declarat. s. eod. ¶ Et ex hoc infero, ꝙ si alienans traderet possessionem fictè per precarium, seu constitutum, ꝙ emphyteuta non caderet, quia tunc facilis est recuperatio. Ita generaliter concludit d. Guido q. 9. vbi dicit ita seruari in curia Delphinali. ¶ Quartò ex hac conclusione infertur, ꝙ si fundator in fundatione ecclesiæ, seu in cōstitutione dotis protestetur, ꝙ non vult ecclesiam, nec eius bo

81 na gubernari † per episcopum, nec ei subesse, talis protestatio nihil operabitur, quia de iure omnes ecclesiæ sunt sub potestate Episcopi, in cuius diœcesi sitæ sunt, c. omnes basilicæ, 16. q. 7. Ita Bar. in l. quoties, §. fi. ff. de adm. tuto. Pan. in c. requisisti, colum. pen. de testa. & in c. nobis col. pen. de iurepa. & est text. in c. sic quidam, & in c. nouerint, x. q. j. ¶ Quinto infertur ad

82 protestationem ingredientis † religionem, protestantis velle retinere proprium, ꝙ non valeat, etiam si acceptetur, fm gl. in auth. ingressi, C. de sacrosan. ecc. & in d. l. per seruū, §. 1. de visu, & habi. & in c. solet, 32. q. 2. de qua per Pan. & alios, in c. fin. de condi. app. ¶ Fallit ista conclusio dupliciter. Primò in casibus, in quibus ius admittit ipsam protestationem, auth. si testis productus dicatur, C. de testi. auth. excipitur, C. de bonis, q̄ lib. c. pastoralis, de excep. Secundò fallit, si hmōi protestationi consentiatis, in cuius fauorem lex fuit inducta, cap. cum dilectus, vbi Pan. in v. notab. de consue. Quod intellige in casibus in quibus quis potest renunciare fauori suo, aliàs, secus, vt per Fely. latè in c. si diligenti, de foro compet. ¶ Circa secundum, qn̄ protestatio est contraria facto, facias infrascriptas conclu-

83 siones. ¶ Prima, protestatio contraria facto, † in dependentibus a mera facultate protestantis, valet, & non tollitur per cōtrarium actum. Pro ista conclusione allegatur primò text. in c. hæc est fides, 23. q. 1. per quem tex. Cæpol. in cautel. 156. bonum, & vtile consilium, docet cautellam ad euitandum crimen hæresis, ad quam cautelam vide Ias. in rubric. C. de summa Tri. & fide cath. & Mod. hic. Sed iste text. non vr̄ allegari ad ꝓpositum, qa ibi ꝓtestō tollit mentē a facto. ergo nō est ꝯria fcō, vt s. dixi in euidētia. Scdò Pan. alleg. text. in l. si qs in prin. testī, ff. de lega. 3. Considera, ꝙ illa protestō potius vr̄ ꝯria consequutiuis ad actū. Tertio alle. ēt tex. facere in d. l. ꝑ seruū. §. j. q loqt, qn̄ protestō apparet ꝯria ꝯsequutiuis, vt s. dictum fuit. Quarto Bar. in d. §. morte, & Mod. hic alleg. text. in l. qui in aliena, §. fi. cū gl. ff. de acq. hær. iste tex. loquitur in protestatione vestita a cā, quo casu ualet ēt in dependentibus a voluntate duorū, vt j. dicā. aliàs ibi ꝓtestō nō valuisset tāq̄ ꝯria facto, vt dixi s. post Ale. in d. §. Morte. Allegat ēt text. in l. si ita sit scriptū. ff. de leg. j. sed ibi tollit mētē à fcō. Et sic vides, ꝙ oīa, quæ ad hanc ꝯclonē allegant, potius tendūt ad declarādū fcm, q̄ ad ꝯriandū ꝓtestationi. ¶ Ista conclusio facit ad qō. tactā ꝑ Ful. consi. 156. Visis &c. vbi protestatio rei dicētis, ꝙ non intēdit declinare iurisdictionē, nisi quatenus a statuto ꝑmittat, excusat postea declinantē a pena statuti. ed certè, ibi est, quia ꝓtestatio erat ꝯditionalis, & declinatoria exceptio. postea ꝓposita, sub ead. conditione intelligit ꝓposita, vt dicā j. post. Pan in 3. memb. Sed si ꝓtestatio esset pura, qa dixisset, protestor ꝙ nolo declinare, & postea declinaret; crederē ꝙ protestatio nō iuuaret, tanq̄ ꝯria fcō, maximè ꝑ ea, quę statim subiiciā. Et ita in simi. terminis ꝯsuluit Dec. ꝯs. 187. col. fi. vbi vult, ꝙ ꝓtestans nolle litem suscipere, & de fcō litigās, nō excusatur, sicut si aliqs protestet nolle litē ꝯtestari, & postea ꝯtestet, vt ꝑ Ang. in l. iurisgētiū, §. qd ferè. ff. de pac. Per istā ꝯclo. ꝯsuluit Anc. ꝯs. 32. Per statutum &c. ꝙ protestatio apposita in libello, uidelicet non in modum libelli, sed simplicis petitionis, opat ꝙ non censeatur actor agere per

rē per viam libelli. Sed certè etiam isto casu protestatio est declaratoria facti multipliciter intelligibilis, vel est protestatio tollens mentem a facto, non directò ɔ̄ria facto. ¶ Ista conclusio limitatur pluribus modis. Primò, vt procedat, quando pro testatio contrariatur facto, celebrato a solo protestante absq; alterius interuentu. Secus si cōtrarietur facto postea celebrato a protestante simul cum alio, ſm Bar. in d. §. morte, per tex. in c. solicitudinem, de appellat. Qui tex. iudicio meo non probat, quia loquitur de dependentibus a iuris dispositione. eſt. n. iuris dispositio, ꝙ adeundo iudicem inferiorem eo, ad quem fuit appellatum, inducatur renunciatio appellationis. Secundò allegat text. in c. 1. qđ metus cā. ſed ibi eſt ꝑ veſtimentum cauſæ. Item loquitur in dependentibus a voluntate duorum, vt hic aduertit Pan. Quarto Alex. & Mod. adducunt text. in l. pro hærede, §. Papinianus, ff. de acqui. hæred. Sed rn̄deo, ꝙ loquitur in proteſtatione, & in abſtentione, q̄ non poteſt trahi ad actum futurum, ſecus in ꝓteſtatione, q̄ pōt declarare quo animo geratur actus ɔ̄rius, l. & ſi quis, §. pleriq;, ff. de religio. nā tūc declaratio ſaluat ꝓteſtantē a ɔ̄rietate, vt ĩ. in 3. mēbro. vnde fortè ſi in caſu d. §. Papinianus, ꝓceſſiſſet proteſtatio, non cenſeretur is, qui abſtinuit, recipiendo pecuniā adiuiſſe. Cogitabis tñ pro intellectu illius tex. ¶ Scd̄o limitatur, vt ꝓcedat, q̄n talis ꝓteſtō non eſt alteri ꝑiudicialis, ſecus ſi pōt alteri ꝑiudicare, q̄a tunc nō valet in ꝑiudiciū alterius, niſi ille ſciat, & ꝓteſtationi cōſentiat. Exemplum. Proteſtat̄ mulier cum iuro, ꝙ nō intendit vnq̄ ɔ̄ſentire alienationi rerū dotaliū fiedæ ꝑ maritū, poſtea ɔ̄ſentit, & iurat nō ɔ̄uenire. Certè ꝓteſtō tollitur, & actus ſuſtinet̄. ita Imo. in l. cū uir, ff. de vſucap. Bal. cōl. 506. Inter tres Marchiones, lib. v. Iaſ. in d. §. morte, in lec. nona. Ale. ɔ̄ſ. 16. li. 3. Cōtrariū dn̄t gl. & Doct. in c. licet mulieres, de iureiur. in 6. qui concludunt oppoſitū dēre intelligi, q̄n emptor hēbat notitiā proteſtationis, & non ɔ̄dixit. aꝭs ſi emptor ignorabat volūt ꝓteſtationē tolli, & alienationē valere. Et certè iſta opinio eſt æquitati ɔ̄ſona. Doct. tñ in d. c. licet mulieres, maximè Peru. *coīter* volunt ſeruandū eſſe primum iurm̄, & ſic ꝓteſtatio nē valere ea rōne, qua iurm̄ primū eſt licitū, & interpoſitum ſup re aꝭs non alienari ꝓhibita. Vn̄ q̄a ꝓteſtatio iuuat iure cōi. & ɔ̄ſolidat iuro, hoc caſu ꝓualet, ꝑ tex. in c. intellecto, de iur. iu. q̄ text. mihi nō ꝓbat, q̄a loquit̄ in his, in quibus is, qui fuerat ꝓteſtatus non alienare, nullā habebat alienandi ꝑtātē. Sed in caſu ꝑmiſſo mulier cū iuro hēt ꝑtātē ɔ̄ſentiedi, & alienandi fundum dotalem, d. c. licet mulieres, ergo &c. niſi fortè dixeris, ꝙ iſto caſu ſm iurm̄ tanquam illicitum, non poſſit validare alienationem factā ɔ̄ ius. ¶ Tertiò limita rē, nō procedere in caſu, in quo volūtas ꝓteſtationis remaneret ſerua, & alligata, ſi ꝑ ɔ̄riū actū nō tolleret. Tunc volūtas ſit libera, proteſtatio uitiatur & nō vitiat, & ita ꝓcedat gl. in c. ſi. de proc. li. 6. & id, qđ notatur in l. ſi quis in principio teſtamenti, ff. de lega. 3. quibus ſ. dixi. Et ſi modo cōſideres iſtas limitationes, apparebit tibi, ꝙ iſta concluſio parum, vel nihil pōt proteſtanti opitulari. ¶ Se

84 cunda concluſio. Proteſtatio ɔ̄ria facto, in dependētibus† a cō ſenſu duorū valet accedente vtriuſque conſenſu. Allegat Pan. tex. in c. Cumana, de elect. Sed aduerte, quia ibi proteſtatio nō erat ɔ̄ria facto, cum eſſet conditionalis, videlicet, admittimus vos in capitulo, ſi de iure, vel conſuetudine vobis competit ius intereſſendi. Idē aduerte, ꝙ ibi nō apparet, ꝙ capellani ɔ̄ſenſerint ꝓteſtationi, niſi dixeris apparere eo ipſo, ꝙ nō ɔ̄dixerunt, Qđ an ſit verum, dicam ĩ. Allegat etiam tex. cū ibi no. in c. ſi. de cod. appo. Sed ibi eſt, quia proteſtatio continebat turpitudinē & peccatum in ſe, & erat ɔ̄ ſubſtātiā actus. Item ibi proteſtatio erat ɔ̄ria conſequutiuis, & nō facto. Vera tñ eſt ɔ̄cluſio in ſe, quia actus dependentes a ꝑtāte agentium, regulantur ab eorū intentione, l. nō omnis, ff. ſi cer. pet. Et ita concludit glo. in l. pacta nouiſſima, C. de pact. Per quam infert Bar. in d. §. morte, & Pan. hic, ad q̄onē vt ꝑ eos, & per Ange. in l. mora, ff. de uſuris. facit etiam ad id, qđ vult Abb. in ca. per tuas, de condi. apposi. ¶ Tertia concluſio. Proteſtatio ɔ̄ria facto, in dependentibus a

85 voluntate† proteſtantis, & alterius, tollit per actū ɔ̄rium ſubſequētē, ſi alter proteſtationi non conſentit. Probat Pan. quia proteſtatio facta in abſentia partis, de cuius etiā intereſſe agit, non debet aliquid operari, ſicut propoſitū in mente retētū, l. ſi repetendi, C. de ɔ̄d. ob cauſ. & ibi Bal. etiam hoc dicit, & Bart. in d. §. morte. & ſic Pan. intellexit concluſionem hanc, q̄n proteſtatio fuit facta in abſentia partis. Idem tñ ſi fecit in præſentia, & proteſtatus ɔ̄dicat, per ea quæ dixi in 2. concluſione primi membri. Pro iſta concluſione Bar. in d. §. morte, allegat tex. in l. cum plures, §. locator horrei, ff. locat. iſte tex. inducitur varijs modis. Primò per Bar. in d. §. morte, ꝙ ibi proteſtatio non ualuit, quia ſublata fuit per contrarium factum, i. per acceptationem rerum. Et iſte intellectus eſt *coīs* Iſte intellectus reprehenditur per Iaſ. quia non conuenit rationi dicendi. ibi, perinde acſi remiſſum foret propoſitum. Aliàs defendebāt intellectū cōem, exponēdo remiſſum. i. ſublatū, ꝑ acceptilationē contrariā proteſtationi. ſed nunc ɔ̄ſidero, ꝙ iſte ſenſus nō vr̄ bonus, quia text. vult propoſitum videri remiſſum, quia acceptauerit res: nam propoſuerat eas acceptare abſq; ſuo periculo, ſed non expreſſit ſuū propoſitū parti, ſed abſq; vlla proteſtatione paſſus eſt inferri. Et licèt Barto. dicat, ꝙ iſte ſenſus non placeat, q̄a nō conuenit rationi decidendi: tamen ſi referatis illā rōnē, perinde eſt ac ſi remiſſum foret propoſitum, ad ipſum ſolum, qui habebat propoſitum, optimè cōueniet, & erit ſenſus, ſi hn̄s ꝓpoſitū, mutauerit illud. Et ex hoc infero, ꝙ ibi proteſtatio nō erat ɔ̄ria facto de directo, ſed potius cōſequutiuis ad factum. Alio etiam modo induxit Bald. in l. pacta nouiſſima, C. de pactis, ꝙ ibi ꝓteſtatio tollitur, q̄a huic proteſtationi ɔ̄rius erat actus facti, quia fortior eſt ad demoſtrandū volūtatē, quàm actus verbi, cap. cauere, xxij. q. v. l. ſi tñ, §. ei qui, ff. de ædili. edic. ca. ad nr̄am, de appellat. l. noſtram, C. de teſta. l. de pupillo, §. meminiſſe, ff. de no. oper. nunc. Iſtum intellectum reprobant Imo. Alex. & *Coīter* alij in d. §. morte, & in d. l. pacta nouiſſima, q̄a ita per actum verbi, ſicut per actum facti contrarium, debet proteſtatio tolli, vel non tolli, ſi volun tas agentis ita velit, d. l. non omnis. Dātur etiā alij plures intellectus ad illum tex. qui nihil valent, ideo non refero. ¶ Vnū volo conſideres, ꝙ ibi non vr̄ proteſtatio ɔ̄ria facto, ſed potius declaratoria facti multipl̄r intelligibilis. Nā actus receptionis pōt fieri animo ſuſcipiendi periculum in ſe, & animo non ſuſcipiendi. Et ideo Pan. allegat illum tex. in ſequenti membro. vnde infero, ꝙ verus eſt meus intellectus, ꝙ ibi propoſitum vr̄ remiſſum, quia non fuit parti notificatum, non quia propoſitum eſſet contrarium acceptationi. ¶ Infertur ex hac concluſione primò, ꝙ ſi aliquis proteſtetur per aliquem actum, quem

86 faciet, ꝙ non intendit† facere animo ɔ̄hendi matrimonium cum tali, ſi poſtea, ɔ̄hat cum illa inſcia huius ꝓteſtationis, valebit mr̄imoniū, & ꝓteſtō nihil operabitur, ſm gl. & ſcribētes in c. tua nos. de ſponſa. ¶ Infertur ſecundò, ꝙ ſi iurans fidelita

87 tem alicui dn̄o, proteſtetur ꝙ non facit animo† recognoſcendi eum in dn̄m, ꝙ talis proteſtatio ɔ̄dicente dn̄o non iuuat. & ita Soc. conſi. 4. col. v. lib. 3. ¶ Infertur tertio, ꝙ non excuſa

88 tur dicens alicui, Tu mentiris, † ſaluo honore tuo, quia proteſtatio ɔ̄riat̄ actui, ſm Bart. in l. ſi quis extraneus, in prin. ff. de acquir. hæred. per illum tex. & Pan. in c. eā te, de iureiur. per illum text. vbi quis iurauit fidelitatē alteri ſaluo honore eccleſiæ, cuius erat vaſallus, dr̄ ꝙ talis proteſtatio non excuſat. Et Pan. dicit, ꝙ quidam iudex fecit ſuſpendi vnum hominem per gulam, ſaluo iure ſuo. ¶ Et iſtud facit ɔ̄ malè reprehendentes

89 † dicta Doctorum, qui credunt excuſari, ſi dixerint, ꝙ Bart. vel Abb. malè loquit̄, ſalua eius honorificentia, ſecundum Card. Alex. in c. neq;, 9. diſt. iniuriant. n. Doctoribus, quos reprehendunt, l. apud Labeonē, §. ſed quid adijcitur, ff. de iniu. Ideo caueant mordaces, qui vel modica reperta occaſione, aliorum ſcripta damnant, & vbi aliud non pn̄t, ſyllabas ventilant, & apices calumniantur. Contra quos Hieronymus in prologo, vna cum Pſalmiſta imprecatur, Saggitas potentis acutas, cum carbonibus deſolatoriis. Cum modeſtia tñ maturoque iudicio, ratione probabili laudabile eſt aliorum dicta inculpare, cap. negare, 9. diſ. Nā ſi q̄s ſecundum ueritatem dixerit alicui, Tu mentiris ſaluo honore tuo, excuſatur ab actione iniuriarum, non vigore proteſtationis, ſed q̄a veritatem dicit, l. eum q̄ nocentē, ff. de iniu. Sic ergo excuſabitur Doctor, aſſerens alium mentiri, ſi uerum dixerit. & ideo dicit Old. conſi. 53. conſueuit dubitari, ꝙ dicens alicui gratia correctionis, ꝙ eſt hæreticus ſaluo honore ſuo, non tenet̄ iniuriarū. Prouocatus n. a maledictis alterius non tenetur iniuriarū, ſi cā defendendi veritatē, maledicta refellat, ſm Bar. in l. quæ oīa, ff. de procur. traditur per Felyn. latè in ca. dilecti filij, col. 6. de exceptio. Ex iſtis habes, ꝙ iſta proteſtatio nihil operatur. Qđ dicit verum eſſe Angel. in tracta. malefic in ver. verba iniurioſa. verſi. quid aūt ſi dixit uerbum iniurioſum ſi ſequatur proteſtatio, ſecus ſi ꝓcedat. Quā limitationem nō puto veram, q̄a concl̄o nr̄a maximè ꝓcedit, q̄n ꝓteſtatio ꝓcedit actum, d. §. locator horrei. & q̄a in his, quæ fiunt eodē ɔ̄textu, non attendit̄ ordo, ſm Bar. in l. 2. §. prius, ff. de uulg. & pup. Et ɔ̄riū tenet Ang. in l. veſtem, ff. de iniur. vbi vult, ꝙ non excuſet̄ ab actione iniuriarum, q̄ dicit, Tædet me, ꝙ fueris de falſo ɔ̄demnatus, licèt ꝓteſtationē ꝑmiſerit. ſeq̄tur Iaſ. in d. l. turpia, col. fin. poſt Ale. de lega. ĵ. ¶ Ex q̄bus oībus apparet, ꝙ illa proteſtatio, qua utuntur opponentes exceptionē

90 † alicuius criminis ɔ̄ actorem, vel contra teſtes, puta ꝙ ſunt excōicati, homicidæ, infames, & ſimilia, cum proteſtatione, ꝙ id non opponunt aīo iniuriandi, ſed pro iure ſuo tuendo, ꝙ talis ꝓteſtatio eos non releuat, niſi ꝓbēt veritatē ita eſſe, & in cā obtineant. Nā q̄ nō ꝓbat, ē̄t qđ excipiendo deduxit, calūniari vr̄, l. 1. C. de adu. diu. iud. ca. calumniam, de pœn. Et ex hoc tollitur alia præſumptio contraria, ꝙ animo iuris ſui conſeruandi obiecerit crimen. Et per iſta ita conſuluit Soc. conſ. 118. Viſa narrati puncti petitione, col. 3. lib. 1. Alioqn facilitate proteſta-

testationis daret occasio calūnijs, & iniurijs, ſm Fel. in c. 1. ad finē, de excep. ¶ Fallit aūt iſta concluſio, ſi ꝓteſtatio eſſet a cā veſtita, c. 1 j. qđ metus cā. c. Lotharius, xxx. q. 3. Tu aduerte, qa in c. 1. proteſtatio nō erat ꝯria facto, ſed potius declaratoria facti multipliciter intelligibilis. Nā aſſumptio habitus monachalis pt fieri aīo ꝓfitendi, & non ꝓfitēdi. Scđo aduerte, qa ſeruit
91 iſta fallētia puellis nō audentibus† ꝯdicere parētibus requirētibus ab eis, vt renunciēt hđitati pīnæ, & mrnæ. Nā conſilium eſt, ꝙ prius ꝓteſtentur, ꝙ nō intendunt renūciare, & vbi in futurū renunciarent metu, & reuerentia parentum, non ſpōtè renunciabunt, ſm Soc. coſi. 263. Circa primū, col. 4. li. 2. ¶ Tertiò aduerte, quia vr̄ ꝙ iſta fallētia ſeruiat de vento. Nā ꝓteſtās
92 ſe metu & nō ſpōtè actū gerere, tenet metum † ꝓbare, qa ſolis proteſtationib. non ꝓbat metus, l. metum, C. qđ me. cau. Bart. in l. de pupillo, §. ſi quis ipſi prætori, ff. de no. oper. nunc. in v. q. Sed ſi probetur metus, etiam ſine proteſtatione actus irritabitur, l. 1. & per totum, ff. quod met. cau. c. ad audientiā, eo. ti. ergo ꝓteſtatio erit fruſtratoria, gl. in d. c. Lotharius, dicit, ꝙ ſola ꝓteſtatio p̄cedens probat metum. d. c. 1. non aūt proteſtatio ſubſequens, d. l. metum. & hoc etiam voluerūt glo. Inn. & Car. & *communiter* Doct. in d. c. 1. per illum text. ſed ibi cum proteſtatione concurrebant multæ præſumptiones. Prima, qa tpe ingreſſus erat coniugata. Item iuuenis. Item habebat paruulum filium. Quæ omnia arguebant, ꝙ ſponte non intrauerit. Et ꝙ ſola proteſtatio non probet metum, firmant Pan. & alii cōiter, in c. fi. j. de appel. Bar. & Legiſtæ, in d. §. ſi quis ipſi p̄tori. Pro concordia puto diſtinguendum, aut ꝓteſtatio tendit ad inualidandum actum, q dr̄ meticuloſus; & tunc aut actus dependet a voluntate ſolius proteſtantis, & proteſtatio præcedens probat metum. Ita loquitur tex. in d. c. Lotharius, Et rō eſt, qa nuda ꝓteſtatio in caſu illo probaret animum ꝓteſtantis, arg. eorum, q̄ notant in c. ſignificaſti, de homici. & ita tenet Bart. & *cōiter* alij, in l. qui in aliena, §. fi. ff. de acq. hær. Aut actus dependet a voluntate duorum, & tunc ſi proteſtatio fiat in ipſo actu parte p̄nte, ꝓbat metum. Ita ꝓcedit text. in d. c. 1. cum ibi not. Aut añ actū, & nō probat. Ita loq̄t tex. in d. l. metū. Rō eſt, quia potuit abeſſe metus tpe actus, & quia proteſtō facta in abſentia eius, q lædi pt, illi nō p̄iudicat, vt hic per Pan. & j. dicā. Aut ꝓteſtatio tēdit ad ꝯualidandū actum nō iuridice factū, & tunc ſiue fiat añ, ſiue in ipſo actu, nunq̄ probat metū. Ita ꝓcedūt notata per Pan. in c. fi. de appel. & Bald. in d. l. ſi quis ipſi p̄tori. & rō eſt, ne facilitate proteſtationis det occaſio oſtendendi ius cōe. ¶ Præmiſſa ſeruiunt in practica ad qō. an filia, quæ pro-
93 teſtata fuit ſe metu reuerentiali renunciare hæreditati† paternæ, & maternæ, teneat ꝓbare metū eo mō, quo docet Bart. in l. 1. §. q̄ onerandæ, ff. qua. rerum actio nō dat. Et certè dđm eſt ex p̄miſſis, ꝙ ſic, niſi ꝓteſtatio eſſet facta in actu renunciationis, p̄re p̄nte, ꝑ tex. in d. c. j. & hoc vult Fel. hic expreſsè. col. 22. poſt Card. in c. cām mrīmonij, j. de offi. delega. Si tñ filia eſſet minor, & enormiſſimè læſa, tunc forſan proteſtatiō p̄cedens ꝑp alia adminicula metū probaret, ſm Soc. qui ita conſuluit, ꝯ ſi. 263. Capio primū, col. 4. lib. 2. Proteſtatio n. & ſi ſola nō probat: operatur tñ, ꝙ metus facilius probat, ſm Ang. in l. metum, la 3. ff. quod metus cau. Mod. hic, & in hoc eſt vtilis iſta proteſtatio. Crederē ēt, ꝙ ſit vtilis in alio, qa operabit ꝙ iudex arbitrabit ꝑp proteſtationē, metū eſſe iuſtū quē al's iuſtum nō fuiſſet arbitratus. Nam qs dicat iuſtus metus, ſtat arbitrio iudicis, conſiderat qualitate perſonæ metū paſſe, ſm gloſſ. Panorm. & Imo. in c. cum dilectus, j. qđ metus cau. glo. in c. cum locum, de ſpon. Et ex proteſtatione arguet qualitas ꝑſonæ proteſtantis, arg. l. quidā in ſuo, ff. de cond. inſt. Vel vtilis eſt proteſtatio, quia operat, ꝙ actus ſit mero iure nullus. ubi alias veniebat reſcindēdus ꝑ actionē, qđ metus cā. Qđ verū, ſi ꝓteſtatio ſit facta parte p̄nte, vt hic per Fel. co. xxii. ¶ Quarta cōcluſio. Proteſtatio ꝯ
94 ria† p̄ſumptioni iuris, & de iure, tollit ipſam p̄ſumptionem, ſicut cōfeſſio. Cum iſta concluſione tranſeunt oēs, & eā firmat d. Anto. in c. is, q fidem, de ſponſ. ¶ Et ex ea infert, ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ ꝯ inſtrm̄ nō admittat niſi exceptio ſolutionis, ꝙ tñ opponi poterit exceptio fundata in proteſtatione ꝯtraria inſtro, facta ante inſtrumentum, ſicut poteſt opponi exceptio confeſſionis, ſm Fely. in ca. ex parte, el 2. col. 4. verſicu. 14. fallit, j. de offi. deleg. & in rub. j. de probatio. ¶ Fallit iſta concluſio, in pro
95 teſtatione continente† in ſe turpitudinē, qa iſta tollit ꝑ ꝓrium factum ſubſequens. Puta, ſi ſponſus proteſtetur, ꝙ cognoſcit ſponſam hoc animo, ꝙ non intendit ꝙ ſponſalia tranſeant in matrimonium, talis proteſtatio nihil operatur, et ꝙ illi conſentiant ſponſa, ſm Inn. in c. veniens, el 2. de ſponſa. quem ſequunt Pan. & alij hic. ¶ Circa iſtam fallentiam aduerte. Primò inquantum Abb. præſupponit, ꝙ in exemplo præmiſſo proteſtatio ſit contraria facto, certè videtur malè dictum, quia eſt declaratoria facti multipliciter intellig bilis, vt de ſe patet. Niſi dixeris, quòd ſtante præſumptione iuris, & de iure, proteſtatio, & factum inuicem repugnant. Secundò aduerte, quia nō vr̄ verū, quòd turpitudo habeat operari nullitatem proteſtationis in fauorem matrimonij, imo potius deberet operari validitatem proteſtationis, & annullationē actus, per text. in c. fina. de condi. appo. Nec obſt. ſi dixeris, ꝙ ibi proteſtatio continens turpitudinem, eſt contraria ſubſtantialibus matrimonij. Quia & hic contrariatur ſubſtantialibus. 1. conſenſui, in quo conſiſtit ſubſtantia matrimonij, l. nuptias, ff. de reg. iur. Augetur difficultas, quia præſumptio iuris, & de iure, admittit probationem in contrariū ea ratione, qa ꝑ cōfeſſionem partium ꝑatet defectus in ſubſtantialibus, ſine quibus lex non feciſſet talem præſumptionem, ſm Fel. in c. cum ordinem, colum. 1. j. de reſcrip. Sed ita eſt in exemplo prædicto, ergo &c Fortè poſſet dici, ꝙ in cā mrīmoniali nō adhibet fides partibus contra mrīmonium, c. ſup eo. j. de eo, q cogno. cōſangu. vxo. ſuæ. ergo nec ēt ſtabitur proteſtationi. Hoc tñ non ſatisfacit, qa tex. in d. c. ſuper eo, procedit in confeſſione facta poſt matrimoniū. Nos loquimur in proteſtatione facta ante matrimonium. niſi dixeris idem eſſe, ſi fiat poſt ſpōſalia de futuro, ſed oporteret hoc probare. ¶ Puto, ꝙ ſi dicamus ꝙ p̄ſumptio iuris, & de iure, de qua in c. is qui fidem, de ſpon. fundetur in p̄ſumpto conſenſu, quòd iſta cōis deciſio, quam etiam tenent glo. Pan. & ſcribentes in c. ꝑ tuas. de cond. appo. ſit periculoſa. Si vero dicamus, ꝙ lex præſumat ita ꝑp honeſtatē, tunc erit veriſſima, quia ex quo lex ita vult, proteſtatio in dependentibus a iuris diſpoſitione nihil releuat, vt s̄. latè dixi. & reperio, ꝙ per hāc rationem ita cōcludit Are. in l. Titia, §. 1. ff. de verbo. ob. ¶ Circa tertium membrum,
98 facias vnicam cōcluſionem. Proteſtatio ꝯtraria facto† multipliciter intelligibili valet, & operatur ꝙ factum intelligatur ſm ſenſum proteſtationis, l. Neſennius, ff. de neg. geſt. l. & ſi quis, §. plerique, ff. de religio. & ſumpt. fune. & iſta eſt vtilis concluſio. Ex qua inferuntur plura. Primò infertur ſm Inno. ꝙ ꝓteſtatio
97 † reſpondentis libello, animo litem non conteſtandi, impedit litis cōteſtationem, q̄ ex rñſione aliàs inducta fuiſſet. & ratio eſt, qa talis proteſtatio tollit cōem intellectū a facto; & operat, ꝙ ſm alium intellectum factū interpretet, & ſic rñſio videbitur facta aīo potius inſtruendi iudicem, q̄ aīo litem ꝯteſtandi. ſequuntur Pan. & alij hic. d. Ant. & Pan. in ca 1. j. de litis conteſt. Bar. in l. 1. C. eod. titu. Et iſta eſt *cōis* opinio, licèt quidā contradixerint. Ex qua infertur, ꝙ proteſtatio petentis ſe mitti in
98 poſſeſſionem† authoritate iudicis, ſaluo iure intrandi propria authoritate, operatur ꝙ non cenſeatur proteſtans renunciaſſe pacto de ingrediendo propria authoritate. quod rīr tollitur, ſi eatur ad iudicem pro obtinenda poſſeſſione, l. de pupillo, §. meminiſſe, ff. de no. oper. nunc. Bald. in l. 2. in 10. q. C. de ſerui. & aqua. ¶ Sed aduerte circa iſtud exemplum, inquantum Abb. dicit, ꝙ reus debet facere hanc proteſtationem in p̄ntia eius, cuius intereſt, & poſtea dr̄ corā iudice, non aūt corā actore. ergo vr̄ intereſſe iudicis, & ſic valebit proteſtatio; etiam ꝙ actor non ſit p̄ns. ſed hoc eſt contra tex. in auth. q ſemel, C. quō, & qñ iudex. ſuppleas ergo verba ad exemplum. ¶ Secundò infertur, ſm Inno. in c. Cumana. de electio. ꝙ proteſtatio rei ſe opponē
99 tis in iudicio cum proteſtatione, †ꝙ per actus quos faciet, non intendit in iudicē conſentire, operatur ꝙ nō intelligatur prorogata iuriſdictio. ſequūtur omnes. Qđ ꝓcedit, etiā ſi in eadem ſcriptura prius fuerint deductæ aliquæ exceptiones contra libellum, & ꝯtra ꝑſonā actoris. Quia in eadem ſcriptura non cōſideratur ordo, l. talem, ff. de hrđibus inſtit. l. 2. §. prius, ff. de uulg. & pup. Ita ampliat Bar. in l. quidam conſulebant, ff. de re iud. Subdit tñ, ꝙ tutius eſt, ꝙ p̄mittat exceptio declinatoria, & poſtea proponantur exceptiones dilatoriæ vel peremptoriæ, ſalua declinatoria. Seqtur Bald. in l. exceptionem, col. 3. C. de ꝓbat. Sequuntur alij *cōiter*, quos referunt ibi Ale. Mod. & Fely. in ca. inter monaſterium, col. 4. ver. prima declaratio, de re iudicata. Iſta tñ proteſtatio caſu, quo iudex ſit cōpetens, eſt nociua: quia poterit iudex ꝯ opponentem declinatoriā ꝓcedere, tanquam ꝯtra ꝯtumacem ad mulctam, vel excommunicationem. ſm Inno. in c. Cumana, & ibi Imo. & Pan. ſequuntur, j. de ele. ꝑ tex. in c. ex parte, in verſi. quia ſtare voluntiuri, de verbo. ſigni. Idem tenent Ang. & Mod. in l. non vr̄, ff. de iudi. ſequuntur cōmuniter Doct. quos refert Fel. hic, & Ale. Iaſ. in d. §. morte. Iaſ. in l. eleganter, §. ſi quis poſt, ff. de cond. indeb. dicentes omnes, ꝙ fatuus eſt aduocatus, q ita proteſtatur. Iſtud arbitror verū, ſi proteſtans ſtet in ſola proteſtatione, non rñdendo petitis per actorem: ſed ſi ſalua proteſtatione rñderet, proponendo ſuas exceptiones, crederē ꝙ non poſſit tanq̄ contumax cōdemnari. Quia rñdendo ſalua declinatoria, perinde eſt ac ſi declinaſ-
100 ſet iuriſdictionem, niſi ſi, & † quatenus arctatus ſit de iure cōparere, quo caſu non poſſet mulctari tanq̄ contumax, ex quo ſimpl'r non declinauit, ſm Pan. & alios hic, poſt Inn. in d. capit. Cumana. & tradunt Ale. & alij, in l. ſi ita ſcriptum, ff. de lega, 1. & iſtud eſt, quod volunt d. Ant. & Geminia. in d. cap. Cumana. & Pau. de Caſt. in d. l. non videt. ¶ Et ex his habes, quòd vtiliſſimum eſt in proteſtatione ſemper addere conditionem, niſi ſi,

& qua

& quatenus. Benè facit, quod dicit Barto. in l. diuus, ff. de fal. vbi
dicit, quòd ſi quis interrogetur an velit vti inſtr̃is, vel teſtibus; ſi
dubitet r̃ndere pp pœnam falſi, debet r̃ndere, ꝙ intendit vti,
cum proteſtatione ſi & quatenus veritatem contineāt. Et idē
tenet Cy. in l. falſos, C. eo Bald. in l. ſi aduerſarius, C. de fide inſt.
Practica Papi. in forma productionis inſtrumentorum, in ver.
appareant. & iſtam practicam antea docuit Spec. tit. de inſtru.
editio. §. dicendum reſtat. verſi. quod ſi velis. ¶ Tollendo tamē
effectum dictę proteſtationis duplex poteſt adhiberi remediū.
Primum eſt, ꝙ ad inſtantiam interrogantis ſtatuatur ſibi ter-
minus ad deliberatè, & præcisè reſpondēdum, quia tunc arcta-
bitur precisè r̃ndere, velit vti, vel ne, ſ̃m Bart. in l. diuus, & ff. de
fal. & Lapum ſua allegatione cxix & optimè declarat Fulg. con
ſi. 177. Publicato proceſſu. Secundum remedium eſt, ꝙ inter-
rogās nō ſimpliciter interroget, an velit vti teſtibus, vel inſtr̃o,
ſed ſpecificet, vtrum velit vti inſtr̃o in tali parte, in qua ſic dici-
20 ræ,cessans per annum a solutione pēsionis, cadat † ab emphyteusi:Præmissa faciūt,ꝙ sic,& ita decidit Bal. in d. c.querelam, Ale.ↄsi.85.Non puto.repetito in cōsi.126.li.1.sequit Cor.in repetitione rub.de iureiu.in x.priuilegio.& Ias.in d.l.si qs maior, col.3.Ferra.cautel.xx.Contrarium tenet And. Basig. hic, quia iurm̄ regulatur ſm materiā ↄtus,super quo interponit, & recipit oēs ↄdōnes,quas recipit ille ↄtus,,l.fi. C.de non nu. pecu. & ꝑꝑ istud fundamētum de ista decisione dubitat Ias. in l.ij.in 10.q.C.de emphyteu.Doctor meus,Rochus de Curte,concordabat istas opiniones hoc modo. Aut empyteuta iurauit simpliciter stare ↄtui,& tūc procedat opi.Basig. ꝯ Bal. aut iurauit explicitè obseruare omnia,& singu. & tunc procedat opi. Bal. allegat Franc.de Curte seni.singu.suo 54.ubi probat istam distin. ex doc.Bald.in ca.quæ in ecclesiarum,col xij s. de constit. vbi Bal.dicit,ꝙ regula d.l.fin.procedit in simplici iuro, secus in iuro explicito,qa tunc habet locū l.si quis maior. & istam distin.ad aliud propositum facit Card.ↄsi. j. sub rubri. de iureiu. dicens,ꝙ non prohibetur opponere exceptionē simulationis q̄ simpliciter iurauit stare ↄtui, secus si explicitè iurauit oīa & singula vera esse,de quo latè per Ale.& Mod.in l. nemo pōt ff.de lega. j.Quid tenēdum: Credo opin.Bald. posse defendi indistinctè ab isto fundamēto,qđ facit, & retorquetur ↄtra eos: nam licèt de iure cōi non cadat emphyteuta, nisi cessauerit ꝑ triennium de iure ciuili,l.2.C.de iure emphyt. & per biēnium de iure cano.c.potuit de loca.tñ natura ↄtus est,ꝙ soluat omni anno,& iurm̄ debet intelligi præstitum cum ista qualitate quòd omni anno soluatur pensio: & si emphyteuta non soluit,contrauenit ↄtui & eius naturæ, & ↄtr̄ iuramento. ergo incidit in periurium.Et si dixeris,de natura ↄtus est,ēt ꝙ non cadat,nisi elapso biennio:concedo,sed dico,ꝙ non cadit, quia cessauerit,sed cadit ꝑꝑ periurium. Contra tñ hāc decisionem obstant duo Primo obstat ↄclusio,de qua s. quòd pœna priuationis nunq̄ imponitur,nisi reperiatur ꝑ legē expresse imposita. Sed non reperitur l.cautum,ꝙ emphyteuta sit priuandus emphyteusi, ꝑꝑ periurium, ergo &c.Scđo arguendo de feudo
21 ad emphyteusim,valet argm̄,† vbi non datur rō diuersitatis, ſm Spe.tit.de feud.§.quoniam.ver. 4. Bar. in l. ut iusiurandi. §. si liberi,ff.de oper. lib. Bal. in auth. si quas ruinas, C. de sacro-
22 san.eccle.Vasallus aūt ꝑꝑ periurium non priuatur feudo, † nisi in casib.expressis a iure,ca.1 §.illud,2.q̄ fue. pri. cau. benefic. ami. ergo emphyteuta in isto casu etiam non priuabitur emphyteusi, quia nulla est lex expresse hoc tale dicens, ut dicit tex.in §.optimū,in Auth.de nō elig.secū.nub. Et si dixeris, dicit Bal. ꝙ istud decidit in d.l.si quis maior rñdeo, ꝙ non decidit expresse,sed per extensionem Doctorum extendentiū illā legē ad oēs ↄtus.Cogitabis ergo diligenter.Nota secundo, ꝙ

23 per renunciationem priuatur renuncians † beneficio, ca.sup hoc,c.ex transmissa,ꝫ.de renun.c quàm periculosum, vij. q. 1. Amplia,etiam si resignatio aliquo defectu esset nulla, ca. ꝙ in dubiis,de renun.& ibi Panor.Ampliat, vt sit renunciās priuatus ipso iure,licèt Fel.hic contra. Amplia tertio etiam in Papa renunciante Papa tui,c.1.de renun.lib.6.Amplia quarto, vt
24 impetrans licentiam renunciandi a superiore, possit † compelli bñficio cedere,c.quidā,ꝫ.de renun. Quinto adde, ꝙ obligans se ad non mouendum q̄ōnem super bñficio, poterit etiā amoueri ab illo,c.audita,de restit.spol. & ibi declarat Panorm. in 2.no.Istud no.ſm Pan.hic, procedit in renunciatione spō-
25 tanea,secus in meticulosa: † quæ licèt mero iure ualeat, tñ rescindit actione,qđ met.cā,c.abbas,c.super hoc, ꝫ. ꝙ met. cā. Et in tm̄ restituitur qui per metum resignauit,ꝙ nō est opus nouā collatione,c.si vero,& ibi Abb.& Fel.ꝫ.de iureiu. Ideo dicit Rota,quam refert Fel.in d.c.si vero,& Dec.hic,ꝙ renūciās bñficio ad effectum, ut frater relaxetꝰ a carceribus, ꝓt bñficiū repetere.Similiter si clericus grauatus ab Epo īdignatione commotus renūciat bñficio,ↄpetit sibi ius repetendi,qa nō sponte resignauit,ſm Gem.in d.c.q̄ periculosum.Similiter renūcians bñficio timore excōicationis,pōt illud recuperare,ſm Barb.ↄsi.19.lib.3.sequitur Dec.hic.Adde etiam vnum casum, in quo renūciatio meticulosa est ipso iure nulla,qñ clericus per dn̄m tpalem incarceratur, & renunciare ↄpellitur, cle. 2. §.sanè. de pę.Tertio no.ꝙ in rescripto ↄcesso ad petitionē partis,subin-
26 telligit ↄdō,si preces ueritate nitantur.† Amplia etiā in rescripto motu proprio concesso,in quo subintelligitur ↄdō, si cāæ motiuæ ueritate nitanꝰ ſm Card.consi.96.& 98. Papa uniuit, vt hic per Fely.& Mod. Amplia scđo, ēt si rescriptū sit ꝑcisum & exequutiuum, l.si non cognitio, C. si ꝯ ius. Limita dupliciter, vt hic ꝑ Dec.& ante eū istas duas limitationes tradit Ias. in l.fin.C.de diuer.rescr.Circa primam limitationem aduerte, qa non est propriè limitatio. Quia si causa expressa in rescripto propriè ad obseruantiā iuris sit falsa, rescriptum erit subreptitiū,dūmodo fuerit cā,quare Princeps concesserit, c. super lr̄is. s.eo.Potes ergo lītare ex his,q̄ dixi,in cap.1.in pe.ↄcl.s.eod. Aduerte ēt circa istud not.ad duo.Primo, ſm quosdam ob. text.
27 in l.& si legib.C.si ꝯ ius.ubi datur regula, Mendax,ꝓcator† carere debet impetratis: quæ regula præsupponit nullitatē rescripti.Regula uerò hic tradita ꝓsupponit validitatem.Sed falluntur isti,qui sic arguunt: qa istæ duæ ↄclu. idem important, & tex.in l.fi.C.de diuer.rescr.vtitur istis clausulis ꝑ sinonymis.Nā vtraque ꝓsupponit validitatē rescripti, q̄tum ad effectum cognoscendi de ueritate ꝑcū; & cognita falsitate, uult rescriptū
28 non ualere.Scias etiam,ꝙ ista ↄdō, † si ita sit (qa tacitè inest) non reddit rescriptum ↄdōnale,l.ↄdōnes q̄ extrinsecus, ff. de condi.& demon.ca.significasti,inf.de elec.Ideo non suspendit iurisdictionē iudicis.sed exercitiū,vt hic ꝑ Fely. & Mod. & per Fel. in c. fi.col.vij.inf.de præsum.Tertio aduerte,quia gl.in §.& si leg.xxv.q.2.dicit,ꝙ hodie non vr̄ habere locū ista decretalis, sed distinguendum est,ut in c.super literis,inf.eo.Tñ si cōsiderabis,dispō istius decreta. habet locum retenta distin. de qua in d.c. super lr̄is.Ex istis infert Pano.ꝙ impetrans tenetꝰ ꝓbare
29 supplicata uera esse,† si aduersarius ea neget. alleg. Io.And. in c.j.de litis contest.lib.vj.Tu adde tex.in ca.quia circa, & ibi Panor.in 2.& 3.no.inf.de consang.& affi.& dicit Soc.cōl.164.Visa bulla,col.2.iu 2.parte,ꝙ impetrans hēt ꝓbare si opponatur, ꝙ expressa sunt falsa.Si uero opponatur rescriptū impetratū
30 fuisse per taciturnitatem veritatis † tunc excipiens ꝓbabit. allegat not.in isto c.& ista est theorica. Io.And.in d.ca. 1.Pan. in c.fi.col.2 inf.de ꝓsump.Limita,nisi impetrans haberet intētionem fundatam iuris ꝓsumptione, tunc in excipientem transfertur onus probandi,ſm Panor.in d.c.fi.3.notabi. Cætera uideas ꝑ Fel.in c.ↄstitutis,co.1.ubi Abb.inf.eo.Quarto nota,ꝙ re-
31 scriptum ꝯ stylū curiæ,† est de falsitate suspectū,vt hic, & in c. in memoriam,xix.distin.idem in priuilegio ꝯ solitum cursum priuilegiorum,c.cūm q̄.inf.de testib.c.ex parte,de capel.mona. Et ideo Panor.in c.ex parte,2.inf.de offic.dele.decidit, ꝙ priui-
32 legium tollens ius tertij,† præsumitur prima facie falsum,quia Princeps non solet similia priuilegia concedere. Et ad istud Fel.& Mod.hic, cumulant infinita.& dum allegat gl.in l.si quis sub ↄdōne, ff. de conditio. insti. quæ uult, ꝙ clausulæ insolitæ inducant suspicionē fraudis & doli, adde quæ scribit Fel. in c. si cautio,col.17.in fi.inf.de fide instro.Cur.consi.66.& cōsil. 74. col.antepe.vsq; ad fi.consilij,vbi habentur oīa,de quib. hic per Mod.& plura alia.Et dū dicūt ꝙ citatus in forma insolita non tenetꝰ ↄparere, Adde Ias.in l.1.§.1.col.2.ff.si quis ius dicēti non obtēpe.Operatꝰ ista suspicio plures effectus. Primus est, ꝙ im-
33 petrans remitti dēt cū rescripto, † seu priuilegio ad Papam,& ſm Bale.& Cardi.& Imo. debet remitti ligatus sub fida custodia,& istud ꝓbatꝰ hic,in illis verbis, venire compellas. Quidam arguunt contra hoc de c.in memoriam.vbi dr̄ esse in potestate Episcopi detinere in carcere talē de falsitate suspectum,donec Pa-

nec Papam certiorauit, ergo non debet eum trãſmittere. Sol-
uunt, ꝙ epũs debet tranſmittere poſt monitionem ab eo factã,
ſi fuerit requiſitus p Papam. Et ꝙ non teneat̃ tranſmittere añ
monitionem, probatur per tex. in d. ca. cãm q̃. Alij dñt, ꝙ eſt in
ptãte Epĩ eum retinere in carcere, per tex. in d. c. in memoriã,
in ver. poteſtas, ſit iuncta l. non quicquid, ff. de iu. Sed iſtud non
placet, per tex. in c. 2. de crimin. fal. & licèt iſti rñdeant ad iſtum
tex. qui loquitur in aperta falſitate, tamẽ longè fallunt̃, qa tunc
eſſet puniendus, nedum retinendus, c. ad falſariorum, de crim.
fal. & quia ille tex. vtitur verbo, redarguẽda videris, quo etiam
vtit̃ tex. in d. c. in memoriam, non obſtat tex. in d. cap. in memo
riam, in ver. poteſtas ſit. quia ptãs data Epõ cõſiſtit in modo re
tinendi, videlicet in carcere, vel ſub alia cuſtodia, non retinen-
do, vel relaxando. Operatur ſcdò, ꝙ ordinarius, ſeu delegatus
34 non debet parere talibus reſcriptis, & priuilegijs † nec illa exe-
cutioni mandare. Ita probant iura præallega. & clarius in d. ca.
ſi qñ, ĩ. eo. Operatur tertiò ꝙ impetrans poſſit puniri pęna fal-
35 ſi, † niſi probet reſcriptum emanatum fuiſſe ſub illa forma a
curia, c. porrecta, & ibi Pan. in 2. notabili, ĩ. de ꝯfir. vti. vel inuti.
vbi dicit, ꝙ hodie propter appoſitionem ſigilli, ſeu bullę, purga
tur valde iſta ſuſpicio. Adde pro iſto notabili text. in l. iubemus,
C. de proba. p quem cõſuluit Cur. conſ. 56. col. 7. & pen. quòd ſu
36 ſpicio falſi pro veritate hr̃, † niſi a ſuſpecto contrarium pbet̃,
& eſt ſpãle in crimine falſi, vt ex ſola ſuſpicione quis puniatur,
ſm eũ in allegato conſ. 56. 66. & 74. s̃. allegatis, vbi infinita cõſi-
lia ꝯgerit. & idem volunt Arch. & Gem. in d. ca. in memoriam.
37 Scias inſuper, ꝙ ſtylus † eſt ſm ius, conſuetudo propriè ꝯ̃ ius,
vt per Alc. conſ. 36. Viſo themate, col. fin. Ritus verò eſt qdam
modus actui ordinãdo ſolemnitatem p̃bens, ſm Pan. in c. cum
ſecundum, in 1. notab. ĩ. de tempo. ordina. Qñq; ius aliter ſumi
tur vt in c. ꝯ̃ Chriſtianos, de hr̃ti. lib. 6. Quinto nota, ſm Pan. ꝙ
38 dictio, præcisè, † idem importat ꝙ abſolutè, & ſine cauſę cogni
tione, allegat glo. in ca. ꝯ̃ Chriſtianos, de hære. lib. 6. Subditque,
ꝙ dictio, p̃cisè, appoſita in ſtatutis, habet vim clauſulæ deroga-
toriæ ad ꝯ̃ria ſtatuta, ſm Iac. de Are. in l. oẽs populi, ff. de iuſt. &
iur. Circa primam partem huius notab. ꝙ idem ſit præcisè, qđ
abſolutè, multa adducuntur hic per Feli. & Mod. Sed tu aduer-
te, ꝙ tex. in d. ca. ꝯ̃ Chriſtianos, in altarnatiua videt̃ pbare ꝯ̃riũ.
Scdõ Pan. vr̃ malè loqui, dum dicit, ꝙ importat idem, quod ſi-
ne cauſæ cognitione, qa iſte tex. aliàs eẽt ſuperfluus. Item copu
la poſita in medio ꝯ̃rium oñdit, & ꝯ̃rium tenent Bald. & Mod.
hic. Et ꝯ̃riũ tenet Bar. in l. ſtipulatus ſum Damã, ff. de verb. obli.
vbi Alex. & Mod. ꝯ̃riũ d. l. vulin terminis in c. licet de euitanda,
in verſi. exceptione, ĩ. de elec. comprobat̃ ẽt iſta opin. ꝯ̃ Pan. ex
ijs, quæ ſcribit Iaſ. in l. 3. §. in amittenda, ff. de acqui. poſ. & in d. l.
omnes populi, & per Ale. in l. 1. col 4. in fi. & ſequẽ. ff. ſi cer. pet.
Dec. hic concordat opin. diſtinguendo: cuius diſt. comprobo
ex eo, qđ voluit Barto. in l. a diuo Pio, in prin. ff. de re iud. vltimò
moueo vnam difficul. ꝯ̃ tex. qa videtur velle, ꝙ ſi eẽt mẽtio pri-
marum lr̃arum, ꝙ valuiſſet reſcriptum, ẽt ꝙ mandaſſet Papa re
ſtitutionẽ fieri p̃cisè. Cõtra, cãæ cognitio eſt de iure diuino, ſm
Pan. in c. 1. col. 2. de cauſa poſ. & proprie. ergo Papa non debuiſ-
ſet poſſe tollere, cle. paſtoralis, de re iu. Solutio p nunc, iſte tex.
loquitur in bñficialib. in quib. Papa hẽt ptãtẽ auferendi vnum
bñficiũ ab uno, & dare alteri, ſm Feli. in c. q̃ in eccleſiarũ, colũ.
12. & ſeq. s̃. ti. j. p tex. in c. 2. de p̃bẽ. in 6. Ad veritatẽ copulatiuæ
39 † requirit̃ cõcurſus oĩum copulatorũ, l. ſi hr̃di plures, ff. de cõd.
inſt. §. pe. Inſt. de hęr. inſt. per gl. hic, & in cle. in pleriſque, in ver.
& populo, de ele. & procedit ſiue copulata affirmatiuè copulẽ
tur, ſiue negatiuè. Si. n. copulantur plura affirmatiuè, requirit̃,
ꝙ omnia concurrant affirmatiuè: ſi copulent̃ negatiuè, requi-
ritur, ꝙ concurrant negatiuè, & ſic neutrum fiat, l. ſi quis ita, ff.
de ver. ob. & procedit ẽt in pęnalib. & odioſis. Requiritur. n. ad
hoc, vt qs poſſit puniri, ꝙ oĩa copulata reſpũ pęnæ incurrendæ
vera ſint, ſm gl. in c. j. in ver. cõtra iuſtitiam, de re iu. li. 6. Quam
ſeqtur Pan. in c. j. col. 3. de off. ord. & Bal. in l. fina. C. de pęna iud.
qui ma. iudi. ad idem gl. in l. mancipia, C. de ſerui. fug. per quam
dicit ibi Iaco. But. ꝙ ſtatutum puniens turbantem alium in ſua
poſſeſſione pęna c. librarum, & ad reſtõnem poſſeſſionis, non
hẽt locum in eo, qui turbauit tm̃, & nõ abſtulit poſſeſſionem,
quia ambo copulata non concurrunt. Sequit̃ Lu. Ro. ſing. ſuo
inci. ſtatutum, dicens ſe ex hoc lucratum fuiſſe ſex florenos, &
quædam alia. Sequit̃ Io. Berta. in trac. de Epiſ. in 2. li. q. 22. primæ
partis. vbi ex hoc infert, ꝙ ſi ſtatutũ dicat, ꝙ teſtis falſum depo-
nẽs puniatur pœna c. librarum. & ad intereſſe partis, quòd niſi
ex eius dicto lædat̃, pars, non poterit puniri, q̃q̃ falſum depoſue-
rit. Procedit ẽt e ꝯ̃, qa ſi ſtatutum pro eod. delicto imponat plu-
res pęnas, oportet ꝙ oẽs imponant̃, l. nemo, 2. C. de epiſ. aud. te-
net Bar. in l. quid ergo, §. pęna grauior, ff. de his, qui not. infam.
Et iſta eſt prima natura, & pprietas copulatiuæ. Et adde inq̃tũ,
s̃ dixi, ꝙ ẽt requiritur concurſus copulatorum negatiuè, quod
decidit Cor. conſi. 191. Dato, col. 1. lib. 2. limita & declara, vt per
Soc. in l. ſi is qui, §. vtrum, col. 3. ff. de reb. dub. Secunda proprie-
40 tas copulatiuę eſt, ꝙ copulet ęquè pincipaliter, † ſm gl. in c. que
relam, de ſimo. & ibi Abb. infert ad q. de qua per Fe. in ca. quan
to, ĩ. de iud. facit quod voluit Bar. in l. j. ff. de pec. leg. & eſt tex. in
l. ſi cui, & ibi Bar. ff. de fun. inſt. & quod decidit. Ale. conſ. 2. colũ.
pe. lib. 3. & quæ ſcribit Iaſ. in l. Titiæ textores, §. 1. ff. de le. 1. vbi cõ
cludunt Doct. ꝙ dicens ſententiam nullam, & ſi qua eſt appel-
lat, vr̃ deducere appellationem, & nullitatem æque principali-
ter, ꝯ̃ gl. in l. 1. C. qñ prouo. non eſt neceſ. & ꝯ̃ Saly. in l. vni. C. ſi
de momen. poſſ. fue. app. Tertia proprietas eſt, ꝙ copulet diuer
41 ſa, † ſm glo. in rub. ff. de iur. & fac. ig. Pan. hic, & p Doct. in variis
locis. Cor. conſi. 70. In hac, col. pe. li. 2. glo. in l. ſi duo, C. per quas
42 perſo. no. acqui. Quarta proprietas eſt æqualiter copulare, † l
reos, §. cum in tabulis, ff. de duob. reſi. l. 3. §. ſi quis ita, ff. de eo,
qđ cer. loc. l. ſi quis Titio, ff. de vſufr. accr. l. ſi hæredes nominati,
ff. de leg. 1. l. ſi pr̃ filio, ff. de vul. & pup. vbi Pau. de Caſt. infert, ꝙ
ſi condemnatus ſit ſindicus, & commune in centum, cenſetur
ſindicus condemnatus in 50. & cõe in aliis quinquaginta. Et p
hoc vr̃ tex. in l. qm̃ iudicem, vbi glo. Bal. Ang. & Sal. C. de appe.
Bal. in c. 1. qui feu. da. poſ. Et Ale. ibi infert, ꝙ ſi ex forma ſtatuti
electio Bidelli ſpectet ad vniuerſitatem & rectorem, tantam
vocem habebit Rector, quantam vniuerſitas. Et ſimilẽ q̃õnem
determiuat ita Ang. & Im. in l. liber homo. §. Titius, ff. de hære.
inſt. per illum tex & Lu. Ro. conſi. 99. Viſo propoſitę q thema
te. Hoſt. Ioan. And. Pan. & alii, in c. poſtulaſti, de conceſ. pręb. fa-
cit deciſio Soc. conſi. 40. Ex actis geſtis, in 1. dub. lib. 1. Et q̃ ſcri-
bit Cur. conſ. 54. Sæpe & frequenter, poſt Bar. & alios, in l. ſi cũ
dotem, §. tranſgrediamur, ff. ſol. mat. Limita primo, vt per Bart.
in l. ſeruus communis ita, ff. de ſtip. ſer. niſi natura contractus
43 † aliud ſuaderet. Limita ſecundò, niſi ex coniecturata mente
44 diſponentis † ꝯ̃rium videatur dđm, l. quidam relegatus, cum
l. ſeq. ff. de reb. dub. Et hoc modo procedit text. in l. fundus ille,
iuncta declaratione gl. ff. de ꝯ̃h. emp. Limita tertiò, niſi copula
45 cadat inter perſonas grauatas, † quarum aliquæ grauari non
põt: quia onus ſpectabit in totũ ad illũ, q grauari potuit, l. ſi ex
duobus, §. 1. & ibi Iaſ. in 6. nota. & l. ciuitatib. §. Lucius, ff. de lega.
1. Limita quartò, vt per Soc. conſil. 108. lib. 3. per totum. Quin-
46 ta proprietas, † ꝙ copulet vniformiter, l. Seiæ, §. Caio. ff. de fun.
inſt. & ibi latè Bar. & ſic natura copulæ eſt, repetere qualitates
præcedẽtis copulati in ſequens, & e ꝯ̃, ſm gl. in l. ſi ſic, ff. quẽad.
ſer. amit. quam multum ꝯmendat Iaſ. in l. fi. col. pe. C. de ſucceſ.
edic. facit deciſio Bar. in l. ſi legatarius, ff. de leg. 1. de qua hic per
Fel. co. xv. ver. fallit v. Et hanc deciſionem Bar. extollit Lud. Ro.
ſing. 380. redditus relictus, & conſi. 231. Præmiſſorum Doctor.
& Soc. conſi. 280. Conſiderata contingentia, lib. 2. Ex quib. pri-
die dicebam, ꝙ ſubſtĩõ teſtõris hoc modo concepta, ſubſtituo
proximiorem de genere meo, & ſuos; ꝙ illa copula, & ſuos, opa
tur ꝙ filii ſororis non intelligãtur ſubſtituti. Quia propter co
pulam, & ſuos, datur intelligi, ꝙ ſui etiam debent eſſe de gene-
re, cum copulet vniformiter, & ea quæ ſunt eiuſdem gñis, l. fin.
§. cui dulcia, ff. de fun. inſt. facit quod conſuluit Cor. conſi. 139.
Placet mihi, li. 2. Sexta proprietas eſt ampliare quãtum poteſt,
47 † l. ea tamen adiectio, ff. de leg. 3. Eſt verum, ꝙ Bart. in l. ſi is, qui
ducenta, §. vtrum, ff. de reb. du. reſtringit illum text. qñ copula
ponitur inter duo adiectiua neutraliter prolata. & quidam di-
cunt ibi eſſe, quia copula erat iuncta cum relatiuo. Tamen alii
cõmuniter tenent idem, ſi copula ſit inter duo ſubſtantiua, abſ-
que relatiuo. Hinc dicebat Bald. ꝙ ſi teſtator legat alicui equos
ſuos & arma, non ſolum comprehenduntur arma equorum,
ſed etiam arma equitantis. Ita Bal. in l. 1. ff. de verbo. ſignifi. non
tamen veniunt in legato phaleræ, & ornamenta cum perlis, &
auro, quæ portabat teſtõr ad torneamenta, qa ſapientis eſt te-
nere medium, l. qui lancem, ff. de au. & arg. le. Sed an veniet ci-
merium? vide ibi. & iſtud tamen dicunt Card. & Imo. in d. cle.
in pleriſque, verum eſſe in fauorabilibus, prout loquitur text.
in d. l. ea tñ adiectio, ſecus in odioſis. Quia tũc ſtabit reſtrictiuè,
inferentes, ꝙ ſi per ſtatutum imponatur pęna nobilibus, & ba-
ſtardis percutientibus aliquem, tunc ſtatutum debet reſtringi
ad baſtardos nobiles, ſeu baſtardos nobilium, ſequitur Soc. cõ-
ſi. 33. Circa præſentem, colum. 3. lib. 3. Vbi igitur videbis, quòd
copula non poſſit ſuas proprietates, & naturam ſeruare, neceſ
48 ſario reſoluenda erit in diſiunctiuam, † vel expoſitiuã, vel erit
in oratione poſita ad continuandam materiam. Signa autẽ co
gnoſcendi, ꝙ copula non ſtat copulatiuè, plura poſſunt reperi
ri dicam q̃ occurrunt. Primũ ſignum colligitur ex repugnan-
49 tia † copulatorum. Nam ſi copula ponatur inter incompatibi-
lia, reſoluitur in diſiunctam, ſecundùm Pan. hic, ponentẽ exẽ-
plum in cl̃a codicillari copulatiuè cõcepta, vt in l. fin. C. de codi
ci. Cõſidera tñ circa iſtud exemplũ, qa ex electione data hr̃di,
vt dr̃ in d. l. fi. nõ vr̃, ꝙ teſtm̃ & codicillus ſint inter ſe incõpati-
bilia niſi ꝯſideres fortè effectũ, vt facit Abb. Habes ẽt exẽplum
in l. ſi Titio, ff. de vſufr. leg. & Bar. inducit quatuor q̃õnes, & cir-
ca ſcđam vide quæ dixi in l. centurio, ff. de vul. & pup. Infert̃ ẽt
ad ꝯpromiſſum, in quo dr̃, ꝯpromittimus in talẽ arbitrum, &

arbitratorem, & amicabilem conpositorem, quia procedere
50 vt arbiter, & vt arbitrator, † sunt incompatibilia. Nam arbiter procedere tenetur secundũ ius, arbitrator nõ: vñ copula resol ui dẽt in alternatiuam; & erit in electione compromissarij eligere viam, quam velit, s'm Barto. in l. 1. ff. de iudic. Alexan. in l. si seruus plurium, §. si numerus, ff. de leg j. Raph. Comen. consi. 7. Viso compromisso. Oria. in tracta. de arb. versi. secundò quero. Similiter si in sententia dicatur, nos arbitri & arbitratores, copula, & exponitur pro vel, s'm Bal. in l. non codicillum, C. de testa Cuius dictum reputat singula. Crem. singu. 197. Commissa est quæstio. vbi concludit post Bal. ꝙ censebitur prolata sñia, tanquam ab arbitratore. Sequitur Im. & Are. in l. nemo potest, ff. de le. Ang. in disputa. incip. Duo adinuicem litigantes. Alex. consi. 13. Ex his, col. 3. lib. 1. & ista est cõis opi. Contrarium tñ tenet Bal. in l. miles, qui destinauerat, ff. de test. mili. Quem sequit Ale. in l. si seruus plurium, §. fi. ff. de leg. 1. & ista forte verior, qa in dubio præsumitur electa via plenior, & tutior, & quæ citius est effectum paritura, l. si ita scriptum fuerit, Titius. ff. de hær. in sti. Et sententia arbitri est citius paritura effectum, quia si erit cum pœna ei stabitur metu pœnæ, l. diem proferre, §. stari, ff. de arb. si sine pœna, si intra x. dies non reclametur, ex ea oritur actio. l. cum antea, C. de arb. Sed sententia arbitratoris nõ producit actionem cũ effectu, nisi post 30. ann. inter quos sp põt peti reductio, s'm cõem opi. de qua per Bar. in l. si societatem, §. arbitrorum, ff. pro soc. & ita etiam tenent Io. Crotus in d. l. nemo potest, col. 27. de leg. j. in casu tñ isto pt saluari incompatibilitas, & sic stabit copulatiuè, vt declarat Soc. in d. §. vtrum. col. 3. Infertur ẽt, ꝙ si testator substituerit filio pupillo hoc mõ, si filius
51 meus in pupillari ætate decesserit, substituo Titium † mihi, & sibi, ꝙ copula debeat resolui in disiunctiuam rõne contrarietatis euitandæ, & erit in electione substituti succedere testõri ex fideicommissaria, vel pupillo per pupillarem, s'm Lu. Ro. cõsi. 480. in casu propositæ consultationis. & dixi in l. j. ff. de vul.
52 & pup. scdm signum colligitur ex superfluitate. † Nam si copula ponatur inter plura idem importantia, resoluitur in expositiuam, s'm Pan. hic, per tex. in l. j. ff. de pac. Idem tenet Bartol. in l. 1. ff. de iust. & iu. & in rub. C. de agri. & censi. lib. 11. vbi dicit, ꝙ si copula ponatur inter duo substantiua idem importantia, vnum substantiuum adiectiuatur, & copula resoluitur in expositiuam per figuram Endiadis, iuxta illud, Arma virumque cano. i. virum armatum. Ad idem est tex. all. hic per Felyn. in capi. monasteria, de vi. & hon. cle. Et addit quamplures glo. Dec. hic Tu adde Cal. consi. 2. de verbo. sig. vbi dicit. ꝙ copula copulans plura verba eiusdem importantiæ ad eundem effectũ, nihil addit, c. in synodo ibi, confirmamus & conprobamus, 63. dis. cum si. Adde ẽt gl. in rub. C. de vind. lib. & gl. Inst. de serui. vr. præd. §. fi. in verb. pactionib. Ad idem tex. in c. qualiter & qñ, 2. de accu. ibi, Clamorem, & famam, i. clamorosam famam. Ad idem text. cum gl. in l. obseruare, §. proficisci, ff. de off. præsid. ibi, rõ & vindicta, i. rationabilis vindi. Ad idẽ tex. cũ gl. in l. 2. C. qñ liceat ab emp. disc. ibi, Pacto, & ꝯsensu. i. pactionali ꝯsensu. Ad idẽ tex cũ gl. in l. si rem mobilem, ff. de acquiren. poss. ibi, Anima & ratione, idest aĩa rationali. Et ista seruiunt ad saluandos Notarios, & testes a contrarietate & falsitate. Et ppea Soc. cons. 51. Viso testamento. lib. 3. vt ꝯcordaret testes testamentarios & Notariũ, exponebat. bona & hrditatem, idest hrditaria bona. Scias tñ, ꝙ si copula ponatur inter duo, quorum vnum tanq̃ spẽs insit al-
53 teri tanq̃ gñri, † tunc censetur posita ad demonstrandũ, ꝙ illa spẽs est magis nota digna, q̃ cætere non expresse, arg. l. itẽ apud Labeonem, §. hoc edicto. ff. de iniur. Et ita probatur in euangelio, Dicite discipulis eius, & Petro; & in rub. C. de seru. & aqua. & in ca. cum longè, in ver. Hyspaniæ atque Galitiæ, 63. dist. Ter
54 tium signum colligitur ex ordine charitatis. † Nam si copula cadat inter personas, inter quas cadit ordo charitatis, tũc non seruat nãm copulatiuæ, idest non requirit concursum copulatorum, s'm Bar. & cõiter scriben. in l. Gallus, §. quidã rectè, ff. de libe. & posthu. & in l. pe. C. de impube. Alex. cons. 22, vol. 3. & 167. vo. 5. circa fi. Soc. cons. 49. col. j. & seq. lib. 1. Dec. cons. 95. col. 2. faciũt q̃ dicam in sequenti signo. Quartum signum colligitur ex
55 verisimili intentione disponentis, † s'm Ale. cons. 130. in fi. attẽtis verbis testamenti, lib. 2. vbi testõr mandauit partẽ hrditatis erogari puellis pauperib. maritandis, si ꝯtingeret hrdem suum mori sine masculis, & ex eo superesse fœminas, & sic sub duabus condõnibus copulatiuè. Decidit tñ, substõni locum esse, si hrs mortuus sit sine masculis, dato ꝙ ex eo non supersint filiæ fœminæ pp verisimilem intentionem disponentis. Adducit in simili tex. in l. si is, qui ducẽta, §. ita si pater, ff. de rebus du. vbi ex cõiecturata mente disiuncta resoluitur in coniunctam, sic ergo idem econtra dicendum vr. Facit quod dixi s. in præcedenti signo, & qd dixi in scda limitatione quartæ proprietatis, & qd j. subi, ciã. Et qa verba dẽnt seruire intẽtioni, ca. scdo. reqris de appel. nec dẽnt verba meliora sensu existere, l. 3. C. de lib. pter. ꝯstitũt. n. verba sub iugo mẽtis, tanq̃ sub originali, s'm Bal. in c. mandatum, j. eo. Quintum signum colligitur ex diuersita
56 te orõnũ. † Nã copula copulãs diuersas orationes non stat copulatiuè. sed continuatiuè, l. j. ff. de his, qui not. infa. l. 1. ff. de sica. tradit Bar. in d. l. 1. ff. de iust. & iure, & in d. l. si is, qui ducenta, § vtrum. Quod verum est, si orationes copulentur æquè principaliter, secus si per modum accidentis, seu ad qualificandum vnum & idem subiectum, tunc stat copulatiue, & requiritur concursus, d. l. si hrdi plures, ff. de condi. inst. Et ex isto signo colligitur ratio, quare copula posita inter orões perfectas non copulat vniformiter, seu non repetit qualitates pcedentes, vt probatur in l. qui fundum, ff. de cõtrahen. emp. Ea n. ratio est, quia non stat copulatiuè, s'm Bartol. in d. §. Caio. quod sequitur Soc. consi. 54. col. 5 lib. j. & cõsi. 22. Videbatur. & consi. 23. lib. 3. Cor. cons. 129. in fi. lib. 2. Sextum signum colligitur ex absurditate, quæ sequeretur, si staret copulatiuè, s'm Bartol. in l. Gallus,
57 §. ẽt † si parente, ff. de lib. & posth. Fel. hic, col. xv. Ale. consi. 119. col. j. lib. 1. & consi. 9. col. 2. lib. 2. & ꝯsi. 2. col. 3. lib. 3. Cur. cons. 45. colu. 2. Aliud signum colliges ex sequentibus. Alia poteris stu dendo colligere. ista pro nunc sufficiant. In iudicialibus copu-
58 la non requirit concursum copulatorum, † quando omnia ad effectum, de quo agitur, non sunt necessaria, s'm gl. Pan. & alios hic, ita intelligentes istum text. & text. in cap. exhibita, j. de iud. & in c. cum iam dudum, j. de præbẽ. Ratio diuersitatis inter iudicialia, & extraiudicialia, secundum Bald. hic, est; qa in extraiudicialibus actus recipit intellectum a voluntate disponentis, in iudicialibus verò recipit intellectum a dispositione iuris. Cum igitur ius copulatiuè non disponat, non erit necessarius copulatorum concursus. Et si dixeris ꝙ in tex. nostro rescriptum recipit intellectum a voluntate rescribentis. Respondent Mod. & bñ ꝙ in dubio Papa rescribẽdo vr se cõformare cũ dispõne iuris, vt dixi s. in rub. & rescripta recipiunt interpretationem a iure cõi. c. causã q. j. eo. l. ex facto, ff. de vul. & pup. Et in proposito, quòd nunquàm ꝓsumitur ꝙ Princeps velit grauare partem ad probandum non necessaria, secundum Pan. in cap. ex parte B. col. 2. per illum tex. j. de for. comp. Et ex hoc aliàs dicebam, ꝙ Princeps per hęc verba, si caua oti passim, & maximè in ciuitate Papiæ expendebantur, non videbatur voluisse arctare partem ad probandum, ꝙ alibi, q̃ in ciuitate Papiæ expenderẽtur, quia non erat necessarium. Ex hoc infert Pan. hic, quod deducens plura copulatiuè † in libello, supplicatione, vel in articulis,
59 non videtur se astringere ad probandum ea, quæ non sunt necessaria ad victoriam. sequitur Bal. in l. Fulci. §. cũ aũt. ff. ex quib. ca. in pos. ea. cum concor. copiosè adductis per Fely. hic, colum. 9. ver. fallit tertiò. Et vltra eum ita istum tex. intelligit Rot. dec. 68. Licet capitula, in nouis. Et idẽ est in impetratione. Nã si qs
60 impetrat beneficium tanq̃ vacãs p mortem. † & quouis modo vacet, sufficit probare vnum modum vacationis, s'm Rotam dec. 83. si impetrans, in nouis. quam allegat Felyn. hic, qui dicit istud verum, si probetur primus modus expressus, non si alius. Quia affirmandum primum modum vacationis, cæteros videt negare, allegando Rotam deci. præall. & Egid. Bellamer. in suis decisio. Sed tu considera, ꝙ ꝯria opinio quã tenuit Ant. de Bu. in d. c. exhibita, circa fi. vr verior, quia vt oẽs concedunt, copulatiua in casu isto resoluitur in disiunctam: disiuncta verò, seu
61 alternatiua, non magis affirmat vnam partem q̃ alteram, † immò rem in dubio ponit, l. prætor edixit, ff. de iniur. c. inter cæteras, j. eo. Ampliatur ẽt in reo, q se astrinxit ad probandum oĩa
62 copulata, † adhuc actore non probante dẽret absolui, s'm Pan. hic, per l. circa, ff. de proba. & cap. vni. vt ecclesiasti. benefic. & l. qui accusare, C. de edẽ. quod nota ad ampliationem regulę illorum iurium. Sed hic cadit dubitatio, ꝙ si actor probasset intentionem, & reus se astringeret ad probandum plures exceptiones, quarum vna sufficeret, an debeat absolui, si vnam tantum probaret. Pan. a contrario hic sensit, ꝙ non. Et ita tenet Basig. hic inferẽs, ꝙ si actor probauit mutuasse centũ, & reus se astrigat ad probandum solutionem & expssam liberationẽ, ꝙ & ipse reus probando solam solutionem deberet succumbere, quod non possem credere, quia locupletaretur actor cum aliena iactura contra l. nã hoc natura, ff. de condi. indeb. Et qa iudex ex officio põt absoluere reũ, quẽ videt absoluẽdũ, licẽt ipse nõ petat, s'm Bar. in l. si pactum, C. de transact. & in l. fi. §. pe. ff. de eo, p quẽ fac. erit. Et qa iudex dẽt ex officio repellere calũniosum actorẽ, licẽt pars nõ excipiat, s'm Inn. in c. j. de offic. vic. Amplia scdò, ẽt si libellans, vel articulãs iurauerit oĩa & singula vera esse, s'm glo. in ca. vt circa, & ibi Gem. de ele. in 6. Amplia etiam in sententia, in qua sufficiat vnã ex plurib. causis copulatiuè expssis veram esse, s'm Inno. in c. cum inter, de re iu. Pan. in c. j. col. 3.
63 eodem titu. de re iudic. Bal. in l. 2. §. ignominiæ, ff. de infam. Imo. in l. si is, ad quem, ff. de acq. hære. in l. si plagij, ff. de ver. ob. Et est gñalr verum, ꝙ si ad validitatem actus concurrant plures cãæ,
64 quarũ vna vera, reliquæ falsæ, sustinetur actus ex vera, † l. scio, ff. de appell. §. si plures, Inst. de excusa. tut. & §. si igitur omnes, & §. si tales, in Authen. vt cum de appellatio. cognosc. not. Iaf. in

authen.

authenti. non licet, C. de liberis præteritis. Facit regula §. affinitatis, Insti. de nupt. & c. ex tuarum, de authori. & vsu pallii limita, vt non procedat, qñ proponuntur plura, quorum vnum venit
65 vt accidens, seu qualitas ad aliud, † tunc oportet probare vtrūque s'm Pan. & alios *communiter*. hic, ꝑ tex. in c. licèt cãm, ꝟ. de ꝑba. & in cap. si ab eo. de elec in 6. l. habebat, ff. de insti. actio. cum concord. de quib. per Fely. & Mod. Rō vr̄ esse, quia qualitas ad actū, dicitur idē cū ipso actu: & actus qualificatus dr̄ vnus solus actus, s'm Bar. in l. Aurelius, §. idē q̄sijt, ff. de libe. lega. & iniuria qualificata, dr̄ vna sola iniuria, s'm Bart. in l. itē apud Labeonē, §. sed ꝙ dr̄, per illum tex. ff. de iniur. cum alijs authoritatibus, de quib. per Fely. hic, & in d c. licèt cãm, col. 21. Et vbi lex requirit
66 actum cū qualitate, nō sufficit probare actum, † nisi probetur qualitas, c. 1. de homicid. lib. 6. c. auditis. de præscript. l. 1. §. quod aūt, & ibi no. Bart. ff. ne quid in flumi. publi. & in l. Fulcinius, §. cū aūt, ff. ex quib. cau. in possess. ea. cum cōcord. de quib. per Ias. l. 1. §. in eū, ff. ne quis eum qui, & per Cur. late in cons. 74. col. 2. facit quod dicit Bart. in l. 1. §. si quis neget, col. 3. in fi. ff. quemadmo. testa. aper. de quo dicto plura scribit Fel. in c. cum Ioan. eremita, col. 17. de fide instr. & Cur. cons. 55. col. 4. Alex. consi. 107. colum. 3. lib. 1. & consi. 3. li. 2. & alibi sæpe. & Cæp. cons. 53. colū. pe. & 59. col. 6. & ꝯsi. 63. Esto ꝙ in actis. Quòd si formet inquisitio de insultu & vulnere illato in domo, necesse est probare qualitatem, videlicet ꝙ in domo sit factus insultus, alias etiam ꝙ probaret vulnus, dēt sequi absolutio. facit decisio Socy. cōsi. 256. Eleganter & subtiliter, col. 1. lib. 2. Possem de hoc implere plures chartas, sed consulto oīa omitto, vt faciamus debitum processum. Nā has cumulationes poterit quilibet facere. si in ocio noluerit marcescere. Adde tñ, ꝙ si reus simpliciter ꝯfiteat
67 delictū deductū cū qualitate, ꝙ adhuc nō poterit puniri, † qa nō cēsetur cōfiteri qualitatem, nisi ꝓbetur, vt colligit ex dictis Ioan. And. in rub. de accusa. & Signor. de Homod. consil. 10. In q. vertente, col. si. sentit Ro. consi. 167. Ant. accus. Poterit tamen iudex si velit, punire, s'm Deci. in c. at si clerici, col. 4. ꝟ. de iud. sic intelligentem Bal. tenentem ꝯrium in l. & si seuerior, C. de infa. & Ang. in l. denunciasse, §. quid tñ, ff. de adult. tenētes ꝯriū. Istam limitationem restringit Fel. decē modis, vt hic per eum. Circa primā restrictionem, vt non procedat in mādatis Prin-
68 cipiū, quia mādatū qualificatū † resoluit in duo, c. cū dilecti, de dolo & ꝯtu. l. Celsus, ff. de arbi. Adde, ꝙ istud pōt procedere, nisi qualitas opponat ad expirationem ꝑcepti, s'm Bald. in l. 1. col. 5. ver. extra q̄ro, C. de his, quæ pœna nomi. Item vr̄ ꝓcedere, qñ qualitas respicit vnum, & mādatū principale aliud. Secus si qualitas sit connexa cum mandato principali ad eundem finē, s'm Bal. in rub. s̄. eo. vbi Barb. col. pe. facit quod dicit Alc. in l. si mihi & tibi, § 1. in fi. ff. de lega. 1. & quod decidunt Bartol. & alij, in l. 1. §. nunciatio, ff. de noui oper. Circa scdam, vt non procedat
69 in qualitate, q̄ tacitè inest, † adde q̄ dicit idem Fely. in c. examinata, col. 3. ꝟ. de iud. & in c. 2. col. 2. ꝟ. de exceptio. Circa tertiā, vt
70 nō procedat qñ qualitas non est de substantia, † vel non alterat factū, vel non mutat spēm actionis, vel sit talis qualitas, sine qua ad agendū vel excipiendū fuisset admissus, qa talis pōt detrahi, l. in delictis, §. si detracta, ff. de noxal. ergo libellās seu articulās non videtur se astringere ad eam probandam. Considera q̄so, quia in d. §. si detracta, qualitas alterabat factum, & naturam actionis, & tñ conceditur detrastio. Si ergo vbi est licita detractio, non videretur quis se astringere ad probandum, sequeretur ꝙ decisio Cy. in l. 2. C. de proba. & Pan. in cap. examinata, colū. 3. de proba. & quem sequuntur Mod. hic, non esset vera, quia qualitas effusionis sanguinis licèt alteret factum, vr̄ posse detrahi, sicut detrahit qualitas sciētiæ, in d. §. si detracta. Sed nō credo ꝙ ꝯñtia Fel. dum vult, si qualitas pōt detrahi, ergo non vr̄ se astringere, sit vera. & ꝯrium probat text. in d. §. si detracta. Nam ibi, si qualitas scientiæ non detrahitur ea non probata, absoluetur dñs, ergo videbatur actor se astrinxisse ad eam pro-
71 bandam. Circa q̄ntam, nisi subiecta clausula, † saluo iure addendi & minuendi, quæ operatur vt non videatur quis copulatiuè loqui, nec se arctare, adde eundem Fel. in cap. inter dilectos, colum. 5. de fide instr. & in c. pastoralis, colum. 4. de except. & Practi. Papien. in forma libelli in actione reali, versic. saluo iure addendi. & dixi ēt de ista clausula in cap. cum M. Ferrariensis, s̄. de consti. ista etiam fallentia non vr̄ vera, vt aduertit Deci. & bñ, confunditur per tex. in d. §. si detracta. vbi si non detrahitur ꝑbanda est: sic & si præcesserit protestatio, si non minuatur, pro-
72 bāda erit. Circa sextam, nisi sit apposita clausula, † non se astringens. Adde Practi. Papien. vni s. in versicu. non se astringens. Ias. in d. l. 1. §. in eum, ff. ne quis eum, qui. Alex. consil. 61. lib. 2. Ias. Insti. de actio. §. 1. colum. 21. Istam etiam reprobat. Deci. qa ꝑtestatio non iuuat, vbi subest necessitas probandi, s'm Bal. in l. nō iō, in fi. C. de libe. cau. Sed tu r̄ndeas. ꝙ hic nulla subest necessitas iuris, quo casu protestatio non iuuaret, l. si alimenta, C. de nego. gest. sed a principio totum dependet a voluntate libellantis, vtrum velit libellare coniunctum, vel diuisim. Protestatio ergo, non se astringens, operabitur suum effectum. Adde, ꝙ ista clausula operatur alium effectum. De quo ꝑ Pan. in c. dilecti, col. fi. ꝟ. de iud. Vltra Fel. limitat Dec. nisi esset apposi-
73 ta clausula, † super quib. omnib. & singulis, petit ius & iustitiā. quia talis clausula est distributiua, s'm Bald. in l. 1. colum. pen. de proba. & Alex. consi. 120. lib. 1 cum alijs, de quib. hic per eum.
74 Et vltra eum idem dicendum vr̄, si sit apposita clausula, † Singula singulis congruè referendo, quæ est etiā distributiua, s'm Bal. in l. Stichum, qui meus erit, ff. de leg. 1. Et licèt Decius post Corne. consi. 127. Visa denunciatione, lib. 2. istam reprobet; Tñ si consideralis, quæ dixi in sexta limitatione Fel. poteris etiam istam saluare. Potes etiam vltra alios limitare, nisi esset apposi-
75 ta clausula, † Super quibus omnibus peto ius, & iustitiam ministrari coniunctim, diuisim, copulatiuè, & alternatiuè; de qua clausula per Ias. Insti. de actio. §. 1. col. 20. Vltimo posses limita-
76 re, nisi esset adiecta clausula, † Saluis alijs iuribus, actionibus, & defensionibus, quia talis clausula æquiparatur clausulæ, non se astringens, s'm Bald. in l. scire oportet, §. sufficit, ff. de excusa. tuto. Fely. in c. pastoralis, colum. 4. de exceptio. Gl. in ver. literas, vult ꝙ taciturnitas appellationis vitiet rescriptum. Adde text. ibi gl. in ver. nulla mentio, in cap. ex parte S. ꝟ. eodem. Dicam in c. super literis, vbi Fely. tangit, colum. 7. ꝟ. eodem. Gl. pen. opponit de c. vniuersa, 25. q. 2. r̄ndet glo. ꝙ aliud s'm leges, & aliud s'm canones. vult dicere, ꝙ dispositio c. vniuersa, est transumpta ꝑ Gratianum ex l. fina. C. de diuer. rescript. Et ideo non potest dici dispositio iuris canonici. Sed ꝯ istam solutionem insurgunt quam plures, quia illa lex est canonizata in d. ca. vniuersa, ergo erit dispositio iuris canonici, quia ea nostra facimus &c. & c. si apostolicæ, de præbēd. lib. 6. l. 2. C. de vete. iur. enucle. Ad istud respondetur dupliciter. Primo, ꝙ liber Decreti non est approbatus. Secundo, ꝙ Gratianus non habuit ptātē canonizandi legem contra canonicas sanctiones. Pro resolutione & veritate huius puncti, videndum est primo, an liber Decreti sit appro-
77 batus † pro libro iuris authentico. Pan. tenet ꝙ sic, & ego credo ꝙ dicat veritatem. Possem comprobare ex pluribus rationibus, quibus vtūtur communiter Doct. in præludijs feudorum, ad probandum quòd liber feudorum, est liber authenticus, allegabilis ad decisiones causarū, sicut alij libri iuris, sed his omissis videtur mihi de hoc esse casum in c. continebatur, in versic. cum in decretis, de desponsa. impube. Nec obstat solutio Fely. & Mod. ꝙ text. ille loquatur de decretis sanctorum Patrum, qa glo. ibi tenet, quod tex. se referat ad ca. si quis acceperit, 33. q. 1. & sic se refert ad librum decretorum, & debuissent isti Mod. allegare in quo loco sanctorum Patrum illud habeatur, cum glos. alleget canonem decretorum, in quo istud habetur. Adidem est text. in clemen. 1. ver. & subsequenter, de iureiur. ibi, secundum formam traditam in decretis, quæ incipit, Tibi Domino. Non obstat responsio Decij, quia ibi continetur approbatio specialis canonis, Tibi domino, 63. distin. vt in simili facit Papa de dictis Salomonis in c. 1. de præsumpt. quia replicatur, ꝙ Papa in d. c. 1. allegat librum Decretorum, & canonē in specie, & ideo tā librū q̄ canonē approbare cēset. Sed in ca. 1. Papa allegat vnum dictū Salomonis, & non librū. Tertio ego allego tex. in extrauagā. Io. 22. qa quorūdā, versi. & si quæritur ibi, Augustinus. cuius dictū insertū est in decretis, de ver. si. Nec dicas, ꝙ loquitur de decretis sanctorum Patrū, qa ꝯriū vult glo. ibi, q̄ allegat canonē, habet dñs, 12. q. 1. Et ꝯrium probat tex. in versi. insertum. si rectè aduertas ex istis apparet, ꝙ ꝯria opinio dicentiū, ꝙ non est approbatus, qa non hēt auctorem auctorizātē, non pōt defensari, qa hēt tot Pōtifices auctores, vt in iurib. pal legatis. Habet ēt cōem vsum, qa allegatur & legitur in scholis. Qui cōis vsus, sicut pōt facere, ꝙ credatur instrumentis absq; subscriptione & auctorizatione, s'm Pan. in c. cū dilectus, col. pen. ꝟ. de fide instr. Ita dēt posse facere, ꝙ vnus liber fidē faciat absq; auctore auctorizante. dicā ergo cū Bald. in ꝑludijs feudo. Desinant amodo latrare pertinaces, qa istud opus cōiter obseruatur. Scdo videndum est, an dicta Gratiani inserta in De-
78 cretis, ēt dicantur approbata. † nō insistēdo in verbis, *Communis*. sñia est, ꝙ nō, s'm Pan. & ēt cōiter Doc. hic Et dicta Gratiani reprobat gl. in summa, 13. dist. & in summa, 18. distin. & dicit gl. in c. Euphemiū, §. hinc colligitur, 2. q. 3. Fateor planè te mentitū Gratiane. Ex hoc sequūtur plura. Primo, ꝙ licèt rubr. aliorū li-
79 brorū iuris possint allegari, † vt no. gl. in proœmio 6. in ver. titulus, & Ias. plenè in rubr. Insti. de actio. Tñ rubr. Decreti nō poterūt, prima excepta, allegari qa fuerunt factæ ꝑ Gratianum nō habentē auctoritatem legis condendæ, s'm Spec. & Ioan. And. in titu de disputa. & allegat. §. fi. in fi. & Fel. hic. & ideo glo. in ca. absit, 50. dist. reprehendit Gratianum in suprascriptione illius capituli. Secundo infertur, quod leges, quas Gratianus inser-
80 uit in decretis, dicuntur simpliciter registratæ, † non canonizatæ nec approbatæ in foro canonico, & istud est quod voluit glo. hic, quam omne approbant, & glo. in cap. 1. de excep. Et si dixeris, quomo sciri poterit, ꝙ Gratianus inseruerit, vel cano-

nizatę dicantur a Pontificibus. rńdet Pan. hic, ꝙ lex dr̃ a Pontificibus canonizata, qñ in canone reperitur incorporata, vt in c. in primis, vbi glos. 2. q. 1. & est alia melior in capi. 1. in verb. tractatus, de reb. eccle. non alienan. lib. 6. & in cap. super eo. vbi Pan. & Fely. j. de testi. & Fel. hic, qui alia adducit, colum. 17. & in c. ecclesia sanctæ Mariæ, col. 15. de cōstit. Ias. in l. 1. col. 9. sequ. C. de sum. Trini. & fide catho. Tertio infertur, ꝙ confirmatio generalis facta de libro decreti, non se extendit ad dicta Gratiani, sed ad dicta Pontificum, & sanctorum Patrum. In dubio. n. con firmatio, quæ potest referri ad actum validum & ad inualidū,
31 intelligitur se ad validum referre, † sm Inno. & Io. And. in c. du dum, de deci. Felyn. latè in capit. cum inter, in ver. discussio, j. de excep. Ias. l. quanquam. C. de testa. mili. Et confirmatio generalis
32 lis nunquam trahitur ad reprobata specialiter, † sm gloss. in l. 1. §. fina. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. cum alijs adductis per Fely. in d. cap. ecclesia sanctæ Mariæ, col. 1. & in capit. ad nostram, colum. 2. de proba. & per Ias. in l. more, col. 61. ff. de iurisdic. om. iudi. Alex. consi. 59. col. 4. lib. 1. & 125. colum. 2. lib. 2. Tertio dubi
33 tatur, an decisiones Rotæ sint authenticæ, † & habeant vim legis. Gemi. in d. cap. duobus, col. 11. de rescrip. & in ca. neque, 11. dist. rńdet, ꝙ nō sequitur Fel. hic. Adde Gemi. consi. 94. col. 2. in fi. vbi dicit, quòd non tenemur eas sequi, si iure, aut bona ratio ne non fundantur. Ideo sentētia lata ꝯ decisionem Rotę valet, sm Car. & Fely. col. 2. in ca. pastoralis, j. de fide instr. Quarto du
34 bitatur, an regulæ Cancellariæ Apostolicæ † habeant vim legis generalis. Anch. cons. mihi 297. Efficacibus, & Car. consi. 96. Dico, ꝙ acceptatio, quos corruptè allegat Fel. hic, tenent ꝙ habeant vim legis in curia, non aūt extra curiam. Sequitur Ias. in l. 1. col. 5. ff. si cert. petat. Fely. in d. c. pastoralis, col. 2. inferens, qđ sententia lata extra curiam ꝯ regulas Cancellariæ, mero iure valet. Ego in facti contingentia rńdi, ꝙ regula Cancellariæ de
35 nō verisimili notitia, † habebit locū etiam in legato, & in quocunque ordinario, qa extracta fuit de corpore iuris cōis, videlicet ex ratione c. detestanda, de conces. præb. lib. 6. videlicet vt tollatur occasio alienæ mortis captandæ, & ne detur occasio delinquendi. Ad præmissas auctoritates rńdebam, ꝙ debent intelligi de regulis Cancellariæ extractis ab vsu, & consuetudi ne curiæ non de regulis extractis de corpore iuris, vel ex rōne naturali, qa illæ allegare debent generaliter omnes, sicut regulæ iuris cōis. Nec obstat. ꝙ quilibet ordinarius possit conferre bñficium sub conditione si vacet ignoranti vacationē, sm gl. & scrib. in c. 2. de elec. lib. 6. Lapum alleg. 6. Rotam deci. 111. in antiquis, quia fateor istud. Sed maxima est ratio diuersitatis, an conferatur beneficium sub ꝯditione si vacet, & conferatur purè & simpliciter tanꝗ vacet ꝑ mortē, cuius notitia est impossibilis, & non verisimilis. Primo casu nō pōt argui suspitio, qa impetrans, vel conferens fuerit conscius cōspirationis, vel tractatus facti in mortem alterius, quia conditionaliter loquens nihil ponit, l. si quis sub ꝯdōne dandorū decē, ff. si qs omis. cau. test. Et qa non cōfertur, tanꝗ magis vacet ꝑ mortē, ꝗ aliter. Sed scđo casu, impetrans ꝑsumit cōscius ꝯspirationis, seu tractatus in mortē alterius, seu captasse mortē alterius, cū aliter non sit verisimile ipsum habuisse notitiā mortis. Ideo habebit locū rńa facta ad tollendū votum captandæ mortis alienæ, vt supradixi.

SVMMARIVM.

1 *Filius est sacerdotis, ergo spurius, seu genitus in sacerdotio, nō valet cōsētia.*
2 *Bartolus, & Ioannes. And. tacitè fateri videntur se naturales.*
3 *Iason Maynus fuit ex serua natus, licèt ex patre nobilissimo.*
4 *Bastardi, prompti sunt ad omnia deteriora.*
5 *Ioannes Andreas licèt fuerit naturalis, fons tamen fuit, & tuba iuris.*
7 *Filius natus ex muliere, quæ contraxit matrimonium ignoranter cum sacerdote in faciem ecclesiæ, dicitur legitimus.*
8 *Filius natus ex muliere, quæ contraxit matrimonium cum sacerdote, quinque modis non fit spurius.*
13 *Filius natus ante sacerdotium, appellatur filius sacerdotis.*
14 *Filius natus ante, quàm pater esset Rex, an dicatur primogenitus Regis, ita quòd succedat in Regno, excluso nato post Regnum adeptum.*
15 *Qualitas adiecta verbo, a quo dispositio sumit effectum, sufficit talem qualitatem adesse tempore, quo dispositio sortitur effectum.*
16 *Filius sacerdotis non legitimus, est incapax beneficiorum, & idem in quolibet patiente defectum natalium.*
17 *Filius sacerdotis prohibetur promoueri ad beneficia, in quibus pater proximè ministrauit nume. 18.*
19 *Dignitate seculari, data paritate, is præfertur, qui non est de eadem domo, cuius erat prædecessor.*
20 *Filius sacerdotis legitimus, pt esse beneficiatus in eadē ecclesia simul cū p̄re.*
21 *Beneficium illicitè occupans, ab eo est remouendus.*
22 *Intrusus, & inuasor quis.*
23 *Intrusus retinendo beneficium, & fructus beneficii, furtum facit.*
24 *In alternatiuis, sufficit alteram partem veram esse. nu. 25.*
26 *Alternatiuæ dictiones, plures ꝓprietates hñt, vt ex decē not. seq. apparebit.*
37 *Alternatiua quando non potest seruare suas proprietates, tunc mutat naturam, & resoluitur in coniunctam, vel expositiuam.*
38 *Alternatiua, ꝙ suas proprietates seruare non possit, quibus coniecturis dignoscatur, nu 40. cum seq.*
59 *Alternatiuè pœnæ si imponantur, & verba dirigantur ad iudicem, electio erit iudicis. nu. seq.*
65 *Alternatiuè pœna imposita, si uerba dirigātur ad rem, electio est ipsius rei.*
66 *Consuetudo obligatoria, non inducitur in bis, quæ sunt meræ facultatis.*
67 *Alternatiuè imposita pœna, si uerba dirigātur in parte ad reum, in alia parte alternatiuè ad iudicem, electio erit ipsius rei.*
68 *Occupare verbum, sonat in malam partem.*
69 *In alternatiuis contractibus, electio est promissoris. Limitatur quadrupliciter vsque ad nu. 74.*
75 *Argumentum a simili valet.*

INter cæteras. ¶ Diuidit̃, & summatur. vt ꝑ Pano. Nota Primo, ꝙ nō est bona ꝯñtia, est fili⁹ sacerdotis, ergo spu
1 rius, seu genitus in sacerdotio; & clarius † probat in c. ad extirpādas, j. de filiis presbyte. & exemplo Ioannis And. vt ipse refert in rubrica, de filijs presby. in additio. Spec. Subdit tamen Abb. Ioan. ꝙ Andre. non aperuit ibi, vtrum fuerit de legitimo matrimonio natus, licèt dicat se natum ex laico, postea effecto sacerdote. Et dicunt Mod. ꝙ etiam Bart. usus fuit simili modo loquendi in l. quidam cum filium, ff. de ver. ob. ibi non aperuit utrum fuerit legitimus, uel ne. Et sic isti sentiunt, ꝙ Ioan. And. & Bart. tacitè fateri uideantur se
2 naturales. † Quod an uerum sit, non possum descernere. Vnū tantum scio, quòd maximam spem dederunt bastardis, quod debeant studere, quia ea via possunt sibi immortalitatis nomē comparere, ut fecit obseruantissimus præceptor meus, d. Ias.
3 † Maynus, ut accepi ex serua natus, licet ex patre nobilissimo, & ex familia de Mayno ex primarijs Mediola. Fuerunt & alii excellentes Iurecōsulti ex damnato coitu procreati, quorum nomina subticeo, ne videas tale uitium approbare. Nam, ut inquit text. in ca. si genus Anglorum, lvi. dist. bastardi prompti
4 sunt ad omnia deteriora, † non bello fortes, non in fide stabiles, nec in moribus continentes. Et quia Pan. detractat Ioan. Andr. ꝙ non aperuit se legitimū fuisse Adde, ꝙ quanquā fuis
5 set naturalis, † fons tamen fuit, & tuba iuris, scđm Ioan. Cald. eius filium adoptiuum in cap. vestra, de cohab. cler. & mulie. & sapientiam canonicam suis commentarijs locupletauit, adeo ut omnes commentatores superauerit, secundum Ioan. Calde. in prooe. Clemen. quod ex eo cognoscitur, ꝙ eius commentaria tanquam meliora fuerunt in corpore vj. & Clemen. inserta. Et inquit Lapus allegat. incip. Papa speciale, ꝙ Io. Andr. habuit mirabilem ingenij grauitatem, & quòd opiniones suæ procedunt ex fonte iuris. Et dicit Angel. in l. si certis annis. C. de pact. deferendum esse Ioan. Andr. quia est iuris speculum. Et ait Bal. in c. cum olim, de re iudic. ubi habeo opinionē. Ioan. And. nolo recedere a fundamento iuris. Et eum tubam. & fontem iuris canonici appellat Bal. cons. 126. reperitur, li. j. Eum tñ redarguunt Doc. quod dicta Oldr. sui præceptoris sibi appropriauerit, ut attestatur Cur. consi. 67. col. xij Redeundo ad propositum (transgredi. n. libuit propter honorem Ioan. Andr.) dico, ꝙ ista ꝯñtia falsa demonstratur ex toto ti. j. de biga. non ordi. Fortius dico, ꝙ non tenet ꝯñtia, est natus ex sacerdote, er
QVIBVS QVID NVPER ACCESSERIT, QVOD HACTENVS in cæteris prioribus editionibus desiderabatur, facilè studioso Lectori patebit, si maximam diligentiam tum in conferendis his nostris cum vetustissimis codicibus, tum vel maximè in castigandis grauissimis erroribus, quibus singulæ scatebant pagellæ, nunc adhibitam perpendat.

Communes item Doctorum sententiæ ab Authore passim citatæ non inutiliter curauimus, vt sub varia literarum figura cum hac nota ❧ demonstrentur.

VENETIIS, M. D. LXXXVI.

Annotatio Rubricarum, & Capitulorum, quæ in Secundo Libro Decretalium continentur.

De iudiciis extra. *Rubrica.* *fol.* 2.

Cap. De Quouultdeo. 8
Cap. Decernimus. 18

De causa possess. & proprie. extra. *Rubrica.* *fol.* 23.

Cap. Cum Ecclesia Sutrina. 25

De restitutione spoliatorum.

Cap. Sæpe. 31

Annotatio Capitulorum, quæ in Tractatu de Peste continentur.

Præludia pestis. fol. 39
De priuilegijs contractuum causa pestis. 38
De priuilegijs ultimarum uoluntatum causa pestis. 44
De priuilegijs iudiciorum causa pestis. 45
De remedijs præseruatiuis contra pestem. 48
De remedijs ad conseruandam ubertatem. 53
De remedijs ad curandam pestem. 60

IOANNIS FRANCISCI RIPÆ, A S. NAZARIO, IVRISCONSVLTI CLARISSIMI,

In secundum Decretalium Librum absolutissima Commentaria,

Nunc recens recognita, ac sedulò repurgata, incipiunt fœliciter.

ET IN PRIMIS SVPER QVOTIDIANO, ET PRACTICABILI TITVLO, extra de Iudicijs, cuius Rubricam legere incœpit cum maximo apparatu Auenione, die 9. Decembris. 1518.

SVMMARIVM.

1 *Libelli oblatio fit ante litem contestatam.*
2 *Libelli oblatio & competentia fori, quæ sequuntur citationem, non sunt præparatoria iudicij.*
Et libelli oblatio, quę fit iudici, præcedit citationem regulariter.
3 *Libelli oblatio & exceptio incompetentiæ sunt partes iudicij, & non præparatoria iudicij.*
4 *Iudicium ordinarium non consistit sine libello.*
5 *Continuatio an semper debeat fieri ad proxima.*
6 *Continuatio quid sit.*
7 *Et quando dicatur fieri ad proxima.*
8 *Continuatio potest fieri ad remota, quando tituli intermedij non sunt impertinentes.*
9 *Actio ad exhibendum est præparatoria rei uendicationis.*
10 *Actio ad exhibendum est præparatoria noxalis actionis, & actionis communi diuidundo.& familiæ erciscundæ quando competunt ad rem singularem mobilem.*
11 *Præparatoria non debent trahere ad se præparata, sed potius econtra.*
12 *Vxor propter adulterium perdit dotem, & bona paraphernalia.*
13 *Vxor an perdat dotē propter osculum luxuriosum, uel tactum mamillarum.*
14 *Adulterij præparatoria sunt uisus, alloquium, tactus, & osculum.*
15 *Extensio in pœnis non est licita.*
16 *Vidua committens stuprum non perdit dotem.*
17 *Vxor tenetur reddere debitum uiro de iure diuino.*
18 *Vxor perdit dotem propter introitum balneorum communium cum uiris.*
19 *Et etiam si ignorante marito accesserit ad conuiuia uirorum, uel ad theatra, & amphyteatra causa spectandi. nu. 20.*
21 *Vxor, si interdicta attentauerit, perdit dotem.*
22 *Vidua committens stuprum, minus peccat quàm maritata.*
23 *Maritus si inniteretur uxoris adulterio, & ad illud probandum deduceret osculum uel tactum, an deberet succumbere.*
24 *Consuetudo excusat a pœna temporali, etiam si sit iniqua, secus a pęna ęterna.*
25 *Maritus si ter denunciauerit alicui ne osculetur, uel alloquatur uxorem suā, si postea illum alloquentem inuenerit, impunè poterit interficere.*
26 *Clerici prohibentur intrare commune lauacrum cum mulieribus propter suspitionem.*
27 *Episcopus, qui est iudex causæ præparatoriæ habilitationis, an debeat etiam cognoscere de causa remissionis præparata.*
28 *Minus dignum cum magis digno coniunctum, aliquando ad se trahit magis dignum.*
29 *Habilitatio est duplex.*
30 *Testes dicuntur iudicium instrumenta.*
31 *Testes dicuntur instrumenta partium.*
32 *Iudex iudicare debet secundum leges, & secundum allegata & probata.*
33 *Contractus de iuregentium.*
34 *Iudicia de iure ciuili.*
35 *Nemo experitur sine actione.*
36 *Actio non est sine obligatione.*
37 *Iudicium quid sit, & nu. 38.*
39 *Indefinita an & quando æquipolleat uniuersali.*
40 *Diffinitio an sufficiat, quòd concludat a communiter contingentibus.*
41 *Iudicio inquisitionis interuenire debent tres personæ. & nu. 42.*
43 *Iudicium & causa quomodo differant.*
44 *Iudicium redditur in inuitum.*
45 *Iudicium propriè non dicitur ante litem contestatam.*
46 *Litis contestatio est caput & lapis angularis iudicij.*
47 *Iudicium ante litem contesta. dicitur inchoatum.*
48 *Actore cōtumace post citationē, pōt reus petere se absolui ab instātia iudicij.*
49 *Negari non debet quod est minus, cui quod plus est conceditur.*
50 *Iudicium dicitur a iudice.*
51 *Iudicium quotuplex sit.*
Et iudiciorum subdiuisiones, nu. 59. 87. 88. & 89.
52 *Iudicium ordinarium quomodo discernatur ab extraordinario, & nu. 53.*
54 *Iudicium inquisitionis an dicatur ordinarium uel extraordinarium.*
55 *In iudicio accusationis, ubi agitur ad pęnam citra relegationem, proceditur lite non contestata.*
56 *Iudicium inquisitionis cessat superueniente accusatore.*
57 *Onera a lege introducta dicuntur ordinaria.*
58 *Euangelica denunciatio est a lege introducta.*
59 *Onera extraordinaria quæ sint.*
60 *Iudicium super iurepatronatus an dicatur mixtum*
Et quare dicatur mixtum. nu. 67.
61 *Iuspatronatus an sit spirituale, uel temporale.*
62 *Iuspatronatus est concessum laicis de gratia.*
63 *Transactio in spiritualibus non est licita.*
64 *Simonia non cadit in temporalibus.*
65 *Simonia cadit super iurepatronatus.*
66 *Simonia cadit in iure sepulchrorum.*
68 *Iudicamus idem de re destinata ad actum, quod de ipso actu.*
69 *Patronus si præsentat secundum, & dicat se omnino recedere a præsentatione primi, non ualet secunda præsentatio.*
70 *Præsentato acquiritur actio ad expellendum intrusum.*
71 *Præsentato, quem episcopus distulit instituere, competit actio contra episcopum ad interesse.*
72 *Præsentatio non tribuit ius respectu tituli, sed ad rem, idest ad petendum se institui, bene acquirit ius.*
73 *Sponsalia per præsentationem contrahuntur de futuro, accedente consensu præsentati.*
74 *Spiritualia non possidentur a laicis, sed detinentur.*
75 *Ius semel effectum laicali, debet perpetuò durare laicali.*
76 *Præsentatio non spectat ad sequestrum detentatorem.*
77 *Ius præsentandi spectat ad possessorem, & quomodo hoc debeat intelligi.*
78 *Incorporalia non possunt possideri.*
79 *Iuspatronatus potest præscribi.*
80 *Iuspatronatus dicitur annexum.*
81 *Compromitti potest in laicum super iure patronatus.*
82 *Imperator potest legitimare naturales ad iuspatronatus. & nu. 83.*
84 *Imperator potest legitimare nemine citato.*
Et legitimare non potest ad emphyteusim ecclesiasticam. nu. 85.
86 *Successio non datur in spiritualibus.*
89 *Misericordia nunquam habet locum in iudicio conscientiæ.*
Et in eodem iudicio conscientiæ una & eadem persona est iudex, actor, reus, & testis.
90 *Iudicium super possessorio rei spiritualis, an dicatur spirituale.*
91 *Iudicium criminale quomodo discernatur a ciuili.*
92 *Iudicium criminale quod dicatur.*
Et iudicium quod dicatur.
Et iudicium ciuile quod sit. nu. 93. & 94.
95 *Bona occisi, cuius necem non uindicauit hæres in termino, applicantur fisco. num. 96. & seq.*
97 *Iudicium mixtum quid sit. & nu. 100.*
101 *Statuta loquentia de iudicio ciuili uel criminali, an habeant locum in iudicio mixto.*
102 *Pęna pecuniaria a lege propter delictum simpliciter imposita, an debeat applicari fisco, uel parti offensæ.*
103 *Pęna applicatur parti, ubi lex introducit accusationem.*
104 *Pęna applicatur fisco, ubi lex pro delicto imponit pęnam simpliciter, non introducendo actionem.*

De iudiciis. Rubrica.

IN Christi nomine. Circa hanc solennem Rub. de iud. sequendo vestigia. Pano. examinabo sex principales quæstiones, quibus expeditis remanebunt enucleata omnia dicta scribentium hic. Quæro igitur primò, quomodo continuetur hæc rubrica. Pano. respondet tribus modis. Primò sic, s. visum est de præparatorijs iudiciorum, nunc ad ipsa iudicia ueniendum est. Circa istam continuationem duo sunt discutienda. Primò, utrum sit iuridica. secundò, utrum aliquid possit inferri in practica. ¶ Circa primum mouentur quatuor difficultates. Prima difficultas: Libelli oblatio, & competentia fori, dicuntur præparatoria iudicij, probatur, quia omnia quę fiunt ante litem contestatam dicuntur præparatoria, secundum gl. in §. fi. in Auct. in med. lit.
1 non fi. fac. iuss. † Libelli autem oblatio fit ante litem contestatã auct. offeratur. C. de lit. contest. similiter competentia fori, cum sit dilatoria exceptio, discutitur ante lit. contest. c. inter monasterium, ĩ. de re iud. l. ita demum, C. de procu. ergo attenta ista continuatione tituli de libelli obl. & de for. comp. erant præmittendi huic titu. Respondent aliqui, quòd continuatio debet intelligi de preparatorijs largo modo, ut de procuratoribus de postulando, de sindicis, & non de preparatorijs necessarijs: & stricto modo, ut est libelli oblatio, & fori competentia. Ista solutio reprehenditur per Moder. ut hic per eos: mihi etiam non placet, quia præparatoria præmittuntur ad habendam maiorem intelligentiam eorum, quæ dicturi sumus, l. j. ff. si certum petatur l. fi. ff. de hær. inst. uerum præparatoria necessaria, & propriè, magis conferunt ad intelligentiam, ergo a fortiori erant præmit-
2 tenda, & sic solutio arg. non soluit. ¶ Secunda fuit solutio † Dec. quòd in isto titulo tractetur de iudicijs largè, prout iudicium incipit a citatione, §. fi. Insti. de pœna teme. liti. Et hoc modo intelligendo, libelli oblatio, & competentia fori, quæ sequuntur citationem, non poterunt dici præparatoria. ista solu. licèt colorata, non placet ex tribus. Primò, quia libelli oblatio, quæ fit iudici, præcedit citationem regulariter, ut tenet Bar. in rub. C. de in ius uoc. Et isto respectu solu. non benè adaptatur. Secundò, quia libelli oblatio potest fieri simul cum citatione etiam ipsi parti, ut declarat Pano. in cap. j. in 2. colum. infra de libel. obla. & isto casu falsum est dicere, quòd libelli oblatio sequatur citationem, ut dicitur in solutione. Tertiò, in isto titu. tractatur etiam de iud. propriè, ut est tex. in cap. quia V. in cap. exhibita. infra eodem, cum sim. ergo eodem modo erant præmittenda præparatoria iudicij propriè, sicut præparatoria iudicij largè. Quartò nouiter respondeo, negando, quòd libelli obligatio & exceptio incompetentiæ dicantur præparatoria iudicij. falsitas sic detegitur. Præparatio, & præparata differunt, sicut separata,
3 l. si pecuniam. §. j. ff. de conditio. ob caus. modo sic, † libelli obligatio & exceptio incompetentiæ sunt partes iudicij, quod sic
4 probatur. Illud † dicitur esse pars sine quo totum potest consistere. l. malum, ff. de uerbo. sign. sine libello autem non consistit iudicium ordinarium, cap. cum dilecti, infra, de emp. & uen. cap. j. de lib. obl. sine competentia iudicis non potest stare iudicium, toto titu. si a non compet. iud. & cap. at si clerici, infra eodem. ergo oblatio libelli, & exceptio incompetentiæ sunt partes, & non præparatoria iudicij. Ad argum. si dixeris, quòd iudicium incipit a litis contesta. ergo ea, quæ fiunt ante, dicuntur præparatoria. Respondeo esse aduertendum, quòd aliud est iudicium inchoatum, aliud iudicium formatum. a litis contesta. iudicium incipit habere formam, secundum Bald. in l. 2. §. similiquè modo, C. de Lat. liber. tol. & tunc dicitur formatum: tamen antea dicebatur iudicium inchoatum respectu originis & fundamenti. argu. l. stipulatio, §. opus, ff. de no. oper. nun. Et sic
5 remanet resoluta prima difficultas. ¶ Secunda † difficultas continuatio debet fieri ad proxima, l. 2. ff. de statu ho. sed ista fit a remotis, uidelicet ad titulum de procu. & de postu. ergo malè. Solu. est duplex. Prima, quòd in principijs librorum continuatio toleratur a remotis, secundùm glo. singu. in rub. ff. de cond. fur. Istam solutionem damnat Dec. quia licèt in principijs librorũ non sit necessaria continuatio, tamen si fiat, debet congruo modo fieri. Tu salua istam continuationem data communi *sententia*, quòd in principijs librorum non sit necessaria continuatio, quod ego credo uerum, quando liber continet diuersam,
6 & distinctam materiam ab alio libro, ut in isto libro. Nam † continuatio nihil aliud est, quam actus successiuus ad perfectionem eiusdem materiæ tendens, l. continuus, in princ. ff. de uerb. obligat. & suadetur ex ui uerbi. unde in ista rubrica tractante diuersam & distinctam materiam a lib. præceden. non potest
7 fieri continuatio eiusdem materiæ. † Sed benè sub ordinatio materiæ ad materiam, & libri ad librum, & isto respectu dicitur ad proxima. Item dato quòd fieret continuatio, ubi non est opus, propter hoc non refert quomodo fiet propter regulam. l. j. C. de rei uxo. act. & per glo. Inst. de lib. in uer. in transitu, in §. ser
8 ui uerò. ¶ † Secunda fuit solutio, quòd continuatio potest fieri ad remota, quando tituli intermedij non sunt impertinentes, allegatur l. j. ff. si tab. test. nul. exta. & Insti. de leg. in princ. quæ iura non probant, quia loquuntur de subordinatione materiæ ad materiam, quæ subordinatio bene potest fieri ad remota, l. 2. §. quartus, C. de ue. iur. enuc. Tu ergo alleg. tex. in l. duos reos, §. fina. ff. de duo. re. per quem traditur regula, quòd medium non impertinens non impedit extrema coniũgi. Hanc etiam solutionem damnat Dec. quia titu. de in integ. restit. & de arb. continent materiam penitus alienam a preparatorijs iudiciorum. Tu uerò salua, & dicas, quòd tituli supradicti continent materiam præparatoriam includendi, uel excludendi iudicia, ut declarat Barto. in rub. C de pact. & d. Anto. de But. hic. & præsertim restitutio in integrum principaliter intentata dicitur præparatoria futuri iudicij, secundùm Bart. in l. qui proprio, §. item
9 quæritur, ff. de procu. ¶ Tertia † difficultas mouetur, quia Iuristę in Digest. & in Cod. postposuerunt titulum ad exhibendum, ti. de rei uend. & tamen actio ad exhibendum est præparatoria rei uendi. l. j. ff. ad exhiben. l. ad rem mobilem. ff. de procu. ergo falsum est, quòd præparatoria debeant præmitti. Istam difficultatem mouet Doctor meus Dominus Ias. in rub. C. de edend. & sibi ascribit, licèt sit originalis difficultas Dominus Anto. de Ale. ibi, cuius dicta ut plurimum sibi appropriat Doctor meus. ¶ Circa istam distinct. aduerte ad quatuor. Primò inquantum Dec. saluat ordinem Digesto. & Cod. ea ratione, quia actio ad exhiben. non solum datur ex causa rei uendicationis, quo casu debuisset ista actio ad exhibendum præmitti, sed etiam datur ex pluribus alijs titulis, quorum respectu fuit postposita. ista solu. non satisfacit ex duobus. Primò, potentissima causa, & quæ magis sit in usu, quare fuerit inuenta actio ad exhibendum, est causa rei uendicationis, l. j. ff. ad exhib. ergo ista causa tanquam potior debebat præponderare, & operari quòd eius respectu, potius quàm aliarum causarum, ista actio ad exhibendum de-
10 buerit pręmitti. ¶ † Secundò actio ad exhibendum est etiam præparatoria noxalis actionis & actionis communi diuidun. & familiæ ercisun. quando competunt ad rem singularem mobilem, l. 3. §. si quis noxali, & §. sciendum, ff. ad exhibend. & tamen titulus de noxal. communi diuidun. fam. erciscund. anteponitur. siue ergo habeas respectum ad causam rei uend. siue ad plures alias, omni respectu actio ad exhibendum tanquàm præparatoria debet præmitti. ¶ Tertiò aduerte inquantum Deci. secundò soluit, quòd licèt iste ordo, quòd præparatoria sint præmittenda, sit probabilis, tamen præposteratio non uitiat. l. præposteri, C. de testam. ista solu. comprobat difficultatem. probo, ita se habet oppositum in opposito, sicut propositum in proposito, c. cognoscentes, s. de consti. l. fi. §. si filius, de leg. 3. ergo si ordo est probabilis, non seruare istum ordinem erit improbabile, & sic ista solutio uult, ꝙ improbè Rub. ad exhiben. fuerit situata. Quartò & ultimò aduerte, ꝙ noua ratione potest seruari ordo Digest. & Cod. ut dicamus, quòd Rub. de rei uend. fuerit anteposita rub. ad exhiben. quia secundùm ordinem naturæ prius sunt in esse simplicia, quam mixta. est doct. Pan. in cap. j. in 4. col. supra de summa Trin. & fide catho. sed rei uend. est actio simpliciter realis, §. j. Inst. de act. actio uerò ad exhibendum est personalis in rem scripta. l. 3. §. est autem personalis hæc actio, cum gl. ff. ad exhiben. Item nunquam competit actio ad exhibendum, nisi prius competat actio realis, dicta l. 3. §. Pomponius ait, & §. est autem. meritò rei uend. tanquam simplex, & tanquam præcedens fuit anteposita actioni ad exhibendum mixtæ, siue in rem scriptæ. Et si subtilis dicas, attenta ista ratione actiones personales simpliciter erant etiam præmittendæ, & tamen contrarium seruatur. Respondeo, quòd actio ad exhibendum fuit posita post reales, non etiam post personales, quia realibus tantũ
11 deseruit, d. §. Pomponius ait. ¶ † Quarta difficultas mouetur, quia præparatoria non debent trahere ad se præparata, sed potius econtra, l. quod per manus, ff. de iure codi. l. prædijs, de leg. 3. cum si. huic difficultati respondetur, ꝙ non est bona consequẽtia. Visum est de præparatorijs, ergo uidendum est de pręparatis ergo pręparatoria trahunt pręparata. Do instantiam, siue exemplum, uisum fuit custodiam Reuer. Do. præcedere, ergo custodia trahit dominum, non tenet consequentia, & ex hoc patet resolutio argumenti facti per Dec. hic contra istam solutionem.
12 ¶ † Circa secundum, uidelicet circa practicam, ista continuatio inducitur ad duas quæstiones. primò scitis, ꝙ uxor propter adulterium perdit dotem, c. plerunque, ĩ. de don. inter uir. & uxor. ubi gl. sing. plus dicit, ꝙ perdit bona paraphernalia, & l. consensu, C. de repud. patiturque uarias dotalium pœnas, de quibus in auct. sed hodie, C. de adul. & per Rom. in no. suo 148. post singu. incip. Nos sumus in materia, nunquid pari modo perdat dotem
13 & incurrat prædictas † pœnas propter osculum luxuriosum, uel tactum mamillarum. Istam dubitationem mouet Bal. in c. tuę, s. de proc, & determinat ꝙ sic. mouetur per tex. in c. j. §. j. quib. mo.

feu.

feu. amit. in usibus feudo. pro ista decisio. facit præsens continuatio, nam osculum & tactus sunt preparatoria adulterij, iuxta illud,

14 †*Visus, & alloquium, tactus, post oscula factum.*
ita dicit gl. per illum tex. in l. quod ait, in princ. ff. de adult. & est tex. in c. nec aliqua, 27. quæst. j. ubi glo. dicit ex istis præparatorijs præsumi adulterium: contrariam opin. tenet Dec. hic, & Doctor meus in l. 2. in prin. ff. solu. matrim. pro ista parte adducitur pri-
15 mò tale fundamentum. † in pœnis non est licita extensio, regu. odia, de regu. iur. in 6. Secundò nunquam iudex debet imponere pœnam priuationis iuris sui alicui delinquenti, nisi expresso iure caueatur, allega. glos. uulga. in c. fi. infra de iurepa. sed text. est clarus in c. inuentum, 16. q. ult. & in §. optimum, in Auct. de non eligen. secu. nub. sed nullo iure cauetur, quòd uxor propter osculum, uel tactum debeat perdere dotem, ergo &c. Ista sunt scripta Doct. Vltra scribentes pro ista parte adduco in primis decisionem Alexan. in l. sororem, C. de his quibus ut indig. ubi dicit ꝙ l. consensu, & cap. plerunque, non habent locum in uidua
16 committente stuprum, † quia in pœnis non fit extensio. cum ergo loquantur illa iura in adulterio uero, non habebunt locum in uxore tantum deosculante, uel patiente tactum. & sic in adulterio præsumpto. Secundò ex probationibus præsumptiuis non debet uxor priuari dote, tex. est in §. si de adulterio, in uerbo, uera esse ostendatur, in Auc. ut lic. ma. & auiæ. per quem tex. ita decidit Bald. consi. 221. incip. Nam quandoque. in 2. parte. & Ancha. consilio 48. incip. Probata tanti uiri sæuitia. ergo leges loquentes in adulterio uero, non habebunt locum in adulterio præsumpto propter osculum, & tactum. Quid tenendum? ego teneo opinio. Bald. pro qua allego in primis auctoritatem Fely. in cap. præterea, colum. fin. infra de testam. Secundò stringo tex. in d. c. 2. §. j. alleg. per Bald. inducendo a fortiori. uxor est magis astricta seruare honestatem marito, quàm sit uasallus domino.
17 probatur, uxor ad hoc tenetur de iure diuino † secundum glo. in l. 2. §. sed si non propter, ff. si quis cau. & quantum ad hoc uxor dicitur serua mariti, cap. hæc imago, c. manifestum, 33. quæst. 5. Si ergo uasallus minus astrictus propter solum osculum, uel tactum mamillarum dominę suæ, perdit feudum, cur non idem
18 dicamus in uxore ut perdat dotem? † Tertiò, quòd debeat uxor perdere dotem, adduco tex. in l. fin. C. de repud. ubi propter introitum balneorum communium cum uiris, uxor perdit dotem, ergo pari modo propter tactum, & osculum, quæ sunt ma-
19 gis prop inqua adulterio. ¶ † Quartò induco tex. in d. l. consensu, dupliciter. Primò sic dr, quod si uxor ignorante, uel inuito marito, accesserit ad conuiuia uirorum, ad theatra, uel amphyteatra spectandi gratia, quòd perdit dotem, ergo arg. a maiorita te rationis, si libidinis causa passa fuerit pertrectationem mamillarum, uel osculum luxuriosum, debet perdere dotem. Confirmo istas inductiones, quia dispositio §. iustas uerò causas, ĩ Auc.
20 ut cum de appel. cog. recipit extensionem a simili, uel maiori † ratione. Ista est *communis* opin. Alex. & Mod. in auc. non licet, C. de liber. præter. ¶ † Secundò inducitur sic: dicitur ibi, quòd si uxor
21 interdicta attentauerit, perdat dotem: sed osculum & tactus sũt in terdicta, ut est tex. in d. l. quod ait, in princip. ff. de adul. & in d. c. nec aliqua, 27. q. j. ego ibi est casus pro ista parte. Non obstat modo contraria, primò non obstat decisi. Alex. in d. l. sororem, quia eam impugnat Pau. de Cast. ibi, & in l. fideicommissum, C. de fideicom. & in consi. 121. incip. Reuocatur in dubium, secundum antiquam impressionem. & consi. 157. in 2. parte, secun-
22 dum nouam impressionem. ¶ † Secundò, posito quòd esset uera illa decisio Alex. non tamen seruit in proposito, eo quia diuersa est ratio in uidua committente stuprum, a maritata committente adulterium: habet enim maritata unde iuridicè libidinem satiet, quod non habet uidua, ergo uidua minus peccat, argumen. gloss. in can. finali 14. questio ulti. præterea uidua est, minus astricta uiduali thoro, quia potest illud deserere, secus in maritata, l. j. C. de secundis nuptijs. Non obstat secundò, quòd in pœnis non fiat extensio, quia respondetur primò, quòd ex maioritate rationis secundum magis communem sententiam licita est extensio etiam in pœnalibus, secundum Pan. in c. fin. supra de rescrip. & late per Fely. in proœ. Gregor. in uerbo Gregorius. & per Ias. in l. fin. ff. de in ius uoc. ¶ Secundò hic non fit extensio, sed est casus expressus in d. l. consensu, ut supra induxi. Ad ultimum, quòd non sit ex præsumpta probatione uxor dote priuanda, respondeo faciendo assumptum, unde dico, quòd
23 si maritus inniteretur adulterio, † & ad illud probandum deduceret osculum, uel tactum, deberet succumbere: sed ego teneo, quòd ex solo osculo, uel tactu priuetur. fit ergo cautus maritus quomodo libellum instituat. Declaro modo, & tempore rigorem huius decisionis, ut procedat quando uxor libidinis causa se patitur osculari, uel tangi, uel manicular, secus si charitatiuè amicitiæ causa deoscularetur extraneum uirum, l. fin. ibi, libidi-
24 nis causa, C. de repud. ¶ † Secundò declaro, ut non procedat in locis, ubi est contraria consuetudo. Ratio, quia consuetudo excusat a pœna temporali, etiam quòd sit iniqua consuetudo. gl. & ibi Pano. in cap. cum uenerabilis, supra, de consuetu. non tamen excusat à pœna æterna, ut est glo. in c. denique 4. distin. de qua latè scribit Fely. in c. non satis, infra de simo. & dominus Iason in l. de quibus, colum. 2. ff. de leg. & in l. singularia, columna
25 antepe. & seq. ff. si cer. petatur. ¶ Vnum † tamen notate, quòd si maritus denunciaret trina denunciatione alicui, ne oscularetur, uel alloqueretur uxorem suam, si postea illum alloquentem inueniat cum uxore, poterit impunè interficere. tex. est in
26 auc. si quis ei, & in corpore unde sumitur, C. de adul. ¶ † Tertiò, restringe istam decisionem, ut non procedat in clericis. ita uisa est tenere glo. in cap. absit, 11. quæstio. 2. sed credo, quòd istud non sit uerum, per tex. in can. oportet, 81. distinc. ibi, clerici propter suspicionem cur ergo non prohibebuntur tangere mamillas & osculari, & illam gloss. etiam damnat Bald. & ibi Mod. in l. neque natales, C. de probat. & Ang. de Aret. in tract. maleficiorum, in uerbo, che me hai adulterato la mia donna. ¶ Vltimò intellige procedere marito pariter seruante honestatem, secus. si maritus pari modo deoscularetur alienas uxores, tunc mutua delicta pari compensatione tolluntur, tex. est in c. intelleximus, infra de adul. & in l. uiro atque uxore, ff. soluto matrimo. facit l. in arenam, C. de inofficio. test. ubi glo. dicit, nihil dolosus doloso, nihil Catilina Cethego.

27 ¶ † Inducitur ista continuatio ad q. Titius prætendens se læsum ex contracto iurato, petit habilitationem iuramenti ab Episcopo, iuxta tex. in c. primo, & in c. debitores, ĩ. de iureiu. Modò dubitatur, utrum Episcopus, qui est iudex huius causæ præparatoriæ habilitationis, debeat etiã cognoscere de causa rescissionis præparata. Istam dubitationem mouet Bald. in l. ordinarij, C. de rei uend. & determinat, quòd sic, per illum textum. benè facit pro ista decisione præsens continuatio. idem tenent Mod. in l. quoties, C. de rei uend. idem tenet Alex. in uarijs consilijs adductis per Mod. hic. Adde, quòd idem tenet Felyn. qui plura alia adducit, in c. cum sit generale. in 4. colum. infra de foro cõpeten. & in c. primo, colum. 10. infra de iureiuran. & ista est *communis* opinio secundum eundem Fel. in c. præterea, in 11. colum. infra de spon. Contrariam opin. tenent Pau. de Cast. in d. l. ordinarij, & Dec. hic. pro ista parte contra communem adducitur primò. accessorium tanquam minus dignum non debet trahere ad se principale, ut dixi supra in continuatione: sed causa habilitationis præparatoria est accessoria & minus digna, ergo nõ debet trahere causam præparatam magis dignam ad se, sed po-
28 tius dicendum esset contrarium. ¶ † Huic difficultati respondet Dec. quòd aliquando minus dignum coniunctum cum magis digno trahit ad se magis dignum, §. si tamen alienam, Inst. de rerum diui. Ista solutio comprobatur argum. quia tex. in d. §. si tamen alienam, procedit quando magis dignum coniungitur accessoriè, tunc cedit minus digno: ergo in proposito siue dicamus, quòd causa absolutionis a iuramento sit magis digna, siue minus digna, tamen semper erit præparatoria & accessoria, & consequenter debet cedere causæ præparatæ. comprobatur, q̃a finis tanquam dignior trahit ad se omnia, quæ tendunt ad finem, l. & si non sint, §. perueniamus, ff. de auro & argento legato. ¶ Secuudò pro ista parte allegat Dec. tex. in l. prima, C. ad exhiben. Tertiò ego etiam pondero pro ista parte tex. in l. 2. §. sed & si dubitetur, ff. de iud. ubi iudex, qui cognoscit de hoc articulo, an competat ius reuocandi domum, compellet legatum cauere de iudicio sisti coram iudice domicilij, & tamen si causa præparatoria traheret causam præparatam, compelleret legatum cauere de iudicio sisti coram eo. Et tenendo istam partem non obstat l. ordinarij, cum sim. quia in his iuribus iudex causæ preparatoriæ erat etiam competens causæ præparatæ. in casu autem nostro iudex ecclesiasticus inter laicos non est competens in causa præparatæ, c. cum sit generale, infra. de foro competen. Quid tenendum? ego teneo communem sententiam cum una restrictione. pro cuius ueritate habenda est uidendum an dispositio c. fin. de foro competen. libro 6. quæ uult, quòd iuramentum addat forum foro, procedat etiam si agatur ad rescissionem contractus. Dec. hic tenet, quod non, per text. in l. secunda, & quod ibi no. Bald. C. ubi & apud quos. contrarium credo uerius per tex. in dicto c. fin. in uer. cognitio causæ. ubi dicitur, quòd iuramentum addit forum foro, non ut cognoscatur de iuramento tantum, an sit licitum, uel illicitum, sed etiam, ut cognoscatur de causa, quæ est contractus, super quo fuit iuratum, an sit obseruandus, uel ne. & ita illum textum ponderat Bellamera ibi in 3. quæstione. Et si dixeris concessa habilitatione sublati sunt effectus iuramenti. argum. c. cessante, de appel. Respon
26 deo, quòd † duplex est habilitatio. quædam plenaria, per quam declaratur iuramentum illicitum, & propterea absoluitur iurans. isto casu fateor, quòd non cognoscetur amplius de causa præparata per eundem episcopum, quia functus est officio suo, l. iudex postea quàm, ff. de re iudic. Secunda habilitatio est ad finem agendi, & ista non tollit effectus iuramenti, secundum Panormi. in c. primo, & ibi Felyn. colum. 7. infra de iureiuran. & in istis terminis procedit decisio Bal. & communis ratio. quia cum

sit episcopus competens iudex ratione iuramenti in causa tam præparatoria,quàm præparata, incipiendo cognoscere de causa præparatoria præoccupat iurisdictionem etiam in causa præparata,c.ex tenore,supra de rescrip.l.ubi cœptum,ff.de iud.non obstant contraria. Primò non obstat argumentum, quod minus dignum &c. quia in materia præoccupationis non consideratur ista dignitas, cum præsupponatur competentia, probatur in d.l.ordinarij, sic inducendo: causa petitorij est dignior, quàm sic causa possessorij,l.prima,& ibi not. C.si de mom.poss. fue.app.& tamen iudex,qui incœpit cognoscere de possessorio, præoccupat iurisdictionem etiam in petitorio, d.l.ordinarij.Ad l.j.C.ad exhiben.respondeo primò, quòd non probat per necesse, ex eo,quòd illa uerba, apud iudicem,possunt intelligi etiam de iudice,qui cognouit de exhibitione. Secundò respondeo, ꝙ ibi iudex causę præparatoriæ ad exhibendum erat incompetens in causa rei uendicationis præparata, quia ibi agebatur ad rem mobilem. quo casu iudex rei exhibitæ non est competens, sed est iudex domicilij, secundum glo.in l.fin. C. ubi in rem act. Ad tex.per me alleg.in dicto §. sed & si dubitetur,respondeo, quòd causa præparatoria ibi erat præiudicialis causæ præparatæ. Ex istis remanet defensata communis, quàm puto non procedere ubi iudex secularis ante petitam habilitationem incœpisset cognoscere de causa præparata. ratio, quia tunc fundamentum præoccupationis retorqueretur contra episcopum. Et sic remanet expedita prima continuatio. ¶ Circa secundam continuationem aduerte, quia uidetur defectiua. Nam ista continuatio non adaptatur ad tit.de pac. & de transi. ideo si uis facere perfectam continuationem ad omnes titulos præcedentes,suppleas, ut hic per Dom.Anto.de But.Item,uisum est de quibusdam prę iudijs ad iudicia excludenda,¶ Secundò aduerte,quia non uidetur fieri ad proxima, uidelicet ad tit. de arbi. quia arbitri nullam habent iurisdictionem,glo.in l. notionem, ff. de uerborum signifi.Solu.illa uerba Pan.& potestatem iudicandi,tollunt contrarium,quia arbitri etiam iudicant,c.a iudicibus,secunda,quæ-
30 stione sexta,l.diem proferre,§.stari, ff.de arbi. ¶† Tertiò aduerte,quia attenta ista continuatione,etiam titu.de testi. & de fide instrum.erant præmittendi, quia dicuntur etiam testes instrumenta iudiciorum,c.contingit,infra de fide instrum.Solu.Pan.
31 loquitur de instrumentis iudicum, † sed testes dicuntur instrumenta partium,& similiter aliæ probationes.tex. est in l.prima, C.de eden.Nec obstat si dixeris,probationes fiunt iudici,l. quinquaginta,ff.de probat. ergo sunt instrumenta iudicum,quia respondeo,quòd ista non est bona consequentia: probatur,libelli oblatio fit iudici,ut dixi supra,& tamen non sequitur,quòd libelli oblatio sit instrumentum iudicis, sed benè dicitur instrumentum partis, super quo iudex iudicat mediantibus legibus.
32 ¶† Alio modo soluit Basig. quòd Pan. loquitur de instrumentis,quibus iudices iudicant ex necessitate,oppositio uerò loquitur de testibus, quibus iudices non tenentur cedere. l. tertia,ff. de testib.ista responsio nihil ualet, quia sicut iudex tenetur iudicare secundum leges, c.cum æterni,de re iudi. libro sexto,c.j. supra,de consti.ita tenetur iudicare secundum acta & probata, l.illicitas,§.ueritas,ff.de offi.præsi.Non obst.l.3.quia uerum est, quòd iudex non tenetur credere testibus subsistente causa, secundùm Barto.in l.Lucius,ff.de infam. eodem modo non tenetur ex causa sequi leges,l.ad bestias,ff.de pœn.& est singulare dictum Inno.in dicto c.primo, & ibi Felyn. latè, supra de constit. ¶Tertia fuit continuatio Pan.Supra.uisum est de arbi. &c.Istā cōtinuationem impugnat Barba.hic,quia exemplar debet pręcedere exemplatum,l.in testamento,ff.de conditio.& demonst. Istam continuationem nititur saluare Dec.sed nihil est.& contra stringo nouiter aliud fundamentum. Nam attenta ista continuatione,quia supra tractatur de arbi.erat uidendum de iudicibus,& non de iudiciis,&tamen tractatus de iudicibus antepo nitur. Ego autem nouiter continuo sic, Viso de iudicibus tam ordinarijs,quam legatis,ut in titu.de rescrip.de elect.de offi. deleg.de off.ord.& similibus,fuit conueniens uidere de his,quæ iudicibus assimilantur. Et ideo positus fuit titulus de arbitr. Et uiso plenè tractatu iudicum,& eorum qui iudicibus assimilantur congruum fuit uidere de iudiciis.Vltimò uidetur,quòd ista rub. sit malè situata, & quòd tituli tractantes de contractibus, & de delictis debuerunt anteponi, quia contractus sunt de iure gentium,l.ex hoc iure,ff.de iust.& iur.Iudicia uerò sunt de iure ciui
33 li,†l.2.§.deinde,ff.de orig.iur.ergo contractus præferendi, §.sin
34 gulorum,Inst.de rerum diui.¶ Secundò,quia causa debet†præcedere causatum,l.3.§.ex pluribus,ff.de acquiren.pos.Nam causa est,ad cuius esse sequitur aliud,secundùm Bar.in l.ubicunque colum.2.ff.de interrog,act.tunc sic sine actione nemo experitur
35 †l.si pupilli,§.uideamus,ff.de nego.gest. Actio autem non est si
36 ne obligatione,† & obligatio sine contractu, uel quasi, delicto, uel quasi,Insti.de obl.quæ ex contra.uel quasi,&c.Ergo contractus, & delicta sunt causa iudiciorum, per regulam uulgatam, quicquid est causa causæ, est causa causati, l.manumissiones. ff. de iusti.& iu.Cogita, quia consideratis diuersis respectibus po-

37 terit situatio tolerari.¶†Secundò quæro,quid sit iudicium.Respōdet Pan.ꝙ potest quatuor modis diffiniri, ex cuius dictis collige octo conclusiones.Prima conclusio,iudicium est nomen ęquiuocum,habens plura significata, quæ significata enumerat Pan.plura alia referunt Moder. Tu adde quatuor. primò adde gl.super rub.in eod.titu.extrauag.communibus,quæ enumerat 15.significata.Secundò adde ad cōclusionem alias significationes.aliquando etiam sumitur pro contractu, l.iurisgentium,§. quinimò,& ibi glo.ff.de pact. aliquando pro ipsa litis contestatione,secundum gl.in l.cum fundus,in prin.ff.si cer.pet.Aliquā do sumitur pro causa,secūdum Pan.in c.at si clerici,in prin.col. 2.J. eod. ita intelliges text.in c. nulli, 2. q. j. Tertiò inquantum Mod.dicunt,ꝙ etiam exponitur pro sententia,adde tex.in l.j. ff. si ex noxa cau.aga. per quem Gemin.in c.pia,§.fi.de excep. lib.6. decidit,ꝙ procurator constitutus ad iudicia, etiam intelligitur constitutus ad sententiam.Quartò & ultimò adde,quod Pano. uidetur sibi contrarius. primò dicit,quòd uult diffinire iudiciū prout sumitur pro instantia causæ discutiendæ, & sic in futurū: postea dicit,quòd iudicium est discussio de præsenti. Dec. hic nititur saluare Panor. ut hic per eum.tu uerò salua aliter,& dicas quòd illud uerbum,& partibus eius,tollit contrarietatem, iun-
38 cta doctrina Barto.in l.2.ff. de fur.ubi ponit partes iudicij.¶†Secunda sit conclusio, iudicium est actus trium personarum in iudicio contendentium,secundum Summistas. ista diffinitio *communiter* approbatur.Ego autem arguo cōtra quodlibet uerbum ipsius.primò non uidetur uera, dum dicitur ꝙ est actus in singulari, quia unicus actus tantùm non facit iudicium, c.quoniam contra falsam, J.de prob.Sol.istud nomen, actus, ponitur indefi
39 nitè,quæ†indefinita ęquipollet uniuersali,c.quia circa, J. de priui.l.si pluribus,ff.de leg.2. ista solutio non uidetur uera.quia indefinita æquipollet uniuersali duobus modis, uel distributiuè, uel collectiuè,secundùm Bar.in d.l.si pluribus,col.fi.distributiuè non hic, quia distribuendo actus iudiciales partim reo, partim actori,partim iudici,non erit uerum ꝙ sit iudicium. collectiuè non,quia sequeretur, ꝙ si reus esset semper contumax, quòd non esset iudicium. quia non esset tunc connexio actuum triū personarum,cuius contrarium uidetur probari in c.j.J.eo.iuncta rub.Sol.dicas,ꝙ stat collectiuè.Ad arg.respondeo,ꝙ uerum est, quod reo contumace & non comparente, non est propriè iudicium,ita probat tex.in l.properandum.§.j.C.eo. tit.¶Secūdò non uř uera dum dř, trium personarum. Nam in iudicio inquisitionis specialis non interueniunt nisi duæ personæ, iudex & reus.c.qualiter & quando, J. de accu.& tamen est iudicium. Sol.secūdùm Pan. hic diffinitur iudicium secundum communiter accidentia. Nota prouectè,ꝙ ualet diffinitio, quæ conuertitur cum diffinito a communiter contingentibus. istud etiā firmant Imo.& Alex.in rub ff.sol.mat.idem tenet Card. Ale.in rub. J.de app.ista solutio non satisfacit. primò, quia hodie(secundum ꝙ experientia docet)magis cōiter frequentat iudicium inquisitio
40 nis,quàm accusationis.¶†Item nō credo uerum,quod sufficiat diffinitionem concludere a cōmuniter contingentibus. Et contrarium tenet d.meus in rub.sol.mat.motus, quia nulla diffinitio esset in iure periculosa,si uera esset conclusio Abb.contra regulam l. omnis diffinitio, ff.de reg.iur. istud parum me mouet, quia diffinitio non dicitur periculosa respectu sui, sed respectu eorum,qui pertinaciter adhærent diffinitioni, sicut Bononien. carotio.ita dicit glo.in d.l.omnis diffinitio. unde allego in contrarium esse tex.in d.l.j.in §.dolum, ff.de dol.sic inducendo:dicitur ibi,ꝙ diffinitio, quæ potest impugnari per obiectionem doli boni, non ualet, & tamen a communiter contingentibus do-
41 lus rarissimè est bonus.¶†Secunda fuit sol.Pano. dicentis,ꝙ in iudicio inquisitionis etiam interueniunt tres personæ, s.iudex, reus,& fama,quę locum tenent accusatoris,d.c.qualiter & quādo.Ista sol.etiam non uidetur tuta,quia licèt adsit fama,non tñ contendit,ut dicitur in diffinitione.non.n.fama se inscribit, nō sui copiam facit,neque citatur. poteris fortè dicere,qđ fictè contendit. Item est dare iudicium inquisitionis,ubi fama non interuenit loco accusatoris, ut putà si inquiratur ad impediendum, ne promoueatur prælatus ad prælaturam,prout declarat Pano. in c.primo,in glo.j.§.de offic. ordinā. ¶Tertia datur solutio per Barb.hic, quod ista diffinitio debet intelligi de iudicio ordinario,sed inquisitio est iudicium extraordinarium, ut tenet gloss. in c.quoniam contra falsam J.de probatio. Ergo tu adde,quod istam solu.etiam sensit glo.in c primo, 4.q.4. ueritas huius solu
42 tionis pendebat ab his,quæ dicam in seq. quæst.Pan.¶ †Tertiò non uidetur uera, dum dicitur,trium personarum,imò est actus quatuor personarum,c.primo,4.quæstione 4.ubi dicitur in omni iudicio semper necesse est esse quatuor personas, iudices, accusatores, defensores, & testes. huic difficultati dantur plures solutiones. Prima solutio datur hic per Dec. post Azo. in Summa, C.eo. quod testes non sunt necessarij, nec de substantia iudicij,ut concludit Barto.in l. prolatam. C.de senten.& interlocu.om.iud.& Pano.in c.cum dilectus,col.j.de fide instrumen.& latè Felyn.in c.inter cęteras,col.fina. J.de re iud. Ad tex.in dicto

c.j,

c.j. reſpondetur, quòd illud uerbum, neceſſe eſt, debet exponi,
ideſt conueniens eſt,prout exponit glo,in cap.noſce.77. diſtin.
Iſta ſolutio non placet,per regulam,quæ eſt, quòd una determi
natio reſpiciens plura determinabilia. debet æqualiter determi
nare,l.iam hoc iure,ff.de uulga. & pupil.ergo illud uerbum,ne-
ceſſe eſt, terminans omnes quatuor perſonas, debet pari modo
determinare, & ſic, quòd teſtes ſint ita neceſſarij, ſicut iudices,
& rei.Secundò modo reſpondet Baſig.hic quòd tex.in c.j.debet
intelligi de iudicio iuſto,diffinitio uerò loquitur de iudicio ua-
lido.Iſta ſolutio eſt euidenter falſa, quia iudicium poteſt eſſe iu
ſtum ſine teſtibus,c.afferre, j. de præſump.l.manifeſtæ,ff.de iu-
reiur.cum ſim.Secundò,quia ille tex.dicit in omni iudicio uni-
uerſaliter,ergo tam in iudicio iuſto,quàm in iuſto.Tertiò ſeque
retur,ꝙ iſta diffinitio tãtùm diffiniret iudicium iniuſtum,quod
eſt temerarium dicere.Tertiò modo reſpondet idem Baſigna.ꝙ
in iſta diffinitione dr̃,trium perſonarum contendentium, non
tamen negatur quin debeant eſſe teſtes in iudicio non conten-
dentes.Iſta ſolutio non placet, quia arguit diffinitionem eſſe de
fectiuam.ſi enim ſunt neceſſarij teſtes, ut dr̃ in d. c.j.quare non
fuerunt comprehenſi in diffinitione? Quartò reſpondet Dec.ad
aliud propoſitum, quòd non ſequitur,in diffinitione non ſunt
omnia neceſſaria comprehenſa,ergo diffinitio mala.patet ſecũ-
dum eum,in iudicio eſt neceſſaria litis cont.& tamen in iſta dif
finitione non eſt comprehenſa.Et ſubdit,ꝙ ita no. in l.j.ff.de te
ſta.Iſta ſol.diſplicet,quia duo falſa continet.eſt enim falſum pri
mum dictum,dum dicit ꝙ in iſta diffinitione non comprehen-
ditur litis cont. quia illud uerbum,actus, indiffinitè prolatus in
diffinitione, omnes actus iudiciales comprehendit. ſm falſum
eſt,dum dicit,ꝙ non eſt neceſſe,ꝙ omnia neceſſaria comprehẽ-
dantur in diffinitione.falſitas ſic oſtenditur, diffinitio eſt demõ
ſtratio quidditatis,& ſubſtantiæ rei diffinitæ, ſm Pan. in rub. j.
de ſent.excom. Modò ſi neceſſaria omittantur in diffinitione,
eſt impoſſibile ꝙ ipſa diffinitio demonſtret perfectam ſubſtan-
tiam,eo quia omiſſio eorum, quæ ſunt neceſſaria, uitiat ſubie-
ctum,§.pretiũ,Inſt.de ꝯh.emp.& tradit Bar.in l.j.ff.de uen.inſp.
Quintò ergo cogita ſi poteſt reſponderi ꝙ diffinitur iudicium
prout in eſſe deducitur,quæ diffinitio regulariter eſt melior ſm
Bar.in l.j.in 2.col.ff.de acq.poſ. Sed iudicium formatum in eſſe
deducĩ per litis cont. quo tp̃e nondum teſtes poſſunt interue-
nire in iudicio,ut j.c.j.& per totum, ut lit. non conteſt.Ad tex.
in c.j.reſpondeo,ꝙ loqtur de iudicio prout perficitur,non ꝑut
formatur,etiam ſolutio non ur̃ tuta,quia Pan.dicit uelle diffini
re iudicium prout ſumitur pro inſtantia cauſæ diſcutiendæ, &
partibus eius.Sextò cogita ſi poteſt dici, ꝙ iſta diffinitio intelli-
gitur de perſonis ueris:tex.uerò in c.j.loquitur ẽt de fictis,proba
tio.in omni iudicio ſaltem debet eſſe iuris præſumptio loco te-
ſtium,d.c.afferte mihi gladium, & d.l. manifeſtè.iſtæ enim præ-
ſumptiones ſunt liquidiſſimæ probõnes, & repreſentant perſo
nas teſtium,ſm gl.in l.j.C.de teſta.mil.Septimò cogita,ſi poteſt
dici,ꝙ depoſitiones,& productiones teſtium dicantur acta par-
tium,d.c,qm̃ ꝯ,de prob.l.j.C.de eden. Et ideo ſatis includuntur
in diffinitione in illo uerbo,actus.Non ur̃ uera,dum dr̃,triũ per
ſonarum. finge caſum, ꝙ ſunt plures litis conſortes actores, uel
rei,ut eſſe põt,l.j.C.de cõſor.eiuſdẽ lit.no.gl.in c.cum M. Ferra.
de conſt.Item pone,ꝙ ſunt plures iudices delegati in eadem cã,
c.paſtoralis,s̃.de reſ.nonne erunt pluſquam quatuor? poterunt
fortè eſſe uiginti,& tñ erit iudicium.Sol.iſtud uerbum,trium ꝑ-
ſonarum, debet intelligi.ideſt trium generum perſonarum, uel
trium partium.ita uoluit gl.in l.ſeruus,C.eo.Quintò ur̃ inepta,
dum dr̃,in iudicio.ur̃.n.ꝙ idem per idem diffiniat.quo nihil ab-
ſurdius,ut ſi dicerem, homo eſt homo. Sol.expone uerbum,in
iudicio,i.loco,ubi ius redditur ſm Pan.& Mod.Sextò & ult. nõ
ur̃ conuerti dum dr̃,contendentium,qa põt lis conteſtari ꝑ cõ-
feſſionẽ,per q̃ non contenditur,ſm gl.in c.dudum,s̃.de elec.ſo-
lutio colligitur ex ſcriptis Pano.in c.j.col.2.j.de lit.cont.Tertiò
collige aliam diffinitionẽ iudicij,ſm Zaba. hic.iſta diffinitio cõi
ter damnatur,quia conuenit decreto iudicis,qđ non eſt iudiciũ
l.magis puto,§.ut paſſim, ff.de rebus eo. item quia conuenit cõ
pulſioni factæ per iudicem ad oſtendendum malefactorem, de
qua per Bar.in l.in ciuile.C.de fur.& in c.is,qui cum fure,eo.tit.
Item conuenit iudicio inquiſitionis generalis,qđ non eſt ꝓpriè
iudicium,ut s̃.dixi.Itẽ ob.tex.in d. c.forus, quem Pan. uoluit ſic
inducere;iudicium,dic dum diſcutitur,& ſic poſt litem cont.&
tamen iudex etiam ante lit.conte.agit,ut ueritatem habeat.Sũt
qdam,q reſpondent,ꝙ Zabarella diffinit iudicium largè, prout
incipit a citatione,ſed non aduertunt, ꝙ Pan. affirmat diffiniri
iudicium, prout capitur pro inſtantia cauſæ, & partibus eius.
43 †Quartò collige aliam diffinitionem,ſm Azo. & Card. Contra
iſtam diffinitionem adducitur etiam tex.in d.c.forus,dum dr̃ ꝙ
cauſa eſt dum proponitur, iudicium dum diſcutitur,ergo malè
dr̃ in diffõne,ꝙ eſt cauſa. Sol. uerbum,cauſa,ponitur in diffini-
tione tanquam genus. Nam cã propriè dr̃ tam ante, q̃ poſt litẽ
cont.ſm gl.& ſcriben.in l.cãs,C.de tranſa. Secundò ꝯ iſtam diffi
nitionem obſtat,qa non conuertitur cum diffinito.ꝯuenit.n.ar
biter.n.neceſſariò tenetur ius reddere,l.3.§.j. ff.de arb.Sol. uer-
bum,neceſſariò,intelligitur reſpectu partium,non iudicis. Nã
44 iudicium redditur in inuitũ,l.inter ſtipulantẽ,§.j. ff.de uerb.ob.
Arbitrium uerò uoluntariè ſubitur,ſm Mod.in auct.conſidera
ꝙ etiam arbitriũ reddi ur̃ in inuitum.licèt.n.compromiſſum ſit
uoluntarium in quam perſonam fiat, tñ ipſum compromittere
cauſatiuè eſt neceſſarium ad effectũ effugiendi iudicij, ſm Bar.
in rub.C.de pact.& do. Ant.hic.Item laudum arbitri ẽt fertur in
inuitum,l.cũ antea;C.de arb. Præterea ſequeretur, ꝙ ſi actor &
reus conſentirent in iudicem non ſuum, prout pñt laici libere,
c.ſignificaſti,& c.ſi diligenti, j.de foro comp. ꝙ iſto caſu coram
eo non eſſet iudicium,quod eſt manifeſtè falſiſſimum,ut dicam
in c.j. j.eo.Quintò collige aliam diffinitionem. Iſta etiam ur̃ fal
ſa,ſm Dec.qa conuenit decreto,& ſic non cõuertitur. Huic dif
ficultati reſpondet Baſig.& ſequutus poſtea fuit Dec. ꝙ diffini-
tio Pan.debet intelligi de iudicio largè,prout conuenit etiã de-
creto,qđ non credo uerum per ea, quę s̃.dixi. Reſpondeo ergo
aliter,ꝙ illud uerbum,coram iudice,tollit ꝯrium:nam diſcuſſio
quæ fit in decreto,fit ab ipſo iudice,d.§.ne paſſim. Diſcuſſio ue-
45 rò in iudicio propriè fit coram iudice,ut dicit Abb.†Sextò colli
ge,ꝙ ante litem conteſt.non dr̃ propriè iudicium.Alleg.Pan.gl.
in l.iudicium ſoluitur,ff.de iu.& tex.in l.amplius non peti, ff.rẽ
ratam haberi.Pro iſta concluſione Mod.hic adducunt infinita.
Tu adde gl.in l.cum fundus,in prin.& ibi cumulat Alex.ff.ſi cer
tum pet.& gl.quam ibi no.Abb.ad ſtatutum,in c.ſuper qõnum
in prin.in uerbo,litis exordium,s̃.de off.deleg. Et ex iſta conclu
46 ſione oriuntur tres aliæ.Prima, † ꝙ litis conteſt.eſt caput,& la-
pis angularis iudicij,ſm Pan.poſt Bal.in c.j. j.de lit. conte.& per
d.Iaſ.in l.naturaliter,§. nihil cõe,col.24.ff.de acq.poſ. Secunda,
ꝙ oĩa quæ fiunt ante litem conteſt.dñr præparatoria iudicij, de
cuius ueritate dixi s̃. Tertia,ꝙ ante litem conteſta. iudicium dr̃
futurum,de quo per Bar.in l.ſi poſt litem,ff.de excep.Contrariã
opi.tenet gl.in rub.C.de in ius uoc.& Ang.in l.j.C.eo.Diſcutia-
mus fundamenta pro iſta parte,contra communem adducitur
primò tex.in §.fi.Inſt.de pœ.teme.lit. Huic reſpondet Dec.ꝙ il-
le tex.facit pro,& non contra,ponderando tex.ibi,& in uerſi.in
ſtituendarum actionum,qđ eſt futuri temporis.Iſta ſolutio non
placet,qa non ſequitur.actio nondum eſt inſtituta,ergo iudiciũ
non eſt inchoatum. Hęc. n. conſequentia confunditur ex illo
tex.dum dicitur principium,quod non poteſt ſubſiſtere, niſi da
to aliquo ente,l.eius qui,ff.ſi cer.pet. Ego aliter reſpondeo, ꝙ iu
dicium dr̃ inchoatum ante litem conteſt. tamen non eſt ꝓpriè
iudicium,ſicut non tenet conſequentia,domus eſt inchoata,er
go eſt propriè domus,l.j.§.cępiſſe,ff.de poll. facit,quia non ua-
let arg.a ſm quid ad ſimpl̃r,quando ſm adiacens alterat primũ,
l.ſi homo,mortuus,ff.de uerb.ob.Bar.in l. Lucius,§.quæſitum,
ff.de leg.3.plenè tradunt Senen.in rub.ff.de uulg. & pup.Secun
dò ꝯ communem adijcitur tex.in l.ubi cęptum,ff.de iud. iuncta
l.ſi qs poſtea,eo.tit.& c.pen. j.tit.proximo.Huic reſpondet Dec.
dupliciter. Primò, quòd illa iura loquuntur largè, uel ſecundò,
quòd loquuntur quantum ad effectum præuentionis. prima ſo
lutio non eſt realis,ſecunda non habet annexam rationem,qua
re magis dicatur iudicium reſpectu præuentionis, quàm reſpe-
ctu aliorum caſuum.Ego ſtatim aliter reſpondebo.Tertiò con-
tra communem obſtat tex.in l.is,qui ſe obtulit,ff.de rei uend.&
in l.ſi is,qui Romæ,ff.de iud.ubi reus litem conteſtando dicitur
acceptare iudicium,quod certè non poſſet acceptare ſi non eſt,
d.l.eius,qui in prouincia,ff.ſi certum petatur.Iſte tex.ualde ſtrin
git.quid tenendum? ego pro clara reſolutione omniũ facio tres
47 concluſiones. Prima concluſio, ante litem conteſtatam iudi-
cium dicitur inchoatum,ſed nondum formatum,ut probaui ſu
pra in prima continuatione, & ita loquitur bonus textus in di-
cto §. finali. Inſtit. de pœna temere litigantium. ¶ Secunda
concluſio, poſt citationem ante litem conteſtatam reſpectu iu
dicis & actoris,dicitur iudicium,non autem reſpectu rei.ita pro
cedit textum in dicta l.is,qui ſe obtulit, & in dicta l.ſi is, qui Ro-
mæ.Hinc eſt, quòd reſpectu actoris & iudicis per ſolam citatio-
nem inducitur præuentio,dicta l.vbi cœptum.non autem reſpe
ctu rei,qui aliàs habeat ius declinandi forum, l. non uidetur, ff.
eodem.tradit plenè Fel.in cap.ex tenore,ſupra de reſcr.Hinc eſt
ꝙ actore contumace poſt citationem poteſt reus petere ſe ab-
48 ſolui ab inſtantia iudicij. auct.quod fieri.C.de dilat. † Tertia ſit
concluſio,poſt litem conteſtatam iudicium dicitur formatum,
tam reſpectu iudicis,quàm actoris & rei. ita procedat tex.in c.
forus,de uerb.ſign.& ita procedat communis opin.Præmiſſa in
ducuntur ad duas quæſtiones, ſtat ſtatutum in ciuitate, quòd
minor 25.annis,maior tamen 18. habeat legitimam perſonam
ſtandi in iudicio: quæritur nunquid uirtute præſentis ſtatuti,ſi
maior 18.fuerit confeſſus debitum ante litem conteſta.an con-
tra eum poſſit fieri præceptum de ſoluendo tanq̃ ꝯ confeſſum
in iudicio iuxta l.ſi debitum,ff.de iud,ur̃ ꝙ non,quia ſtatuta sũt
propriè intelligenda.cap. in noſtra, j. de iniur.l.qcqđ aſtringen
dæ,ff.de uerb.obli.Modò iſta confeſſio,cum ſit facta ante litem
conteſt.non vr̃ facta in iudicio, ergo ſtatutum non habebit lo-

cum in casu nostro.& ita decidit D.Sign.de Homo.consi.163.in cip.Statuto ciuitatis Mediolani.Istam dec.damnat Dec.tali fun
49 damento.cui conceditur,qđ† est plus,non dēt negari qđ est minus,l.non debet,ff.de reg.iu.plus aūt est esse in iudicio proprio, s'm eum,q̄ in iudicio improprio & extraordinario, arg.gl.in l.j. C.qui admit.Considera,ꝙ ab isto fundamento faciliter pōt defendi opi.Sign.negando quantum ad terminos q̄onis nostrę minorem cōclusionem,nam ubi non seruatr̄ ordo iudicij, ibi fraus est,& non maturitas consilij,ut scribit Hiero.super Hieremiam, quem refert Fely.in c.ecclesia S.Mariæ, 13.col.de const.ergo poterunt moueri statuentes ad concedendum,ꝙ maior decem & octo annis possit stare in iudicio ordinario, qa ibi cessant fraudes,non autem in iudicio extraordinario, in quo facilimè possunt minores decipi.Ex alio tamen potest redargui opi.Do.Sig. qa si per statutum conceditur confiteri post litem contest. & sic post principium litis, a fortiori debet esse licita confessio ante litem contest.& sic in principio litis,aliàs daretur occasio calumnijs & protelationibus litium, contra c.finem litib.ĵ.de dolo & contu. Secundò infertur ad aliam q. Dicit statutum,ꝙ forensis non audiatur, nisi satisdederit ante litem conte. de expensis restituendis in casu succumbentiæ:forensis non satisdedit.Dubitatur,an iudicium sit nullum?Præmissa faciunt,ꝙ non,qa ante litem cont. non est iudicium, ergo qđ non est,vitiari non pōt,l.si sub condōne,§.post defectum,ff.de iniu.rup.& irri.test.Et ita determinat Bal.in l.arbitro,ff.qui satisd.cog.& sequitur Alex.cōsi. 77.col.2.uolu. 2.credo,ꝙ ista decisio non sit uera, posito,ꝙ reus opposuerit, & petierit satisdationem sibi præstari, iuxta doctrinam Bar.in l.j.§.sublata,ff.ad Treb. & Pau.de Cast.& Mod.in l. vniuersa,C. de precibus Impe.offeren.moueor,quia ante litem cont.est iudicium inchoatum.Item ex parte iudicis & actoris dr̄ iudicium, ut s̄.probaui. Ergo subest aliqđ iudicium, qđ possit uitiari,s.principiū iudicij: & ideo succedit illud,quæ malo inchoata sunt principio,uix est ut bono peragantur exitu, ut dicit tex. in §.sed non aliter, in Auct. ut iud.sine quoquo suffra. ¶ Septimò no.ꝙ confessio facta ante litem cont.dr̄ facta in iudicio,l.uoluit,cum gl.ff.de interrog.act.De hoc remitto me ad ea quæ dicētur in c.at si clerici in prin.& ibi latè Pan.col.2.& 5.ĵ.eo.¶ Octauò & ultimò nota etymologiam iudicij traditam in d. ca.forus,
50 uel aliter,dic † ꝙ iudicium denominatur a iudice tanquam digniori,& potentiori,secundùm Bal.hic. Benè facit l.cum quæritur,ff.de sta.hom.& quæ tradit Bar.in rub. ff.sol.matr. ¶ Tertiò quæro,quare dictum sit in rub.de iudicijs,& non de iudicio?respondet Pan.quia multiplex est iudicium.sunt q dicunt,ꝙ solutio non tenet,quia dr̄ in ff.de noui. oper.nunc.& tamen multiplex est nunciatio,l.de pupillo,§.meminisse.ff.de nou.ope.nūc. Sed istud parum ad propositum, potius enim tendit ad arguendum authorem Digestorum,quàm rationem Pan. & quia unica tantum est nunciatio,quæ tribus modis practicatur,ut dicitur in d.§.meminisse.Vel aliter dico,ꝙ habito respectu ad singulas species iudiciorum rectè fuit dictum de iudicijs:habito uerò respectu ad ipsum genus, rectè etiam fuisset intitulatum de iudi
51 cio,capiendo iudicium in genere.Nam† posito genere,posita ē dicitur quęlibet eius species,l.si quid earum,§.interemptum, ff. de leg.3.¶ Iuxta hoc quæro,quotuplex sit iudicium.Pan.respōdet triplicem esse iudiciorum subdiuisionem.Prima aliud criminale,aliud ciuile.esset hic uidendum,quomodo ciuile cognoscatur a criminali,sed quia Abb.ĵ.ordine postposito examinat,ibi reseruo.Secunda subdiuisio,aliud ordinarium, aliud extraordinarium.aduerte hic, inquantum Abb.pro extraordinario iudicio alleg. tex.in c.nouit.ĵ.eo. Videtur enim uelle quòd iudiciū denunciationis iudicialis,de quo loquitur ille tex.dicatur extra ordinarium. istud uidetur falsum,secundùm Do. And. Basigna. hic,quia in tali denunciatione proceditur ordinariè secundùm Bar.in extrau.ad reprimendum, in uerbo, de plano. Considera, ꝙ uidetur errare.primò in iudicio denunciationis iudicialis proceditur officio iudicis,ut tenent omnes in d.c.nouit,per text.in l.j.§.quod autem,ff.de off. præfec.urb. ergo contra ordinem iuris,quo cauetur ut nemo agat sine actione, de quo statim dicā. Præterea ut fatetur Pan.in d.c.nouit,pen.col.in iudicio denunciationis iudicialis non seruatur exactus ordo iudiciorum, er
52 go &c.¶† Quæro ergo quomodo discernatur iudicium ordinarium ab extraordinario.Respondeo dupliciter,secundùm Bald. hic. omne iudicium, in quo proceditur officio iudicis, dicitur extraordinarium,secundùm gl.in l.si sacco,ff.ut in poss.leg. in l. cum filiusfamilias,ff.si cer.pet.ubi uideas Alex. quæ ferè omnia adducunt Mod.Ad idem facit tex,cum glo.in l.salarium,ff.manda.in l.j.§.ex hoc rescripto,ff.de uentre inspi.& tex.cum gl.in l.j. in prin.ff.de admin.tut. Ratio conclusionis est, quia regulariter nemo experitur sine actione,l.si pupilli,§.uideamus,ff.de nego. gest.ubi ergo agitur ex officio sine actione, agitur contra regulas iuris, ergo erit iudicium extraordinarium,uel secūdùm Bal. dicitur extraordinarium,quia ubi proceditur officio iudicis,nō
53 attenduntur apices iuris. Secundò † respondeo, quòd ubicunque proceditur seruato iuris ordine, siue seruatis regulis iuris, dicitur iudicium ordinarium,ubi uerò econtra proceditur, dicitur extraordinarium,secundùm Moder.hic,per tex.in l.in causæ,in prin.ff.de minoribus.Hinc est priuilegium,quia est priuata lex,c.priuilegia,3.distin. dicitur ius extraordinarium, secundùm Bal.in l.pecuniam,per illum text.C.de priuil.fisci.Tu uerò aduerte,quòd tex.in d.l.in causæ,potius probat,quòd illud dicatur iudicium extraordinarium, quod in subsidium iure quodam speciali intentatur,quod uerò communi iure exercetur, il
54 lud dicitur ordinarium. ¶† Quæro iuxta præmissa,an iudicium inquisitionis dicatur ordinarium,uel extraordinarium. Super isto articulo uariæ sunt Doctorum sententiæ.Prima fuit opinio Inno.in c.cum oporteat,ĵ. de accusatio. quòd sit iudicium extraordinarium. istam sequuntur Pano. & communiter Cano. hic,sequuntur etiam *communiter* Legistæ post Bar.in l.si maritus, §.si autem exiens,ff.de adult.Bald. Ange.Pau. de Cast.in l.1. C. de libe.& eorum lib.Bald.in l.1.§.initio,ff.de officio præfec.urb. & in l.etiam,C.de furt.Ang.in l.ea quidem, C. de accus.Et ante istos idem tenet glos.in c. quoniam contra falsam. infra de proba.in cap.multi,2.q.3.in cap.j.4. quæst.4.in cap. cum speciali, in uersic.a iudice,de appel.& in l.qui falsa,uel uaria,ff.de testibus. Et pro ista parte consuluerunt Cald.consi.1.sub rub. de accu.& consi.j.de pœn.Anch.consi.111.inci. Plura.Fulg.consi.136. incip.In causa.& 107.Visis.& Cœp.consi.65.Super articulo. Pro ista parte adducitur primò. illud dicitur iudicium extraordinarium,quòd contra regulas iuris intentatur.Iudicium inquisitionis formatur contra iuris regulas, ergo erit extraordinarium. maior propositio fuit supra probata, minor sic ostenditur. Ad esse iudicij requiruntur tres personę, ut supra probaui, in iudicio inquisitionis non sunt nisi duæ. Item in iudicio inquisitionis proceditur lite non contest.d.c.qualiter & quando.ergo cōtra ius,uidelicet contra titulum ĵ.ut lite non contesta. & quòd procedatur contra ordines iuris,firmat Pano.in c. exhibita,ĵ.e. & in c.cum clamor,ĵ.de testi. Huic fundamento respondet primo loco Aret.quòd minor ista propositio non est uera, quia in iudicio inquisitionis adest fama loco accusationis.Secundò, qa non est bona consequentia, proceditur lite non contesta. ergo
55 est extraordinarium.† Nam in iudicio accusationis, ubi agitur ad pœnam citra relegationem, proceditur lite non contesta.l. absentem,ff.de pœn.& l.absentem,C.de accusat. & tamen iudicium accusationis est ordinarium.tamen Are.non probat istud ultimum, quòd iudicium accusationis, in quo proceditur lite non contesta. dicatur ordinarium. imò ego dicam,quòd est extraordinarium,quia contra ordinem iuris. Secundò respondet Dec. quòd licèt in iudicio inquisitionis non procedatur cum tanto ordine,sicut in iudicio accusationis ordinario,tamen proceditur cum aliquo ordine: ergo debet etiam dici ordinarium, quia plus & minus non inducunt differentiam specificam,l.fin. ff.de fund.instru.Facit quod dicit Ioan.de Ana.in cap.qualiter & quando,ĵ.de accusa.col.5.ubi dicit,quòd iudicium inquisitionis absolutè est ordinarium,sed comparatiuè ad iudicium inquisitionis est extraordinarium.Ista solutio Dec. continet fallaciam, quia plus & minus in materia tantum non inducunt differentiam specificam,ut parua nauis, & magna nauis.Ita loquitur d.l.fin.sed plus & minus in forma bene faciunt differentiam in specie,ut nauis & peluis,siue conca.Nam forma est illa, quæ dat esse rei,l.Iulianus,ff.si quis omis. cau. testa. ergo ubi diuersa forma,ibi diuersa essentia. in proposito iudicium ordinarium, & extraord.differunt in forma,ergo benè plus & minus facient talia iudicia differre specie. ¶ Secundò, posito,quòd non differant specie, non concludit solutio sua, ergo utrunque ordinarium dicitur,quia stant ista simul, quòd unum sit extraordinarium,& aliud ordinarium, tamen utrunque iudicium, sicut scapha,& nauis,utraque tamen nauis.¶ Secundò principaliter facit.Iudicium,quod iudicis officio expenditur, dicitur extraordinarium. Iudicium inquisitionis expeditur officio iudicis, ergo extraordinarium, maior fuit supra probata:minor est uera.d.c. qualiter & quando,ergo conclusio uerissima.Huic respōdet subtiliter Dec. fallacia est in maiori:nam illud, ꝙ dr̄ iudicium esse extraordinarium,quando agit offō iudicis, pcedit qn̄ agitur ad utilitatē priuatā,tūc.n.offendit regula l.si pupilli. §. uideamus, ff.de nego.gest.Sed ubi agit ad utilitatē publicam,ut delicta puniantur,dr̄ agi ordinario iure,l.congruit,ff.de offic.præsid.ergo erit ordinarium.¶ Tu aduerte, quia fallacia est in sua responsione,quia non sequitur, ordinario iure concessum est delicta puniri, ergo iudicium est ordinarium, quia contra regulas iuris tale iudicium ad puniendū delicta concessum est. & istud ĵ. clarius probabo.¶ Tertiò & ultimò pro ista parte facit.illud dr̄ esse extraordinarium, ius qđ non competit, ubi est prouisum de
56 ordinario,d.l.in causæ,ff.de mino.¶† Iudicium inquisitionis cessat,& non competit superueniente accusatore, secundùm Bar. in d. § si autem extraneus, ergo erit extraordinarium. ¶ Huic fundamento respondent Mod.ut hic per eos. Vel aliter ego respondeo ꝙ l.in causæ,uult illud dici remedium extraordinariū, quod a lege inducitur in defectum ordinarij nullo mō competentis,

tentis,uerũ iudicium inquiſitionis põt intentari,ẽt ꝙ de iure ſit
poſſibile reperire accuſatorẽ,ut de ſe patet, ergo non erit extra-
ordinarium. Et ita uides, ꝙ fundamenta cõis ſnĩæ de facili poſ-
ſunt euitari.¶ Secunda principalis opinio fuit eiuſdẽ Inno.ſibi
contrarij in c.dilecto,ĩ.de ſen.excom.ꝙ ſit iudicium ordinariũ.
& iſtam tenent Io.Andr.in c.2.de reſcript.lib.6. Guil.de Cun.&
Alb.in l.ea quidem,C.de accuſa. potiſſimum fundamentum eſt
huiuſmodi.Iudicium inquiſitionis eſt a iure introductum,& ha
bet certum & determinatum ordinem procedendi,d.c.qualiter
& quando,ergo erit ordinarium.Comprobant Mod.ſic:onera a
lege introducta,dñr ordinaria,l.j.C.de uac.mune.l.omnes,C.de
57 anno.& trib.l.10. Tu dic clarius,† onera a lege introducta, quæ
habent certam,& determinatam præſtationem, etiam reſpectu
temporis dicũtur ordinaria,ut declarat Bar.in l.j.col.5. C.de mu
lier. in quo loco.lib.10.Idem ergo dicendum in iudicio inquiſi-
tionis a lege inducto cum certo & determinato procedẽdi ordi
ne.Huic fundamento reſpondent Barba. & Mod.ꝙ aſſumptum
eſt falſum,nam reſtitutio in integ. eſt inuenta a lege, toto tit.de
in integ.reſti.ff.& C.& ſ.eo.tit. & habet certum ordinem proce
58 dendi,l.3.§.ſi minor,ff.de iureiur.¶ Item denunciatio† Euange
lica eſt a lege introducta cum certa forma procedendi, c.nouit.
ĩ.eod.Et tamen iſta ſunt iudicia extraordinaria. Ego reſpondeo
clarius, ꝙ licèt in iudicio inquiſitionis ſeruetur certus ordo,nõ
tamen ſeruatur regularis ordo iudiciorum. & iſto reſpectu dici-
tur extraordinarium.Non ob.ſimile de oneribus,quia illa certè
59 forma præſtationis a lege inducta,non eſt contra regulares† præ
ſtationes:quinimò ſi per accidens contingat imponi aliqua one
ra contra ordinarias præſtationes,talia onera dicuntur extraor-
dinaria,ut concludunt Bar.& Ang.in d.l.& Bertach. in tract. de
gabel.in j.char.& Gemi.conſ.116.col 1.in nouis.¶ Alia & ſecun
da ſolutio accommodatur per quoſdam Mod.dicentes, quòd ip
ſa inquiſitio eſt remedium ordinarium, quia a lege inuentũ, ſed
eius iudicium eſt extraordinarium.Iſtam ſolutionem improbãt
Moder.quia iudicium dicitur ordinarium uel extraordinarium
conſiderato remedio intẽtato,l.cum filiusfamilias, ff. ſi certum
peta.Mihi etiam diſplicet: quia qua ratione iſti dicunt inquiſi-
tionem eſſe remedium ordinarium,quia inuentum a iure, pari
etiam ratione compelluntur fateri eius iudicium eſſe ordina-
rium, quia inuentum a iure. ¶ Tertia fuit quorundam opin.fa-
cientium differentiam inter ius ciuile & canonicum, & dicen-
tium ꝙ de iure ciuili procedit communis opi. quia de iure ciuili
non eſt conceſſa inquiſitio indiſtinctè, ſed ſolùm in quibuſdam
caſibus,de quibus in l.2.§.ſi publico, ff. de adulter. De iure uerò
canonico procedit contraria opi.ꝙ ſit ordinarium, quia eo iure
eſt conceſſa indiſtinctè inquiſitio,c.inquiſitionis, c.ſuper his, &
d.c.qualiter & quando,de accu.Et iſtam opi. tenet Bal.in c.j.col.
1.ſ.de off.ord.& in c.ſuper literis,ult.char. ſ.de reſcrip.& in l.ea
quidem,col.10.C.de accuſ.Et Cardi.Flor.in clem. ſæpe,ad fi. de
uerb.ſign.¶ Iſtam opi. Bal.impugnant Aret.& Mod. quia etiam
de iure canonico non permittitur niſi præcedente fama, & ſic
non regulariter:ſed ex hoc non meruit Bal.reprehendi,quia etſi
ad eſſe formandæ inquiſitionis requiratur fama loco accuſatio-
nis, non tamen ſequitur ꝙ inquiſitio non ſit regulariter permiſ
ſa,nam accuſatio non conceditur ſine inſcriptione, c.ſuper his,
infra de accuſ.Et tamen omnes concedunt iudicium accuſatio-
nis eſſe ordinarium,aliàs ſequeretur, ꝙ in mundo nullum eſſet
remedium ordinarium:quia nihil eſt,quod ſine forma conceda
tur;quæ forma propterea non facit, ꝙ actus non dicatur regula
riter permiſſus,ut probat tex.in l.j.C.de ſacroſan.eccl.& in §.di-
ſponat,in Auth.de nupt.iuncta l.hac cõſultiſſima,C.de teſta.Ex
alio tñ uidetur,ꝙ Bald.potuerit reprehendi, quia non eſt bona
cõſequentia,indiſtinctè cõceditur inquiſitio, ergo eſt iudiciũ or
dinariũ:qa licèt cõcedat indiſtinctè,conceditur ꝯ regularem or
dinem iudiciorum.Itẽ non tenet ꝯña, indiſtinctè nõ cõceditur,
ergo eſt extraordinariũ.patet,accuſatio furti indiſtinctè nõ con
ceditur,l.nõ debet.ff.de dolo.l.ſi quid uxori.ff.de fur.probat tit.
ff.rer.amot.& tñ nullus dicit,ꝙ accuſatio de furto non ſit reme-
dium ordinarium.¶ Tenendo cõem,limita dupliciter. Primò,ni
ſi per ſtatutum indiſtinctè concederetur inquiſitio:tũc eſſet iu-
dicium ordinariũ,ſ'm Bart.& Ang.in l.ſi maritus.§.ſi extraneus,
ff.de adul. Tunc.n.quia ex ſtatuto oritur condictio ex lege, & re
gulariter cõceditur,ur ordinariũ. Et ſequitur Bal.in d.c.ſuper li-
teris,ut in ult.char.& Are.hic.Tu uerò aduerte,quia non ur ue-
ra per ea,quæ ſ.dixi. Secundò, qa non ur uerũ,ꝙ oriatur condi-
ctio ex ſtatuto,nam per actionẽ non puniuntur delicta publica,
Inſt.de pub.iud.in prin.Item ubi ſtatutum dirigeret uendere iu-
dici,non oriretur condicto,ſ'm Pan.in c.j. in fi.ſ.de off.iud.tradi
tur in l.ſi ſoror.C.de col.¶ Secundò vltra ſcribentes limita, quã-
do in iudicio inquiſitionis aſſiſteret coadiutor, ſeu promor,qui
ſeipſum obtuliſſet liti ſponte non coactus, tunc eſſet ſeruandus
ordo iuris & diceretur iudiciũ ordinarium. iſtud colligo ex his,
quæ dicit Pan.in c.cum clamor,col.pen.ĩ.de teſta.¶ Tertia ſub-
diuiſio iudiciorum. Aliud ſpirituale quando de re ſpirituali agi-
tur,c.exhibita. ĩ.eod. Aliud temporale,quando de re temporali
diſputatur,c.uenerabilis. ĩ.eo. Aliud mixtum,quando de re tem
porali annexa ſpirituali diſſeritur. Sed an iſtud vltimum ſit ue-
rum,ſ.ꝙ ſit dare iudicium mixtum inter temporale & ſpiritua-
le,dubitat Pan.Et propterea reuoco in dubiũ, utrum iudicium
60 † ſuper iure patronatus dicatur mixtum.pro cuius ueritate ha-
benda neceſſe eſt inueſtigare, an ipſum iuſpatronatus ſit ſpiri-
tuale,an uerò tpale,an mixtũ.Super quo puncto duæ ſunt prin-
cipales opi.¶ Prima fuit opi.Goff.in Summa huius tit. & d.Ant.
hic,ꝙ iuſpatronatus ſit ſua origine ſpirituale. Et iſta opin. erat
cõis tempore Abb. Pro iſta opi. adducam octo fundamenta, &
totidem pro altera.Pro iſta opi.arguitur primò ſic, Denomina-
tio potius eſt facienda ab ordinaria natura, quàm ab accidenti.
l.3.ff.de tute.c.requiſiſti,ĩ.de teſta. ius autem patronatus origi-
61 ne eſt ſpirituale, † quia non poteſt uendi. c.quia clerici. c.de iu-
re,ĩ.de iurepatr.ergo iudicium ſuper iure patronatus erit ſpiri-
tuale attẽta originaria natura rei,ſuper qua fit iudicium. ¶ Cir-
ca iſtud fundamentum aduerte. Primò non uidetur probari,ꝙ
iuſpatronatus ſit ſpirituale ex eo, quia uendi non poſſit, nam li-
ber homo non poteſt uendi,toto tit.ff.& C.ad leg.Iul. pec.& ta-
men liber homo, & iudicium ſuper ſtatu eius,non ſunt ſpiritua
lia.patet,quia de ſtatu hominis cognoſcit laicus,l.quoties,C.de
iud.cum ſim. ¶ Secundò aduerte,in quantum Pan.reprehendit
d.Anto.ea ratione,quia antequam eccleſia diſpenſaret cum lai-
cis,ut haberent iuſpatronatus in eccleſijs, non erat ipſum ius in
rerum natura, ergo fuit originatum ſ'm eum cũ qualitate tem-
poralitatis. Iſta conſideratio ſ'm quoſdam non uidetur uera.pri
mò,quia non probabitur lege,nec ratione.ergo erubeſcimus cũ
ſine lege loquimur,l.illam,C.de colla.¶ Secundò,quia antequã
diſpenſaretur cum laicis,erat conceſſum iuſpatronatus clericis.
Allegant iſti tex.pro hoc in c.3.ĩ.de iurepatr.quia nihil penitus
facit.Et ideo proprio ligone iſti ſunt feriendi,quia ipſi,nec legẽ,
nec rationem pariter adducunt. Ego teneo,ꝙ cõſideratio Pan.
in hoc ſit uera.probo, ab eadem potentia cauſæ debet par effe-
ctus procedere.l.ſi ſocer,in fi.ff.ſol.mat.per quam ita dicit Bal.in
l.conuenticula.C.de epiſ.& cler. Cauſa autem productiua iuriſ-
patronatus fuit,ut homines allicerentur ad fundandum, dotan
dum,& conſtruendum,eccleſias,ſ'm gl.in c.cum dilecti,in gl.ma
gna,ĩ.de iurepat.quæ cauſa eſt proportionabilis,& æqualis tam
in laicis quam in clericis.Ergo concludẽdum, ꝙ uno & eodem
tempore iuſpatro.fuit conceſſum,tam laicis ꝗ̃ clericis.¶ Secun-
62 dò, † iuſpatronatus eſt conceſſum laicis de gratia, c.6.de iurepa.
ergo non eſt temporale:quia ſi eſſet tẽporale,fuiſſet conceſſum
de iure.Sol,tenet ꝯña,eſt conceſſum de gratia, ergo non eſt tem
porale:ſed nõ ſequitur,ergo eſt ſpirituale. quia ſi dicamus,ꝙ ſit
annexum ſpiritualitati,erit conceſſum de gratia. ſicut enim lai-
ci non ſunt de iure capaces ſpiritualium. c.ſacroſancta.c.Meſſa-
na.de elec.ità nec connexorum.c.quanto, ĩ.eod. ¶ Tertiò,quæ
religioſis adhærent, religioſa ſunt.l.quæ religioſis.ff.de rei uendi
ca.Comprobatur. qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt cum eo.c.
damnamus,ſ.de ſum.Trin.& fi.cath.c.debitum,ĩ.de biga.Ita er-
go iuſpatronatus adhærens ſpiritualibus, erit ſpirituale. Sol. ex
mente gl.in d.l.quæ religioſis.adhærentia rei religioſæ, quorum
ſeparatione res religioſa deterioratur,uel extinguitur,dicuntur
religioſa,tanquam aliquod eſſe tribuant rei religioſæ. Adhæren
tia uerò rei religioſæ uel ſpirituali, quorum ſeparatione res ipſa
religioſa melioraretur.non dñr religioſa.ita uult gloſ.ibi,in pro-
poſito,ſublato iure patronatus ab una eccleſia,illa reducitur in
libertatem,ſecundum Pan.in c.querelam, ſ. de elec. ergo iuſpa-
63 tronatus tanquam adhærens non erit ſpirituale. ¶ Quartò facit
in ſpiritualibus non eſt licita tranſactio.c.ſuper eo, de tranſa.ſu-
per iurepatronatus non etiam licèt tranſigere, c. propterea, eo.
tit.ergo iuſpatronatus eſt ſpirituale. Solutio, falſa eſt iſta conſe-
quentia.Nam ſuper adulterio non licet tranſigere. l.tranſigere.
64 C. de tranſac. tamen adulterium non eſt ſpirituale. ¶ † Quintò
facit.in temporalibus non cadit ſimonia, ſecundum Pan.in rub.
65 infra de ſimo.& Barto.in l.1.ff.ad leg.Iulia.de ambi.uerùm † ſu-
per iurepatronatus cadit ſimonia,c.ueniens,& ibi no.Pan.infra
de teſt.glo.in ſumma.1.q.1.ergo eſt ſpirituale. ¶ Sextò facit.cau-
ſa iuriſpatronatus eſt ſummaria , quia adhæret ſpirituali, c.le.di-
diſpendioſam,de iud.ergo ur,ꝙ etiã dicatur ſpiritualis.¶ Ad iſta
duo rñdeas, ꝙ ſi dicamus iuſpatronatus eſſe annexum, ſequent
ſupraſcripti effectus, quia in annexis ſpũalib. cadet ſimonia, &
cauſa erit ſummaria.d.c.quanto. & ꝙ in annexis ſpiritualib. ca-
66 dat etiam ſimonia, probatur † in iure ſepulchrorũ cadit etiam
ſimonia,ſ'm Rom.conſi.369.& tamen ius ſepulchrorum dicitur
annexum ſpiritualitati,ut no.gl.in d.c.quanto.¶ Septimò facit,
ſecundum An.Sicu.hic qualitas effectus demõſtrat qualitatem
cauſæ producentis,l.quod ſi nolit.§.qui mancipia.ff.de ædil.edi.
Sed ſic eſt, ꝙ iuſpatronatus eſt cauſa productiua electionis. c. 2.
in uerbo,eligunt,& c.a nobis,de iurepat.quæ electio eſt ſpiritua
lis,c.Meſſana.ſ.de elec.ergo & ipſum iuſpatronatus erit ſpiritua
le.Solut.minor eſt falſa,ut patet ex his quæ ſcribit Pan. in d.c.2.
¶ Octauò & ultimò ego arguo ſic, propter quod unumquodq;
tale,& illud magis, auct. multò magis, C.de ſac.ſanct. Sed ſic eſt
quod

quòd medio iurispatronatus causatur institutio, quę est spiritualis, c.1. & c. auctoritate. ǰ. de institu. ergo & ipsum iuspatronatus erit spirituale. Facit simile, medio ignis causat calor, ergo ignis magis calet, ꝙ autem iuspatronatus causet institutionem, probatur in c. decernimus. 16. q. 7. vbi dicitur, ꝙ sine præsentatione patroni institutio non ualet. Solutio. regula authen. multò magis, procedit qñ aliquid est tale immediatè, & nullo extrinsecus considerato, pp qđ unūquodq; tale, & illud magis, & ita procedit exemplum de igne. Sed secus est, quando est tale mediatè, & aliquo extrinsecus cōsiderato, ut est institutio, quæ causatur immediatè ab episcopo, medio tamen presentationis. Tolle etiā exemplum. tu studes, quia pater te generauit. ergo pater tuus studet. non valet consequentia, quia alia extrinsecus requiruntur, quàm pater. ¶ Secunda fuit opinio Pan. & sequacium, ꝙ iuspatronatus origine sit temporale annexum spiritualitati, & ꝙ iudicium super iurepatronatus dicatur mixtum, Circa istam opi. sunt uidenda tria. Primò, quare dicatur annexum. Secundò, quare mixtum. Tertiò, vtrum fundamenta huius opi. sint uera. Circa primū do. Ant. hic, & in d.c. quanto, rñdet ꝙ dicitur annexū propter accidēs, quia fuit cōcatū laicis. Ista ratio est falsa, quia sequęretur ꝙ iuspatronatus concessum clericis, non diceret annexū, qđ est manifestè falsum, d.c. quāto. Præterea eisdem rōnibus cōfundit ista ratio, quib. fuit improbata opinio principalis eiusdem d. Antonij. ¶ Secūda ratio assignatur per Pan. hic, quia iuspatronatus parat uiam ad obtinendam institutionem spiritualem. c. quod autem, de iurepatronatus. ¶ Ista ratio reprehēditur per quosdā Mod. hic, quia est ipsa præsentatio, quæ parat uiam. & aliud est præsentatio, & aliud iuspatronatus, c. consultationibus, de iurepat. Tu defende rationem Pan. & dicas, quòd iuspatronatus producit istum fructum, qui appellatur præsentatio. d. c. consultationibus. Et sic iuspatronatus medio præsentationis parat uiam ad institutionem, sicut obligatio medio actionis parat nobis viam ad consecutionem debiti, Insti. de oblig. in princ. ¶ Secundò habes ex ista ratione notare, ꝙ præparatoria & præparata dicuntur connexa. pro quo notabili uideas consilium
67 Alex. 63. quod incipit, Circa primum, col. fi. in j. uol. ¶ † Circa secundum, quare dicatur mixtum, respondet Pan. quia participat de spiritualitate & temporalitate, nec magis accedit ad alterum extremorum. Tu aduerte, quia in iure non reperitur tex. qui dicat iuspatronatus esse mixtum, secundū Card. in rub. ǰ. de iurepatrona. Secundò aduerte, quia si participaret de spiritualitate, nō deberet dici mixtum, quia natura spiritualitatis est, quòd totum ad se trahat: & sic tota in toto, & tota in qualibet parte totius. c. 1. de consecr. eccl. vel alta. vnde melius apparet annexum, quàm mixtum. ¶ Circa tertium adducitur primò per Pan. tale fundamentum, per præsentationem patroni nullum ius acquiritur præsentato. c. cum autem. c. quod autem. c. pastoralis. infra de iurepatro. ergo non est spirituale. Circa istud fundamentum aduerte ad quatuor. primò, quia tex. in c. quod autem, non probat. licèt enim dicat negotium per præsentationē inchoari, non tamen aperit vtrum tale iudicium dicatur spirituale vel temporale: imò uidetur probare, ꝙ sit spirituale, sm Moder. arg. l. ora-
68 tio. ff. de spons. Tu confirma, quia † idem iudicamus de re destinata ad actum. quod de ipso actu. l. 4. ff. de fundo dota. & quia si finis est spiritualis, ergo etiam principium. nec dicamus, ꝙ vnum totum integrale, qđ constat ex principio, medio, & fine, censeatur diuerso iure, contra regulam l. eum, qui ædes. ff. de usucap. & c. maiorib. ǰ. de præben. ¶ Secūdò aduerte, quia tex. in c. cum autem, non uidetur bene induci per Pan. quia uidetur, ꝙ si non licèt uariare, seu melius accumulare, ꝙ cēseretur ius acquisitum præsentato. istud est euidenter falsum, nam clericis patronis nō licèt uariare. d.c. cum autē. Item patrono laico, qui scienter pręsentauit indignum, non licèt alium accumulare, secūdum Pan. in c. cum vos. s. de offic. ordi. Item patrono laico iurāti in prima presentatione de non variando, non licèt accumulare, secundum Lapum. allega. 78. col. 4. & Pau. de Cast. consi. 62. incip. Venerabilis vir. col. 2. & sensit Bar. in sui generalitate, in l. omnes populi, in 3. q. ver. circa tertium. ff. de iusti. & iu. licèt Alex. consi. 16. incip. Pōderatis, vol. 3. teneat oppositum, quorum opiniones aliàs sic concordabam, ut opinio communis procedat, episcopo nolente admittere secundam præsentationem, ne sit auctor periurij: opinio verò Alexan. procedat si episcopus admiserit cumulationem, quia multa facta tenent, quę fieri non debebant, cap. ad apostolicam. infra de reg. l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui, vel
69 alie. iu. † Item si patronus præsentet secundum, & dicat se recedere omninò a præsentatione primi, non valet secunda præsentatio, secūdum Lapum in dicta allegatione 58. Et tamen in istis casib. non acquiritur ius præsentato in beneficio. Tu salua Pan. & dicas, ꝙ voluit arguere a cōtrario hoc modo; non licèt uariare, ergo non est acquisitum ius. a contrario vbi est acquisitū ius non licèt variare. & istud bene verum est, vt no. in l. serui electione, in princ. ff. de lega. j. & in l. apud Aufidium. ff. de opt. leg. non autem voluit arguere, ergo vbi non licèt variare, est acquisitum ius. ¶ Tertiò aduerte, quia non videtur verum, quòd per presentationem non acquiritur aliquod ius. Et in contrarium est tex. in c. dilectus. s. de offi. deleg. & in c. cum Bertholdus. ǰ. de re iud. & ibi Pan. concludit, ꝙ præsentato, si solus est, acquiritur actio contra Episcopum, vt eum instituat. Item ei acquiritur actio ad
70 expellendum † intrusum. si verò sint plures præsentati, omnibus acquiritur actio cōtra episcopum, ut vnum ex eis instituat, arg. l. cum quidam, ff. de leg. 2. Fortius probat tex. in d. c. cum Bertholdus. Præsentato, cuius præsentatio fuit reiecta, si sit idoneus, acquiritur actio contra episcopum, vt eum instituat, & illum text. ad hoc no. Bal. in Margarita sua, in versic. patronus. & Rota de-
71 cis. 212. inci. Secundum omnes, sub tit. de iurep. ¶ † Item præsentato, quem episcopus distulit instituere. competit actio contra episcopum ad interesse. c. pastoralis, & ibi not. Abb. ǰ. de iurep. Item vigore clausulæ, si non est alteri ius acquisitum, excluditur impetrator, vbi aliquis est præsentatus, secundum Rotam decis. 16. sub tit. de præb. in nouis. Et ideo taciturnitas præsentationis vitiat rescriptum ad beneficia, secundum Fel. in c. in nostra, corollario 28. s. de rescrip. Sol. per præsentationem nullum ius acquiritur. s. in beneficio, seu in re. ita loquitur Pan. hic. quod etiā ostendit illud verbum, spirituale, de quo per Abb. Præsentatio
72 † enim non tribuit ius respectu tituli, vt etiam dicit Abb. in d.c. pastoralis, col. j. sed ad rem. id est ad petendū se institui, bene acquiritur ius. & ita loquuntur præallegata, ꝙ etiam firmat Abb. in d. c. dilectus, & in c. quoniam, in 10. q. ǰ. de iurep. & Lap. alleg. 8. incip. Præsentatus. Et ideo dicebat Cald. consi. 9. super rub. de
73 iurepat. † quòd per præsentationem contrahuntur sponsalia de futuro, ꝙ tamen procedit accedente consensu præsentati, aliàs non. l. 2. ff. de spons. & sequitur Cald. consi. 17. incip. Præsentato, sub eo. tit. de iurep. Et seruiūt, quæ cumulat Cur. consi. 65. col. 4. ¶ Quartò aduerte, quia dato quòd non sit acquisitum aliquod ius præsentato in beneficio, non tamen rectè infert, ergo iuspatronatus sua origine non est spirituale. Ita mordet Dec. Pan. nō tamen istud aliqua ratione probat. Ego autem probo illationē hanc fore falsam, per tex. in c. si tibi absenti, de præbend. in 6. ubi per collationem factam absenti nullum ius acquiritur in beneficio, & tamen collatio est spiritualis. imò etiam si per præsentationem non esset acquisitum ius ad rem, etiam non teneret illatio Panor. Nam per postulationem non acquiritur ius etiam ad rem, quia postulatio innititur gratiæ. c. j. & ibi gl. de postul. prælato. in 6. & tamen postulatio saltem solēnis videtur actus spiritualis, cle. dispendiosam, de iud. ¶ Vltra Pan. pro ista parte Aret. adducit tria fundamenta, quæ effectualiter non sunt nisi duo.
74 ¶ † Primò sic, iuspatronatus possidetur a laicis. c. cōsultationibus, de iurep. ergo non est spirituale, quia spiritualia non dñr possideri a laicis, sed detineri, c. cū apostolica, & ibi no. d. Ant. ǰ. de his, quæ fiūt a pla. Huic argō. rñdet Dec. tripl̃r. Primò, ꝙ nō est verū, quòd iuspatro. possit possideri a laicis indistinctè, sed solū a patronis, & de grā. ista rñsio nō satisfacit, quia non eneruat uim argumenti. Stat. n. verū argūm adhuc in oīb. patronis laicis. ¶ Secundò, qa etiā concessum est iuspatronatus possideri ab oīb. laicis indistinctè. Nec ob. ꝙ rō cōcessionis, vt excitent laici ad fundandū & dotādum ecclesias, de qua per gl. in c. cū dilectus, de iurepatr. solum militet in patronis; quia uerū est, antequā ecclesia sit fundata & dotata, & sic ante constitutum iuspatronatus: sed postquā iuspatronatus est creatum, tunc postea a quocunq; laico possideri pōt. c. j. cum seculū. c. ex literis. ǰ. de iurepatr. Et quia
75 ius semel † effectū laicale, debet perpetuò durare laicale. l. pater. §. 11. ff. de leg. 3. Secundò respondet, ꝙ in d. c. consultationib. verbum possidere, debet exponi. i. detinere, vt in l. stipulatio ista. §. hæc quoque. ff. de verb. obl. ista secunda solutio est peior prima. Nā ad detentatorē, vt est creditor habēs cū vniuersitate iuspatr.
76 in pignore. Itē ad sequestrum detentatorē † non spectat præsentatio. c. cū Bertholdus, de re iud. no. Abb. in c. examinata. ǰ. e. er-
77 go dū dr in d. c. consultationibus, ꝙ † ad possessorem spectat ius præsentandi, debet intelligi de uerò possessore, & non de detentatore. Præterea detentatores non faciunt fructus etiam cōsumptos suos. l. j. C. de pac. pig. l. vt legatorum. ff. ex quib. cau. in poss. eatur. & tñ dr in d. c. consultationibus, ꝙ præsentatus a possessore institutus non debet remoueri, quia ad bonæfidei possessorē spectant fructus cōsumpti, vt traditur in c. grauis, ǰ. de rest. spol.
78 Tertiò soluit, ꝙ ibi possessio ponitur impropriè, † quia incorporalia non possunt possideri. l. seruus. §. incorporales. ff. de acqui. rer. dom. istud nihil facit ad rhōbū, quia incorporalia quasi possidentur. l. 3. in prin. ff. de acq. possess. Et de ista quasi possess. loquitur ille tex. vnde fateor, quòd in iurepatronatus non est illa uera possessio, quæ cadit in corporalibus: tñ est illa uera possessio,
79 quæ cadit in iuribus incorporalibus. ¶ Secundò † Aret. adducit. iuspatr. pōt præscribi. c. querelam, de electio. ergo non est spūale, qa spiritualia non pñt præscribi. c. cām quæ. ǰ. de rescri. soluit Dec. ꝙ assumptū est falsum. nō. n. iuspatronatus pōt præscribi, secundū eum. Allegat Arch. ita tenere in c. hortamur, 71. distin. & Pan. in d. c. querelam, & in disputa. sua incip. Augerio. Ista rñsio non est admittenda, qa cōis opi. est, ꝙ possit præscribi, & istā dicit cōem Fel. in d. c. causam quæ, & in suo tracta. qñ literæ apostolicæ

licæ noceant patronis.vbi dicit ita tenendũ in iudicando & consulendo.& ita consuluit Gem.in consil.123.& istam dicit cõem ipsemet Dec.cons.117.vbi respondet omnib.fundamentis cõtrarijs.& idem cons.124.126.& 134.Fateor tamen, ꝙ fœdere distinctionis possunt concordari opi.videlicet,vt cõis procedat in prȩiudicium veri patroni: contraria verò procedat in præiudiciũ ecclesiæ,quæ non erat patronata.ita est de mente Io.And. in c.qđ alicui,de reg.iur.in 6.& Ale.consi.75.incip.Visis,in fi.vol.4.& tacitè istud voluit Are.hic,& sensit Spec.in tit. de iurepatr.in fi.& Gem.in c.j.ad fi.de iurepatr.in 6.quod nota diligenter,quia prasticantes indistinctè obseruãt cõem opi. & malè. vnde secundo loco Dec. fortè sentiens suprascriptas solutiones suas non euacuare ar.aliter ad omnia fundamenta respondet, ꝙ laici de gratia & ex priuilegio possident,& prȩscribunt iuspatronatus.ergo datur intelligi,quòd non est temporale. Ista responsio etiã non tollit argumenta, quia temporalia annexa spiritualibus dicun-
80 tur concessa de gratia,d.c.quãto, & supradixi. ¶ Quintò† arguit Dec. iuspatronatus dicitur annexum,d.c.quanto, ergo nõ est spirituale,quia id quod annectitur,diuersum est ab eo,cui coniungitur,arg.l.quod Nerua.ff.depo.& c.fi.j.de insti. Et re vera istud est fundamentum Abb.hic,si rectè considéres.Tu aduerte,quia potest retorqueri, si dicamus ꝙ id, qđ annectitur spiritualibus, efficiatur totum spirituale.c.quod in dubijs, de consecr. eccles. vel alta.defendendo cõmunem potest dici,ꝙ ea, quæ annectuntur spiritualibus per cõfusionem, illa efficiuntur spiritualia.ita procedit tex.in d.c.c.j.Ea uerò,quæ annectuntur per simplicem adhærentiam,ita quòd unum possit secerni ab altero, non efficiuntur spiritualia,ita procedit tex.in d.c.quanto.Et ista cõmunis cõclusio,pro qua distinctione est tex. in l.idem Pomponius,
81 aliàs incipit,In rem. §. idem scribit. ff. de rei uend. ¶†Sextò pro ista parte facit. de iurepatronatus potest cõpromitti in laicum, secundum Dom.& Card.in c.j.in §.cæteris,de suppl.neg. prælа. in 6.& sequitur dom.Dec.in c.examinata,infra de confir.uti.uel inuti.per illum tex.& in d.c.quanto.motus,quia laici sunt capaces iurispatronatus, ergo iuspatronatus non est spirituale, quia de spiritualibus non potest fieri compromissum. c.contingit. de arb. Ad istud respondeo negando, quòd de iurepatronatus possit fieri compromissum in laicum. Istud probo ex duobus. Primò per tex.in d.c.quanto,arguendo de iudice ad arbitrum. nam ibi dicitur,quòd laicus non potest esse iudex de iurepatronatus, ergo etiam nec arbiter, qui etiam dicuntur iudices. c. a iudicib. 2. q.6. Secundo probo, quia is demum potest compromittere, qui potest de re liberè disponere.c.cum tempore,& ibi no.Abb. col.2.supra de arb.& latius per d.Ias.in suo tract. de iure emphy. col.102.qui est insertus in tit.de iure emphyt. C.vbi per istam regulam concludit,quòd vasallus & emphyteuta non possunt cõpromittere de feudo,& de emphyteusi,sine licentia domini. Et idem firmat Mar.Lauden.in tractatu Prin.versic.261. vbi tenet quòd Dux & Comes non possunt compromittere de Ducatu, & Comitatu sine licẽtia superioris:& ideo dicitur regula, quod non est alienabile,non est compromissibile. l.nulli. ff.de transa. comprobat Dec.consi.44.col.2. ergo patroni non poterũt compromittere super iurepatronatus, quia non possunt de illo disponere.vendere non possunt.c.de iure,infra de iurepatro.donare non possunt sine licentia episcopi.c.illud,eod.tit.Et ita tenendo non obst.tex.in d.c.examinata, quia erat persona ecclesiastica in casu illo,in quam erat factum compromissum, ut ibi tenẽt d.Anto.& Pan.& Fel.& in d.c.quanto.Et si dixeris, attento defectu potestatis ex parte patronorum, non etiam potuisset fieri compromissum in ecclesiasticum.Respondeo,quòd ibi interuenerat consensus episcopi.& si replices,istud est diuinare. Triplicabo,quòd ibi solum disputatur de effectu confirmationis Pontificis,& præsupponitur compromissum ualere.vnde succedit regula.c.2.de ætate & qualit.in 7.quæ est talis, vbi de vno tantum disputatur,cætera præsupponuntur habilia.Minus obstat, dum dicitur quòd laici sunt capaces iurispatronatus, quia uerum est quantum ad effectum,ut possint præsentare,& de gratia. c.3. de iurepat. quæ gratia non debet extendi, ut possint de causa iurispatronatus cognoscere,reg.quod ob gratiam, de reg.iur.& quia priuilegia sunt strictè interpretanda. c.lanè, & c.porrò, infra de priuil. Et si ista ratio capacitatis operaretur, quòd laici possint esse arbitri,eadem ratione dicendum esset,quòd possint esse iudices.consequens est falsum.d.c.quanto,ergo & antecedens,arguendo a consequenti destructo, quod est optimum argumentum.l.apud antiquos. C.de fur. l.si ego. §.partus.ff.de pub. facit, quia si sit priuilegium cõcessum inferioribus citra episcopum, ut possint conferre beneficia, tales non poterunt uigore dicti priuilegij cognoscere de aliqua causa emergenti super eorum collationibus, secundum Panorm.in c.4. ad fi.infra de rest.spol.
82 ¶†Septimò Fel.in d.cap.quanto, adducit aliud fundamentum. Imperator potest legitimare naturales ad iuspatronatus,secundum Domi.& Card.c.10.distin. ergo iuspatronatus non est spirituale, quia Imperator non habet potestatem legitimandi ad spiritualia,secundum glo. in c.lege, ea.distinc.10.Pan. post alios in c.per uenerabilem,infra qui filij sint legit.& quòd Imperator possit legitimare ad iuspatronatus,concludit Bal.consi.382.vol. 1.Pro responsione aduerte ad duo. Primò,quia absque legitimatione uidetur,quòd illegitimi sint capaces iurispatronatus,nam meretrix potest acquirere iuspatronatus,secundum gl.in c.non est pudenda.1.q.j.& Pan.in c.ex transmissa,infra de deci.Et reperio,quòd ita tenet præceptor meus do. Rochus de Curte, nunc Senator Mediolani meritissimus, in tractatu suo de iurepatro.
83 in verbo,competens, in 2.q. ¶†Secundò, posito quòd non sint capaces,aduerte;quia possumus respondere, quòd istud dictum Domi.& sequacium,non est verum, & in specie contrarium tenet dom.Philip.Simoneta in d.c. quanto, in addit.ad Felinum. motus subtili fundamento, vt ibi per eum: quod tamen funda-
84 mentum non videtur tutum,quia *communis* opinio est,quòd† Imperator possit legitimare nemine citato, per text.in l.2.ff.de nat.rest.Et istam dicit communem Ias.in l.Gallus.§.& quid si tantũ. ff.de lib.& posthum.Ex alio tamen non uidetur uerum,quia Imperator non potest legitimare ad emphyteusim ecclesiasticam secundum Bal.in l.generaliter.§.fin.C.de institu. & substitu.nec quò ad feuda ecclesiastica,ut no.in c.j.§.naturales,si de feu.fue. contro.inter do.& agn.uasal.& per Curt.consil.13.incipien. Statuto ciuitatis tamen,colum.j.Ergo a fortiori non poterit legiti-
85 mare ad iuspatronatus, quia plus † iuris habenti laici in emphyteusi ecclesiastica concessa sibi pro suo, & quibus dederit, quo casu possunt illam emphyteusim uendere seruata solennitate l. fina.C.de iure emphyt.secundum Iaso.ibi.colum.2.Et tamen patroni non possunt uendere iuspatronatus. d.cap. de iure. Item feudum,& emphyteusis nil habent spiritualitatis, ius autem patronatus est annexum spiritualitati.d.c.quanto.Si ergo Imperator non potest in præiudicium ecclesiæ legitimare ad id, quod est minus non poterit ad id, quod est plus, cap. cum in cunctis, in princip.supra de elect.Et si dixeris, utile est ecclesiæ, ut legitimati ab Imperatore possint fundare,& dotare ecclesias.Respondeo, quòd in ista materia potestatis imperialis non consideratur utilitas ecclesiæ.patet in emphyteusi ecclesiastica, quæ non potest concedi sine utilitate ecclesiæ,cap.fine exceptione.12.q. 2. & tamen ad illam non potest Imperator legitimare. Item sequeretur,quòd attenta utilitate ecclesiæ deberet etiam posse legitimare ad spiritualia,cuius contrarium est uerius, ut supradixi.Item cessat ratio utilitatis in iure patron.creato,quia damnosum est ecclesiæ, ut possit legitimatus præscribere iuspatrona-
86 tus,uel alio titu.illud acquirere.¶ Vltimò pro ista parte facit. in spiritualibus non datur successio.cap.1.& 2. infra de concessio. præben.in iurepatro.cadit successio.c.j.c.cum seculum,infra de iurepatron.ergo non est spirituale.Soluunt Moder.quòd in iurepatron. cadit successio de gratia.ista solutio non ualet per ea,
87 quæ dixi,supra. in quarto fundamento. ¶ Quarta † iudiciorum subdiuisio, aliud vniuersale,aliud generale,aliud singulare,aliud commune,ut declarat glo.& ibi Abb.in c.2. infra de libel.obla. glo.Bart.& Moder.in d.l.j,ff.de eden.Specu.in titu.de iud.quasi per totum.¶ Quinta subdiuisio,aliud publicum, aliud priuatũ, l.j.ff.de publ.iud.& glos.in rub.Inst.de pub.iud. ¶ Sexta subdiuisio,aliud ordinarium,aliud summarium,ut habetur in clem.dispendiosam,eodem titu. de iud.& in clem.sæpe,de verborum signif.& per glo.magistralẽ in l.3.§.sciendum.ff.ad exhiben.¶ Septima subdiuisio.aliud principale, aliud incidens, aliud emergens,secundum glo.in l.de qua re.ff.de iudic. in l. quod iussit.ff. de re iud.declarant melius Bart.in l.j. C.de ordin.cognit. & clarius Abb.in c.j.de ordin.cognit.ult.colum.¶ Octaua subdiuisio. aliud simplex,aliud duplex.l.in tribus. ff.de iud. Ista tamen subdiuisio non uidetur necessaria,quia expressa.supra in 4.aliud sin-
88 singulare,aliud commune. ¶†Nona, aliud diuinum, aliud humanum.cap.si omnia.6. q.1. & iudicium istud diuinum semper æquum est & iustum, & in eo reuidẽtur iudicia humana iniquè peracta,c.cum æterni,de re iud.in 6. Et in iudicio diuino ueritati,quæ nunquam fallitur,omnia adhærẽt,c.a nobis, infra de senten. excommu. Et iudicium humanum debet quantum potest, sequi diuinum.c.tunc vera.11.q.3.& sæpe a superiore accipit coronam,qui ab inferiore accipit sententiam.cap.si ad tempus,ea causa, & q. & de isto iudicio diuino non loquitur nostra rubr.
89 ¶ Vltima† subdiuisio.aliud cõfessionis,aliud ecclesiæ,aliud conscientiæ,ut per Archi.in c.aliorum.10.q.vlt. Et nota, quòd in iudicio conscientiæ una & eadem persona est iudex, actor,reus, & testis.l.fina. C. de fideicom. & in iudicio conscientiæ nunquam habet locum misericordia,quia conscientia nemini parcit, iuxta illud Saty.

Prima est hęc ultio, quòd se
Iudice nemo nocens absoluitur, improba quamuis.
Gratia fallacis pretoris uicerit urnam.

Et econuerso. Iudicium perfectæ conscientiæ inquit, gloria mea hæc est,testimonium conscientiæ meæ.¶ Quid enim si non omnes laudant, & conscientia nos liberos esse demonstrat, secundum Pau.ad Corinth. 2.transumptiuè in c. inter uerba. 11. q.3. vnde illud,

Conscia

Conscia mens recti famæ mendacia ridet.

Et ideo Bal. hic diffinit conscientiam hoc modo, cõscientia est mẽtis qualitas se ipsam diiudicans. Aliàs diffinitiones conscien
90 tiæ ponit Ias. in §. sed istæ, col. 19. Insti. de act. ¶ † Circa ẽt quæstionẽ, de qua se remittit Pan. an iudicium super possessorio rei spiritualis dicatur spirituale uel temporale; non insistabo, sed etiam remissiuè loquar. Cõis conclusio est, ꝙ dicatur tẽporale, & ita tenent gl. Abb. & alij in c. literas. ʒ. de iura. cal. Io. Andr. & Cano. *cõiter* in c. fi. ʒ. eod. Et istud obseruant benè parlamenta Franciæ in omni possessorio, excepto possessorio adipiscendæ. ita declarat do. Gui. Papæ decisio. sua 1. & utrum procedat in possessorio retinendæ, uideas eundem decis. 85. quæ incipit, Curia parlamẽti. vbi concludit ꝙ sic. Et ideo habes in fine, quòd coram laico ad mittendi sunt articuli respicientes petitorium, & titulum beneficij pro corroboratione possessorij iudicij, ut per eundem Dec.
91 71. quæ incipit, Iudex laicus. ¶ † Successiuè quæro, quomodo discernatur iudicium criminale a iudicio ciuili. ista est utilis inuestigatio. Abb. hic latè examinat. ego omissa relatione, & discussione opinio. (quia censeo me incusari, ꝙ nimium immorer in ista rub.) adhærendo communi opi. elicio ex scriptis omniũ con
92 clusionem bimembrem. ¶ † Criminale iudicium dicitur, cuius finis est interesse publicum ex vindicta ueluti consequendum. Ciuile verò dr̃, cuius finis est interesse priuatum ẽt ex pœna delicti non corporea consequendũ, vel cuius finis est interesse publicũ alia ex causa, q̃ ex vindicta delicti cõsequendũ. ¶ Pro ista conclusione habetis gl. Bart. & cõiter Legistas in l. 3. ff. de sepul. viol. gl. in l. aut damnum. in prin. ff. de pẽn. gl. in l. j. & ibi Alber. & Sal. C. de rap. virg. gl. in l. fi. ff. de priua. deli. Cy. & Bal. in l. si qua per calumniam. C. de epis. & cler. Imo. in rub. ff. de pub. iud. Alex. & Ias. & *cõiter* scribentes in rub. C. eo. & do. Lancel. Dec. in rub. ff. eod. Inn. in c. qualiter & qñ, el 2. ʒ. de accu. Abb. in c. ueniens. col. 3. ʒ. de accu. d. Anto. & cõiter Canonistæ hic, Do. Signo. de Homod. consi. 244. inci. Quia per ipsum Rom. consi. 152. inci. Præsens accusatio. Alex. consi. 132. incip. Super primo dub. in 2. par. fundamentum huius conclusionis stat in §. in summa, Instit. de iniur. Ad idem tex. in c. quinque. 11. q. 1. iuncta gl. in uerbo, publicet. Et no. quòd addidi in descriptione iudicij criminalis, illa uerba,
93 † ex vindicta delicti consequendũ, timore contrarij formati per Bal. in d. l. 3. ff. de sepul. vio. & excludam. l. fiscum agentem petitione hæreditatis, uel alia actione ciuili, quo casu iudicium dicitur ciuile, licèt agatur ad publicam utilitatem. l. j. & l. deferre. ff. de iure fisci. ¶ Item addidi in descriptione iudicij ciuilis illa uerba, uel cuius finis est interesse publicum, &c. timore cõtrarij, quod possit formari de syndico ciuitatis agente ex cõtractu ciuitatis, ut in toto tit. ff. quod cuiusq; uniuersita. nomine. ¶ Cõtra istam conclusionem do. Abb. adducit fundamentum fortissimum in c. per tuas, ʒ. de simo. ubi agitur, ut prælatus remoueatur a beneficio, & sic pœna non applicatur parti, & tamen iudicium dici-
94 tur ciuile. ¶ † Super isto tex. insudarunt Doct. usque ad ista tempora. Aret. hic respondet dupliciter, ꝙ ille tex. loquitur in tertia specie. s. quando pẽna non applicatur neq; parti, neque fisco. Et ita etiã respondet Doctor meus in rub. C. & ante istos ita respondet Abb. in c. ex parte A. in gl. 2. ʒ. de testi. Adducũt simile, si agatur contra tutorem, ut remoueatur a tutela, causa est ciuilis: si uerò agatur, ut puniatur, causa dicitur criminalis, s'm Bar. in l. 1. §. sciendum, ff. de suspe. tuto. & in l. non solum. §. fi. ff. de proc. Ista solutio non placet, quia vult, ꝙ si pœna non applicetur neque parti, neq; fisco, ꝙ causa dr̃ ciuilis, nam confunditur per illũ tex. ubi si agatur, ut prælatus ab ordine remoueatur, causa dicitur criminalis, & tamen pœna non applicatur parti, neq; fisco. Et simile non obstat, quia si agitur, ut tutor remoueatur, dicitur agi ad priuatam utilitatem pupilli, non sic qñ agitur ut prælatus remoueatur ab ecclesia. Itẽ si agatur, ut tutor puniatur pẽna, quæ applicatur fisco, s'm gl. in d. l. j. & in l. 3. ff. de suspe. tut. Non sic qñ agitur ut prælatus deponatur ab ordinibus. Secundò respondet Are. ꝙ illud uerbum, ciuiliter, debet exponi non ita seuerè, utroque tamen casu iudicium erit criminale. Ista etiam solutio non satisfacit. primò violat literam. secundò illa aduersatiua, sed ciuiliter, sine copula, denotat diuersitatem in iure. l. marito. ff. ad l. Iul. de adul. & tamẽ isto casu nulla esset diuersitas in iure in modo agendi, si utroque casu diceretur agi criminaliter. Tertiò uerbum, ciuiliter, ibi ponitur respectiuè ad uerbũ, criminaliter, non autem respectiuè ad rigorem. Tertia solutio accõmodatur per quosdam Mod. ꝙ ibi dicatur ciuiliter agi, quia nõ agebatur principaliter de crimine, sed in consequentiam. Principaliter enim agebatur, ut deponeretur Abbas ab administratione, & pro causa adducebantur uaria crimina contra Abbatem. Et sic uolunt isti, ꝙ conclusio procedat, ubi principaliter agitur ad delictum, secus si principaliter agatur ad aliud, & in consequentiam ueniat causa delicti. isto casu erit iudicium ciuile. licèt pœna non applicetur patri, neque fisco. Tu aduerte, quòd ista solutio conditur per illum tex. Nam in primo casu agebatur principaliter, ut Abbas deponeretur ab ordine, ut pro causa adducebãtur delicta, & tamen tex. dicit ꝙ isto casu iudicium est criminale. Quarta fuit solutio Baptistæ de Caccialupis in rub. C. eo. ꝙ ibi causa est ciuilis, quia agebatur ad utilitatem priuatam monasterij, ꝗa prælatus erat damnosus monasterio, & sic facit pro, & non contra. Et istam sequuntur Moder. Papien. Tu aduerte, quòd si agatur ad utilitatem monasterij, non potest dici agi ad utilitatem priuatam, secundum Dec. hic per text. in c. nulla ratio, infra de præben. & in l. j. §. ius publicum. ff. de iusti. & iure. Et comprobo, quia contra prælatum damnosum ecclesiæ actio uidetur popularis. c. si quis presbyterorum, de rebus eccles. non alien. cuilibet enim laico in negligentiam clericorum licitum est agere, vt prælatus damnosus remoueatur ab administratione, secundũ Abb. in c. venerabili, in fi. supra de offic. deleg. Tertiò aduerte, quia ibi non solum agebatur, quia esset damnosus, sed etiam quia immeritus, quæ immerentia erat causata propter delictum simoniæ, ut ibi clarè cãtant illa verba. ¶ Cogitate ergo, si potest dici, quòd causa illa dicatur ciuilis, quia agebatur principaliter ad utilitatem monasterij, & non ad uindictã delicti. & ideo in descriptione addidi illa uerba, uel cuius finis est interesse publicum, alia ex causa, quàm ex uindicta delicti. Vnde infero, quòd si principalis pœna delicti & eius uindicta consisteret in priuatione officij vel beneficij, quòd causa esset criminalis, & ita procedit tex. in l.
95 3. ff. de crim. stel. ad fin. ¶ Secundò † oppono de l. Caius. ff. ad Sill. ubi pœna applicatur fisco, & tamen causa dicitur ciuilis. nam dicitur ibi, quod bona occisi, cuius necem non vendicauit hæres in termino, applicantur fisco. Nec obstat quòd morte rei extinguatur crimen, quia causa est pecuniaria. Et exponit Barto. id est ciuilis. dom. Dec. respondet, quòd expositio Barto. pecuniaria, id est ciuilis, non est uera, non tamen probat ratione. Tu uerò aduerte, quòd ratio Barto. & Doctorum, propter quam exponunt pecuniaria, id est ciuilis, non est bona. Nam ubi sententia habetur pro lata contra mortuum, tunc morte rei non desinit causa criminalis, nec crimen, secundum Bal. in rub. C. si pen. appe. mors interue. & in l. j. C. ne ex deli. defunc. Curt. consi. 60. quod incipit, Dux Philippus, col. 5. ubi præcisè allegant tex. in d. l. Caius. Et si dixeris, quomodo in l. Caius, habetur sententia pro lata? respondeo quòd sententia lata contra occisores ad accusationem, uel denunciationem alterius, habet effectum confiscandorum bonorum contra hæredem, secundum Bartolum. in l. 1. ff. de his, quibus ut indig. vnde stat simul, quòd mortuus hæres sit, & tamen causa dicatur criminalis. Sed tu defende Bart. quia si sententia pro lata habetur, ergo bona uigore sententiæ erant fisco acquisita, iuxta doctrinam Barto. in l. 1. ff. de priua. deli. unde uidetur, quòd iam amplius non agetur de crimine, sed agetur de causa bonorum actione petitionis hæreditatis, ut dicit Barto. ibi, & in d. l. 1. de his, qui. ut indig. Vnde retento isto intellectu, respondeo ad d. l. Caius, quòd ibi non agebatur ad pœnam applicandam fisco, sed agebatur ad pœnam iam applicatam, &
96 in patrimonio fisci incorporatam consequendam. ¶ † Amplia primò primam partẽ conclusionis, etiam si uindicta delicti consistat in pœna pecuniaria secundum glos. Barto. & scribentes in d. l. 3. de sepul. viola. reprobata glo. in l. si qua per calamniam, C. de episco. & cler. cum sim. Circa istam ampliationem Basign. & Dec. in ult. lect. adducunt quãplura iura, tex. scilicet in auth. sed hodie. C. de episco. & cler. & l. interrogari. C. de quæst. ponderando alternatiuam, uel copulam intermediam inter pecuniariam causam & criminalem. Quibus omnibus & similibus potest responderi, ꝙ ponitur causa pecuniaria, prout distinguitur a causa, in qua tractatur de crimine & nõ de pecunia, prout distinguitur causa ciuilis a criminali. ¶ Secundò amplia secundam partẽ conclusionis, etiam si agatur de crimine. c. super his, de accus. l. fi. ff. de fur. ¶ Contra istam ampliationem obst. tex. in c. itẽ cũ qs, de rest. spol. ergo ille tex. loquitur largè & impropriè, s'm Mod. & vltra eos comprobatur, quia ibi deducebatur crimẽ per uiam exceptionis, ergo ciuiliter. d. c. super his. Tertiò ampliatur secunda pars, etiam si directa uia agatur ad pœnam durius imponendam, quàm fieri possit, dummodo applicetur parti, iudiciũ erit ciuile, s'm Are. & Mod. hic, ac Are. & Ale. & Mod. in rub. C. eod. per tex. in l. infamen. ff. de publ. iud. & in l. ꝙ Senatus. ff. de iniu. plenè probatur in d. l. fin. ff. de fur. ubi pœna quadrupli applicatur parti, & est durior pẽna, quę imponi possit respectu partis, &
97 tamen iudiciũ est ciuile. ¶ Præmissa † inducuntur ad quæstionẽ, accusatus fuit Titius de furto, & petitum ipsum puniri ad uindictam, & restitutionem rerum ablatarũ ipsi accusatori, quod fieri potuit, s'm Bar. in l. interdum. §. qui furẽ. ff. de fur. pendẽte processu exhibetur indulgentia delicti. Quæritur, an ꝑ talẽ grãm iudicium desinat esse criminale. vtilitas esse euidens, pone ꝙ accusator petat accusatũ torqueri pro suo interesse, ut sciatur bona, quæ surripuit, & participes criminis: si dicamus iudiciũ non esse amplius criminale, accusatus erit relaxãdus; si dicamus contrariũ, erit torquendus. vr̃ ꝙ non sit amplius criminale, ꝗa pẽna delicti nõ est amplius fisco applicãda ꝑ ea, quæ supra dicta sunt, & quia grã extinxit crimen & processum criminis. l. 2. C. de gene. abo. & l. si docueris. C. de fal. ubi videtur casus in simili. ¶ Cõ
98 trarium determinat Paris. de Put. † in suo utili tract. syndica. in

ver.

ver. torturã, ver. pone ꝙ aliquis. motus, quia tortura ista non fit ad pœnam remissam. l. 3. C. de gene. abo. sed fit ad inuestigationem veritatis. l. nullam. C. de infa. l. edictum. ff. de quæst. Et si dixeris, In ciuilibus non habet locum tortura. Respondet, ꝙ causa criminalis remissa incalescit ciuili quantum ad effectum torturæ, & quia remanet criminalitas, licèt impunita. Sed aduerte, qa istud uř contra tex. in d. l. si docueris, in ver. sopitum. vnde alia ratio videtur melior, ꝙ Princeps nõ videtur voluisse tollere ius acquisitum accusatori per processum criminaliter institutum, ar. glo. in l. venia, & ibi Mod. C. de in ius uoc. & est generalis regula, quòd Princeps nunquam per suum rescriptum intelligatur velle tollere ius tertij. c. quãuis. de præsc. in 6. l. 2. §. meritò, ff. ne quid in loco pub. ¶ † Videamus modò quid sit iudicium mixtum, iudicium mixtum, ſm Abb. in quæstione præcedenti, dicitur quando agitur de crimine ciuiliter. per tex. in c. tuæ. s̄. de proc. & in c. super his. j̄. de accus. Aduerte, quia istud dictum Abb. est contra tex. in c. per tuas, de simo. vbi agitur de crimine ciuiliter, & tamē iudicium non dř mixtum. Secundò aduerte, quia vř Abb. cõtrarius his, quę dixit statim, dum dixit, iudicium dixi ciuile, si pœna delicti applicatur parti. Tertiò aduerte, inquantum alle. tex. in d. c. super his. quia Abb. & scribentes ibi sentiũt, ꝙ iudicium illud sit ciuiliter, & non mixtũ. Quartò aduerte, quia ꝯ istud dictũ facit, quia illud dř mixtum, quod participãs de utroque partim capit ab uno, partim ab altero, ſm Barto. in l. imperium, col. 4. uer. expeditis de mero. ff. de iur. om. iudi. uerum ubi agitur de crimine ciuiliter, licèt tractetur de crimine, nihil tñ capitur de iudicio criminali, ergo nõ poterit dici mixtum. ¶ Concludas igitur,

99 (at "in loco pub. ¶ † Videamus")

100 quòd iudicium dicitur mixtũ, † qñ agitur partim ad utilitatem publicam, partim ad priuatam, ut si pœna applicetur pro parte fisco, & pro parte priuato, secundum Alex. & Mod. in rub. C. eo. & in cons. 66. Viso processu, col. j. uol. j. Sed contra hoc stat fortis tex. in c. tuæ, præalleg. vbi si agitur ad separationem thori, iudicium dř mixtum, & tñ pęna pro parte non applicatur fisco. Respondet Alex. ꝙ ibi iudicium dř mixtum, quia participat de vtroque: de criminali. s. quia pęna separationis thori est quidã uigor publicę disciplinæ, iuxta tex. in l. licitatio. §. quod illicitæ. ff. de publica. participat de ciuilj, quia accusator consequitur lucrũ dotis. c. plerunque. j̄. de don. inter ui. & uxo. & iste fuit intellectus Io. And. d. Ant. & Abb. antiqui in d. c. tuæ. Iste intellectus nõ uidetur de iure procedere. Primò, quia pęna separationis thori respicit utilitatem priuatam, ut læsus propter adulterium liberetur ab obligatione præstandi debitum carnis. c. significasti. j̄. de diuor. Secundò, quia diuinat, ꝙ ibi ageretur ad lucrum dotis. Et si dixeris, lucrum dotis uenit in consequentiam, ut dicit Basign. Respondeo, ꝙ ea quæ ueniunt in iudicio in consequentiã, non faciunt iudicium aliàs criminale, uel ecõtra dici mixtum, secundum Bar. in l. interdum. §. qui furem. ff. de fur. Tertiò aduerte, qa causa diuortij videtur ciuilis, arg. l. licèt. C. de repu. ergo idem in causa separationis thori subrogata loco diuortij. c. 2. j̄. de diuor. Secunda fuit solutio Imolæ in d. c. tuæ, ut dicatur iudicium separationis mixtum, quia non seruat naturam criminalium, nec ēt ciuilium causarum. ¶ Istam solutionem improbat d. Lancelot. Doctor in rub. ff. eo quia eã attenta, deberet dici neutrale, non mixtum, quia non sequitur, istud non est uinum, neque etiam aqua, ergo est uinum mixtum, siue posca. Sicut etiam non sequitur, iste non est homo, non est fœmina, ergo Hermaphroditus: quia potest esse pecus. ¶ Sed aduerte, quia alius fuit sensus Imolæ, uoluit. n. dicere, iudicium separationis thori non seruat naturam iudicij criminalis in totum; non ēt naturam iudicij ciuilis, sed seruat mediã uiam inter utrunque, & sic debet dici mixtum. Tu nouiter considera, ꝙ ille tex. non dicit iudiciũ esse mixtum, sed accusationē esse quasi mixtã, quã ego arbitror appellari quasi mixtã, quia pęna separationis thori cõsistit utrique, cũ uterq; perdat ꝑ talē separationē ius exigendi debitũ ab altero, ut declarat Abb. in rub. j̄. de diuor. sicut diximus, actiones familiæ ercisc. cõi diuid. finiũ regundorũ, dici mixtas, eo quia unicuiq; assignatur aliquid de parte alterius, & quilibet dicitur actor & reus. §. quædam. Inst. de act. l. in tribus, ff. de iud. ¶ Iuxta præmissa quæro

101 † de vtili, & quotidiana q. An statuta loquentia de iudicio ciuili, uel criminali, habeant locum in iudicio mixto? exemplum, affinis accusatus de possessione turbata, cuius pœna est 100. libra. applicandarum pro parte fisco, & pro parte turbato, petit compromissum uirtute alterius statuti dictantis, ꝙ inter affines, ubi agetur de causa ciuili, fiat compromissum; an tale statutũ procedat in ista accusatione possessionis turbatæ, cuius iudicium est mixtum? Vř primò dicendum ꝙ non, quia statuta loquentia de iudicio ciuili, uel criminali in materia exorbitanti, non habent locũ in iudicio, ſm Alex. in rub. G. eo. Scdò, quia in materia exorbitanti sub simplicibus non continetur casus mixtus. s. uim passam. §. præscriptio, de adul. Bar. & alij in l. 2. in prin. ff. de uer. obl. Statutum autem, ꝙ affines teneantur compromittere, est exorbitans a regulis iuris, qa de iure nemo compellitur cõpromittere, ſm Bar. in l. furti. §. qui iussu, de infa. Abb. in rub. s̄. de treu. & pace. Tertiò, quia in causa mixta causa fiscalis dignior debet ad se trahere causam priuati. ar. l. quæ religiosis. ff. de rei uend. & c. quanto. j̄. eodem. & per tex. in specie, & ibi Bart. in l. j. C. de uend. rerum fisc. lib. 10. per quem tex. ita casum nostrum decidit Alexan. consi. 82. incip. in causa uertente inter Petrum, in ulti. dub. in j. uol. ¶ Contrariũ uř determinãdum, quia statutum de cõpromissis fiendis inter affines est fauorabile, ſm Bald. in l. qui se patris, & ibi Ias. col. 22. adducit aliàs authoritates, & dicit istã cõem esse opinio. C. vnde libe. In fauorabilibus autem sub simplicibus continetur casus mixtus. l. si ita scriptum. ff. de lib. & posth. cum suis concor. Tu aduerte, quia istud fundamentum nec pro, nec contra, uidetur benè adduci, quia nunquam quæritur, vtrũ sub simplicib. comprehendatur casus mixtus, qñ non reperitur in lege facta dispositio de omnibus simplicibus. l. hoc legatum. ff. de leg. 3. l. legatis uxori. ff. de leg. 2. no. Ias. in l. Titiæ textores. ff. de lega. j. in 3. col. Cum ergo in statuto de compromissis nõ fiat mentio, nisi de uno simplici, frustra & ineptè allegatur regula casus mixti. Circa istam quæstionem reperio Ang. & Al. in simili in l. eum qui, §. in popularibus. ff. de iureiu. qui in casu delationis iuramenti tenent, ꝙ pro parte fisci nõ possit deferri iurm, pro parte priuati sic. videtur ergo concludendum eodem modo, ut pro parte fisci non sit compromittẽdum, pro parte uerò turbati sic. ista distinctio non uidetur probabilis, quia cõtinentia eiusdem iudicij non est diuidenda. l. nulli. C. de iud. Quid ergo non tenendum? ergo arbitror inspicienda esse uerba primi statuti. si enim verba statuti de possessione turbata cantent isto modò, turbans condemnetur in 100. libris, quarum dimidia, &c. tunc procedat opi. Alex. in consi. 82. Quia est unica condemnatio, unicum iudicium, & causa fiscalis annexa attrahit causam priuati, d. l. j. C. de uendi, rerum fisc. Si uerò statutum dicat, turbans incurrat pęnã librarum centum, in quarum dimidia condemnatur uersus fiscum, in altera versus turbatũ, procedat opi. Ang. & Al. in d. §. in popularib. qa cũ sint condẽnationes separatim fiendæ, erũt duo iudicia; vnum ciuile, & aliud criminale. ita reperio uelle Matth.

102 in no. 70. inc. No. ꝙ si statutum. ¶ † Vltimò quæro, cui sit applicanda pœna pecuniaria a lege propter delictum simpliciter imposita, an fisco, an parti offensæ? Ab. distinguit, ut formaliter distinguit Bar. in l. Agraria. ff. de termi. mo. & eandem distinctionē facit Ang. in trac. male. in verbo, & dictum Sempronium in 300. libris. Tu facias tres conclusiones. ¶ Prima conclusio, ubi lex introducit accusationem, tunc pœna applicatur fisco. alleg. Abb. tex. in l. mulctarum. C. de modo mulc. & addit Dec. tex. in c. j. quę sunt rega. Sed aduerte, quia ista iura non uidẽtur probare, quia de accusatione ibi nullum uerbum. vnde Dec. conatur inducere hoc modo, ibi dicitur mulctas applicari fisco, ergo agitur criminaliter: si criminaliter, ergo per viam accusationis, quæ propriè locum habet ubi agitur criminaliter, secundum glo. Inst. de pub. iud. cum concord. alleg. per Alex. & Mod. in l. qui accusare. C. de eden. Ista inductio mihi non satisfacit, quia hoc modò probaretur ibi, ꝙ pęna applicatur fisco, non ex eo ꝙ competat accusatio, sed quia ibi esset expressum ꝙ applicet̃ fisco, imò quia hoc est expressum ꝙ applicetur, elicitur ꝙ cõpetat accusatio, & non econtra. Præterea præsupponit Dec. ꝙ ad mulctam agatur solũ per accusationem, ita ostendit sua inductio: sed hoc est falsum, quia etiam agitur actione in factum, ut tenent Ang. & Fulgo. & Ias. col. pe. in l. 2. ff. si quis in ius uoc. non ierit. Et stãte hoc, habes vnã ampliationē ad hãc ꝯclusionem, vt procedat etiã si cũ accusatione sit instituta actio ad pœnam. Secundò amplia, etiã si lex introducat accusationem pro delicto, pro quo principaliter lædatur priuatus, secundum Pan. hic in sui generalitate, ad quod bene aduertunt Mod. Et rõ est, quia ēt res publica dř lædi ex ipso delicto. l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de publ. Limita mõ dupliciter. primò, qñ pęna fuit imposita per nomina multiplicatiua, putã dupli, uel tripli, uel quadrupli, ſm Are. Fe. & Mo. hic, & Im. in rub. de pub. iud. & Ang. Inst. eo. in princ. alleg. Aret. tex. in §. q verò contra, in Auth. de san. epis. sed ille tex. nihil facit, quia text. expressè dicit exactæ personæ duplum deberi. Hæc conclusio loquitur, ubi simpliciter pęna imponitur, non exprimẽdo cui applicetur. Allegat secundo loco Fel. tex. in c. cum deuotissimam. 12. q. 2. & in cap. quisquis inuentus. 17. q. 4. Ista iura parũ faciunt, quia ultra quòd ibi pœna imponitur per nomina multiplicatiua, subsunt alię coniecturæ, ex quibus apparet, quòd pœna applicetur parti, dicunt enim sacrilegus damnum nouis componat, & sic pęna imponitur respectu damni, quo casu certum est, quòd applicatur parti, ut dicam in tertia conclusione. Item dicunt, prædam in quadruplum restituat. verbum, restituat, satis ostendit pœnam dandam parti cui fienda uenit restitutio simpli. l. uideamus. §. in Fauiana. ff. de usuris. Adducunt etiam rationem, quia in simplum inest duplum. l. hoc edicto. §. fina. ff. de pub. illi ergo debeatur duplum & triplum, cui debetur simplũ, & sic determinatio sit æqualis, secundum regulam. l. iam hoc iure. ff. de vulga. ¶ Sed contra de l. sacrilegij. j. & l. penult. ff. ad leg. Iuliam. pecul. iuncta glos. ibi. Ergo potest dici ex natura tituli, quòd nulla alia persona in casu illarum legum læsa erat, nisi fiscus. ¶ Secundò fallit in casu, in quo iam esset prouisum de pœ-

na

na applicanda fiſco ratione offenſæ factæ reipublicæ, & nulla eſſet facta prouiſio de pęna rōne offenſæ factæ priuato; tūc applicatur parti, ēt ꝙ lex introducat accuſationem, ſm Aret. & Mod. hic. Ratio, quia oīs prouiſio legalis debet intelligi facta in caſu neceſſario. l. j. §. dixerit aliquis. ff. de pub. Ego amplius dico, ꝙ generaliter, ubi ex aliquib. coniecturis apparet, ꝙ lex impoſuerit pœnam contemplatione partis offenſæ, indiſtinctè pęna erit ap-
103 plicanda parti, per ea quæ ſtatim dicam in ult. concl. ¶ † Secunda concluſio, vbi lex introducit actionem, pœna applicatur parti. l. 3. vbi gl. & Bar. ff. de ſepul. uiol. ¶ Amplia primò, etiam ſi lex dicat, iudicium dabo, quia tantum eſt, ac ſi dixiſſet actionem dabo. l. ſi quis id quod, in prin. & ibi latè Legiſtæ tentant iſtam materiam. ff. de iuriſ. om. iud. ¶ Amplia ſecundò etiam ſi lex imponat pęnam pro intereſſe publico, vt in actionibus popularibus, in quibus lite conteſt. pęna applicatur parti. l. ſi cui propter. de uerb. ſign. ¶ Amplia & tertiò in umni pœna impoſita ex edicto prætoris, quæ ſemper applicatur parti, ſm Alex. in d. l. ſi quis id quod, & ſequuntur Mod. hic. Ratio, quia ex edictis prætorū oritur actio in factum. §. fi. Inſtit. de interdic. Sed quænam fuit ratio huius ſecundæ concluſionis? Reſpondent omnes rationem eſſe, quia actio eſt ius proſequendi, quod ſibi debetur, Inſti. de act. in princ. Si ergo agit priuatus ad pœnam, dicendum eſt ꝙ ſibi debeatur. Et ex iſta ratione infert vnum ſingulare dictum Baſign. hic, licèt regulariter pœna confiſcationis bonorum, vel alicuius quotæ, applicetur fiſco ſecundum gl. in l. iubemus. §. is quoque. C. de ſac. ſan. eccle. quia confiſcatio eſt de regalibus. c. j. quæ ſint rega. quæ regalia non conueniunt priuato, niſi lex concedat, ſecundum Bar. in l. j. C. de bo. vacan. lib. 10. Attamen vbi lex diceret actionem alicui ad cōfiſcationem bonorum, iſto caſu confiſcatio applicaretur parti agenti quaſi lex tacitè concedat pœnam confiſcationis priuato, quo caſu non habet locum gl. in d. l. iubemus, ut eſt tex. expreſſus in l. j. §. ſin autem. C. de rap. virg. ¶ Nota iſtud dictum, quia multum importat. Sed aduerte, quia uidetur dubitabile: quia ſubiecta materia confiſcationis oſtendit, ꝙ debeamus impropriare iſtud verbum, actionem, & exponere. i. accuſationem, ut exponitur in rub. C. quando actio ciui. præiud. crimi. uerba. n. ſm ſubiectam materiam interpretātur & improprìantur. l. ſi olei. C. loca cum ſim. Limita, ut non procedat in pęna impoſita eo caſu, quo iā eſſet prouiſum perſonæ offenſæ, per ea quæ diximus in præcedenti concluſione. Limita ſecundò, niſi actio daretur fiſco, ita poteſt intelligi d. l. ſacrilegij, & d. l. pen.
104 ¶ † Tertia concluſio, vbi lex pro delicto imponit pœnam ſimpliciter, non introducendo actionem, uel accuſationem, pœna applicatur fiſco. allegatur textus in l. 3. C. de ſepul. viol. Sed ibi dicitur expreſsè, quod applicatur fiſco, voluit fortè īducere d. l. 3. iuncta l. ſequenti. Pro iſta concluſione Bar. in d. l. Agraria, allegat textum in d. l. mulctarum, & d. c. j. quæ ſint reg. Et ex hoc colligo id, quod ſupra dixi, quòd Abb. & Dec. malè allegant iſta iura pro prima concluſione. Ratio huius concluſionis eſt, ſecundum Aret. quia in iudicio publica vtilitas eſt præferenda priuatæ, c. bonæ. ſupra de poſtul. prælat. utilitas. C. de primipil. lib. 12. Nec ob. tex. l. non puto. ff. de iure fiſci. quia procedit, vbi agitur de damno priuati, & de lucro fiſci, ſecus vbi agitur de pari damno, & de pari lucro: tunc præfertur ſemper fiſcus. l. j. C. de iure fiſci, ſecundum vnam lect. quam ſequitur ibi Bar. & Alex. & Mod. in l. j. ff. ſol. mat. & Fel. in c. paſtoralis. col. 4. ſupra de reſcr. vel aliter reſpondeas, vt hic per Mod. qui aliter limitant d. l. non puto. ¶ Fallit, niſi pœna reperiatur impoſita contemplatione partis offenſæ, vel in recompenſationem damni, ſeu iniuriæ. ita procedit tex. in l. pen. ff. de in ius voc. ſecundum vnam ſolut. Ang. in d. l. ſi quis id quod, ſed ille text. non probat, eo quia pro illa pœna tex. introducit actionem in factum, Inſti. de accuſ. & ibi in ſpecie d. Iaſ. reprehendit Ang. col. 7. allegatur etiam tex. in l. fin. C. de litig. ſed ibi hoc clarè exprimitur, vt etiā aduertit Bar. in d. l. Agraria. allegatur etiam tex. in c. quibuſdam. infra de pœ. Sed ibi non poterat alteri applicari veriſimiliter. ¶ Tu ergo melius allega regulam l. ſeruo. §. ſi teſtator, & l. ſi cui. §. ſi Titio. ff. de le. j. quæ eſt, quòd vbi diſpoſitio fit contēplatione alicuius priuati, tūc actio ſibi competit ex illa diſpoſitione, licèt non exprimatur, & bene no. Ro. ad ſtatuta. conſi. 32. in 3. dub. in ver. hoc Idem probatur. Si ergo dicamus parti competere actionem, ergo ſibi applicabitur per ea, quæ dixi in præcedenti concluſione. ¶ Limita ſecundò de iure canonico, quę pœna in dubio applicabitur iudici, qui ſi uoluerit euitare ſuſpicionem cupiditatis, debebit eam erogare pauperibus, vel conuertere in pios vſus, ſecundum Abb. in c. licèt. infra de pœn. & hoc de pœnis legalibus. Cui autem applicentur pœnæ in inſtrumento appoſitæ, uideas per Bar. in l. vxorem. §. hæres. ff. de leg. 3. & remiſſiuè per Iaſo. Inſtitu. de actio. in princip. in uerbo, actio. & Barto. conſil. 29. & Alexan. conſi. 138. colum. fin. uol. 1. Cui autem debeant applicari pœnæ conuentionales, ponunt Bal. & Moder. in l. ſi quis maior. C. de tranſac. ubi concludunt, quòd applicantur parti attendenti, niſi aliter expreſsè caueatur. Et ex his fœliciter ſit expedita præſens Rub. die 17. Ianua. 1519.

SVMMARIVM.

1 *Concilium, etiam ſi in eo non interueniunt omnes Epiſcopi totius mundi, tamen per hoc non reſtat, quin dicatur Concilium generale.*
2 *Concilia. Nicenum, Calcidonenſe, Conſtantinopolitanum, & Epheſinum, dicuntur principalia.*
3 *Concilium, ſynodus, cętus, & conuentus quid ſint, & quomodo inter ſe differant.*
4 *Ex Concilio. & in Concilio, quomodo differant.*
5 *Verba iſta, de Concilio Concilij, quid importent.*
6 *Verba iſta, cum cenſenſu Concilij, quid importent.*
7 *Concilio ſacro approbante, quid ſignificent iſta uerba.*
8 *Conſtitutio utrum dicatur Papalis, an Conciliaris, quid conferat ſcire.*
9 *Exceptione declinatoria non uti promittens aduerſus iudicem, pęnitere non poteſt.*
10 *Concilium prouinciale, & ſi non poteſt Epiſcopum deponere, poteſt tamē proceſſum facere, & de cauſa criminis cognoſcere.*
11 *Aduerſarius meus dicitur, qui mecum in lite contendit.*
12 *Subrogatus in lite dicitur aduerſarius.*
13 *Aduerſarius dicitur omnis, qui contradicit.*
14 *Inimicitiæ cauſa non eſt inſpicienda, an ſit iuſta uel iniuſta, nec a quo procedat ſed conſiderandus eſt effectus productus.*
15 *Iudex a me iuſtè recuſari poteſt, ſi in alia cauſa mecum litigat.*
16 *Prælatus in cauſa ſuæ eccleſiæ, poteſt recuſari iudex tanquam ſuſpectus.*
17 *Litigans lite finita in cauſa criminali, an repelli poſſit a teſtimonio contra collitigatorem.*
18 *Aduerſarius in cauſa criminali lite pendente, an in totum repellatur a teſtimonio contra aduerſarium.*
19 *Aduerſarius meus in cauſa ciuili, etiam lite pendente non prohibetur teſtificari contra me in alia cauſa.*
20 *Citatio non ualet, niſi fiat parte petente.*
21 *Iuriſdictionem an declinare poſſit quis, ſi interrogatus an cum aduerſario uelit experiri, reſpondeat quòd ſic.*
22 *Concilium prouinciale, an excommunicare poßit Epiſcopos, licèt non poſſit deponere.*
23 *Excommunicatus donec ſatisfecerit, an ſola ſatisfactione ſit liberatus. n. 24.*
25 *Suſpenſus donec ſatisfecerit, an ſola ſatisfactione liberetur.*
26 *Iudex, an poſſit mulctare contumacem etiam nemine petente.*
27 *Excommunicatus propter ſolam excōicationem, an debeat priuari beneficio.*
28 *Beneficio an priuari poſſit reſidentiā non faciēs propter aliquod impedimētū.*
29 *Excommunicatus declarari quis poteſt abſque contumacia, quando delictum eſt notorium.*
30 *Contumax is dicitur, qui illicentiatus ante tempus recedit.*
31 *Contumacia an ſit peccatum mortale.*
32 *Contumax is plus dicitur, qui non comparet, quàm qui non paret.*
33 *Iudex an poßit ferre ſententiam per uerbum, uidetur.*
34 *Sententia lata per uerbum, credo, an ſit ualida.*
35 *Sententia lata hoc modo, ita iudicamus ſecundū noſtrā conſcientiā, an ualeat.*
36 *Scholaris indignè petēs Doctoreum gradum, pręſumptionis delictū incurrit.*
37 *Teſtes propriè non dicuntur, qui deponunt de peritia artis.*
38 *Reſcriptum non uitiat falſa latinitas, quæ per figuram ſaluari poteſt.*
39 *Iudex non poteſt reijcere exceptiones calumnioſas, & ad ulteriora procedere appellatione non obſtante.*
40 *Concilium prouinciale, an & quando poßit in totum recuſari.*
41 *Concilium totum an poſſit recuſari, ubi caput eſt ſuſpectum.*
42 *Concilium, ubi præſidentes ſunt ſuſpecti, an poſſit recuſari, etiam ſi caput non ſit ſuſpectum.*
43 *Iudex reuocari poteſt, ubi aßeſſor eſt ſuſpectus.*
44 *Epiſcopus an poſſit recuſari propter ſuſpicionem Vicarij, & econtrario.*
45 *Concilium generale, an poßit recuſari.*
46 *Epiſcopus uolens recuſare concilium, debet adducere & probare legitimam ſuſpicionis cauſam.*
47 *Dictio, aliquando, quandoque denotat regulam eße in contrarium, quandoque facit regulam.*
48 *Pactum prorogatiuum iuriſdictionis iudicis non ſui, an ſit reuocabile uſque ad litem conteſt.*
49 *Pactum de non declinando iuriſdictionem proprij iudicis, eſt irreuocabile, & ſtatim obligatorium.*
50 *Iuriſdictio, quæ declinari poteſt, non uidetur habere perfectum eſſe.*
51 *Iudex prorogatus, antequàm incipiat uti iuriſdictione, non cenſetur ordinarius prohibitus cognoſcere de cauſa.*
52 *Pactum de non declinando etiam factum extra iudicium, eſt obligatorium.*
53 *Confeſsio ſine cauſa facta, an & quando ſit nulla tanquam indiſcretè facta.*
54 *Reorum eſt fugere.*
55 *Pœnitens in caſibus, in quibus eſt licita pęnitentia, an teneatur ad intereſſe. Et an pęnitens poſsit conueniri ad tale intereße coram iudice prorogato. & nume. 56.*
57 *Iuramentum habet uim clauſulæ, rato manente pacto. Et iuramentum ſuper mutuo ciuili non tollitur per exceptionem non numeratæ pecunię, quæ ſecundum materiam ſubiectam poterat opponi.*
58 *Iuramentum interpoſitum ſuper actu reuocabili, non impedit reuocationem.*
59 *Iuramentum obligat præciſè, & facit quod in contractibus innominatis non licita pęnitentia.*
60 *Reſpondere, uerbum, in contractibus idem eſt, quod ſoluere: in iudicialibus uero idem eſt, quòd comparere.*

Obliga-

61 *Obligatus potest conueniri præcisè in loco destinatæ solutionis, non obstante pœnitentia.*
62 *Locus destinatę solutionis dicitur locus ipsius contractus.*
63 *Forus foro additur per destinationem solutionis ad alium locum.*
64 *Promissor in loco destinatæ solutionis non potest conueniri, nisi ibi reperiatur, & hoc, nisi renunciatum esset priuilegio.*
Et limitatur ista conclusio pluribus modis, ut poteris uidere, nu. 65, & 66.
Et an prædicta conclusio procedat in clerico, ut possit conueniri si ibi reperiatur, absque licentia sui superioris. nu. 67.
68 *Clericus an poßit conueniri in loco contractus, seu destinatæ solutionis, etiam si ibi non reperiatur in casibus, in quibus non renunciasset priuilegio fori, uel iurasset, uel promisisset se ibi representare.*
69 *Soluere promittens in pluribus locis specificè copulatis, intelligitur promisisse partem soluere in quolibet loco ad ratam locorum.*
70 *Soluere promittens in pluribus locis specificè copulatis adiecta clausula generali, & ubique locorum, intelligitur promisisse soluere totum in uno loco.*
Et nota, quòd uirtute talis clausulæ non poterit conueniri in loco magis remoto, quàm sint loca expressa. nu. 71.
72 *Soluere promittens, ubicunque fuerit inuentus, potest ubicunque conueniri.*
73 *Promittens respondere in aliquo loco, uel ubicunque, non potest conueniri, nisi in locis, ubi aliàs de iure conueniri poterat.*
74 *Excommunicatus propter contumaciam debet absolui, si præstet cautionem de parendo iuri, & an sufficiat cautio iuratoria.*
75 *Excommunicatus pro manifesta offensa non est absoluendus, etiam si uelit satisdare de satisfaciendo, nisi actualiter. & nu. 76.*
77 *Perseuerans in excommunicatione per annum, habetur pro confesso, & conuicto.*
Et an sit priuatus, uel priuandus beneficijs. nu. 78.
79 *Sententia excommunicationis ualet, etiam quòd excommunicatus non fuerit citatus ad audiendam sententiam.*
80 *Contumax non potest mulctari absque noua citatione.*
81 *Citatio trina non requiritur in sententia excommunicationis, ferenda contra manifestum contumacem.*
82 *Excommunicari potest sine trina citatione monitus in synodo.*
83 *Contumax manifestus an dicatur, qui respondit nuncio se non uelle cōparere,*
84 *Contumax non læditur in aliquo propter cōdemnationem expensarum ob contumaciam.*
85 *Iudex an possit delinquentem mulctare, & pęnam ordinariam imponere.*
86 *Citari non possunt illustres personæ a nuncio sine speciali commissione.*
87 *Furem in furto deprehensum, an & quando liceat occidere, si telo se defendat.*
88 *Procurator creditoris, an possit capere debitorem fugitiuum.*
89 *Iudex si non potest aliter ueritatem habere, potest uti simulationibus, & reo promittere, & nihil obseruare.*
90 *Nuncio dicenti in relatione se citasse de commissione iudicis, an credēdum sit.*
91 *Excommunicationem an importent hæc uerba, nullus ei communicet.*
92 *De Quouultdeo, quid significet.*
93 *Doctor ut quis dicatur, quæ requirantur.*
94 *Scholaris intrans, & non aduertens, uel non studens, an gaudeat priuilegijs scholarium.*
95 *Scholaris inhonestè uiuens, an gaudeat priuilegijs scholarium.*
96 *Nomina uerbalia sonantia in delictum, unico actu uerificantur.*
97 *Mulier, quæ cum uno duntaxat fornicata est, an dicatur inhonestè uiuere.*
98 *Nomina significatiua alicuius officij, quod quis propria authoritate assumit, non uerificantur ex unico actu.*
99 *Mercator quis dicatur.*
100 *Mercatores nostri temporis, qui stant domi, & mutuant sub usuris, an debeant gaudere priuilegio mercatorum.*

DE Quouultdeo. ¶ Antequàm veniā ad text. Quæro, qd
velint illa uerba, ex Concilio Africano, posita in
suprascriptione. Pro pleniori intelligentia, quęro
primò quid sit istud Conciliū Africanum? Rn̄de
vt habetur in c. prima annot. 16. dist. Secūdò quæ
1 ro, quot† sint species conciliorum? rn̄de ut per gl. in sum. 17. dist.
& Abb. in c. graue. j. de præb. & not. ꝙ licèt oēs Epi totius mun
di non interueniant in Concilio generali, tn̄ propter hoc non
restat, quin dicatur generale: quia apud interessentes, licèt mi-
nor pars sit, totum Concilium residet, c. quod sicut. s. de elec. &
dicit Pet. de Monte in tract. de potesta. Papæ, col. 16. ver. 6. quæro,
quòd data contumacia maioris partis, pōt minor pars pronun-
ciare se consumare Conciliū generale. sequitur Fel. in c. nonnul
li, col. 10. s. de rescr. Dec. consi. 151. incip. Maximi ponderis ma-
teria. & cons. seq. dn̄r ergo generalia Concilia, quia oēs Epi de-
berent interesse, licèt actu aliqn̄ non intersint. Aliqui tn̄ sunt,
qui dicunt ꝙ dn̄r generalia, quia illis præest Papa generalis spon
sus omnium ecclesiarum, c. cuncta per mūdum, 9. q. 3. quod non
vr̄ verum, quia potest fieri Concilium ꝯ Papam, maximè hæreti-
cum, eo inuito & cōtumace, iuxta tex. in c. si Papa, 40. dist. quod
firmat Bal. in c. olim, s. de rescr. & Docto. in d. consi. Vel aliter tu
dicas, ꝙ appellantur generalia, quia statuta in illis omnes ligāt,
2 c. j. s. de confe. ſm Abb. in c. sicut, in prin. j. de acc. ¶ † Quæro ter-
tiò, quæ sint Concilia principalia? responde 4. Nicenum, Calci-
donen. Constantinopol. & Ephesinum, & dn̄r principalia, quia
in eis, uelut in quadrato lapide, omnis sanctæ fidei structura con
surgit, & cuiuslibet actionis, uel uitæ cōis norma cōsistit. c. 2. 15.
3 dist. ¶ † Quartò quæro, quid differant ista nomina, Concilium,
Synodus, Cætus, & Conuentus? Rn̄deo, ꝙ canones utuntur pro
synonimis, c. j. ead. dist. & ibi hr̄ etymologia horū uerborum. dic
tn̄, ꝙ Conuentus propriè est cōgregatio religiosorū, Capitulum
verò clericorū secularium, ſm Abb. in c. edoceri, ubi no. s. de rescr.
4 & Gem. consi. 130. col. 2. ¶ † Quæro quintò, quæ dr̄ia sit inter ista
uerba ex Concilio, & in Concilio? rn̄de ſm Fel. & Mod. qn̄ dr̄ ex
Cōcilio, dēt intelligi ꝙ illa cōstitutio est Conciliaris: qn̄ uerò dr̄
in Cōcilio datur intelligi, ꝙ est Papalis, ut declarat Abb. in c. j. s.
de pac. & in c. consensu, j. de reb. ecc. non alie. & in c. j. j. de spon
sal. & in c. Osius eps. s. de ele. & ratio in primo casu est, q̄a dictio
ex, denotat cām proximam, l. ex eo tpe, & ibi Bar. ff. de pecu. c. in-
5 ter dilectos, & ibi Abb. col. 3. j. de fi. instru. ¶ † Sextò quæro, quid
si dicatur de consilio Concilij? Doc. hic rn̄dent, ꝙ dicitur Papa-
lis, non Conciliaris ſm quosdam, quia actus non attribuit con-
sultori, ex eo ꝙ consultus non tenet consiliū sequi, c. cū olim, s.
de arb. Tu adde ad Dec. Aret. de rescr. 73. ubi si collatio fiēda sit
per Epm cū consilio Capituli, tota dr̄ spectare ad Epm. Scd̄ò ad-
de, quod decidit Abb. in c. non pōt. col. fi. & ibi Fel. j. de re iudic.
vbi habens interuenire tanquā consultor, non pōt dici collega.
Tertiò adde Bal. in l. j. C. de manumis. uin. ubi facit differētiam,
an dicatur de consilio Concilij, an cum consilio Concilij. Primo
casu dictio, de, denotat substantiam. Secundo casu dictio, cum,
6 stat accessoriè. ¶ † Quæro septimò, quid si dicatur cum cōsensu
Concilij? Dec. hic instat concludenter, ꝙ dicatur Papalis, & non
Conciliaris per regulam, ꝙ aliud sit facere, aliud facienti cōsen-
tire. l. aliud est uendere, ff. de reg. iur. & l. si pater, de manum. uin
di. & per alia, de quibus hic per eum. & melius probatur in c. vni
co, §. j. ne sede uacan. lib. 6. Hinc adde, quod per illū tex. dicit Ar-
chi. & Io. And. in c. cum illis, col. 4. & Gem. ibi in §. fin. col. j. lib. 6.
ubi dicunt, ꝙ sufficit impetranti exprimere collatorem, licèt ni-
hil dicat de consensu aliorum, qui habent consentire. & sequi-
tur Fel. in c. eam te, col. 13. s. de rescript. & dicebam propter hoc
aliàs, quòd rescriptum impetratum per minorem super rescissio
ne contractus non erat subreptitium, licèt fuisset tacitum pro-
7 pinquos consensisse contractui. ¶ † Quæro octauò, quid si dica-
tur, sacro approbante Concilio? reperio Gemi. consi. 44. quod in
cipit, Dominus noster Papa, determinare ꝙ dicatur constitutio
Concilij per illam regulam, ea nostra facimus, &c. l. 2. §. sed quia,
C. de uete. iure enuc. c. si apostolicæ, de præben. in 6. uidetur ta-
men, ꝙ malè dicat, quia vbicunque constitutio originatur a Pa-
pa, Papalis dicitur, licèt Concilium approbet, ſm Pan. in d. c. j. de
sponsa. & contra Gem. allego tex. in c. nimis. j. de iureiur. in ver-
bo, sacri authoritate Concilij prohibemus. iuncta subscriptio-
ne, quæ dicit, in Concilio generali. Nec obstat regula præallega-
ta, quia loquitur quando impartitur authoritas alicui non ha-
benti facultatem actus celebrandi, sed Papa habet potestatem
8 legis condendæ, c. j. s. de constit. ergo, &c. ¶ † Vltimò quæro, quæ
sit vtilitas scire, an constitutio dicatur Papalis, an Conciliaris? re
sponde ꝙ est multiplex. ¶ Primò, omnis constitutio Concilij ha
bet clausulam derogatoriam ad futura rescripta ideo clausula
generalis, non obstante aliqua lege, non est sufficiens ad dero-
gandum constitutionibus Concilij, nisi de eis fiat specialis men
tio, secundum Archi. in c. j. de constit. lib. 6. & Fel. latissimè in c.
nonnulli. col. 3. & 4. supra de rescri. ¶ Secunda utilitas, licèt Epi-
scopus in pluribus possit dispensare contra constitutiones Pa-
pæ, secus tamen contra constitutiones Concilij, ſm gl. in c. cum
dilecti in uer. ætate, s. de elect. ¶ Tertia vtilitas, quia Legatus de
latere non potest derogare, nec dispensare contra constitutio-
nes Concilij. c. dilectus. j. de præb. iuncto c. 2. de concess. præb. &
glo. & Abb. in c. j. eod. titu. Et horum omnium ratio est, quia fir-
mius reputatur, quod a pluribus sancitur, c. prudentiam, in prin
cip. j. de offic. deleg. & magis integrum iudicium est, quod pluri
morum factis confirmatur, c. extra conscientiam, 64. dist. & c. per
hoc, §. uerum, de hær. in 6. & istam rationem adducit Dec. consi.
152. col. 2. ¶ Declarata suprascriptione, uenio ad tex. Pro cuius
clariori intelligentia præmitto quatuor. Primò, quòd verbum
de Quouultdeo. legitur trib. mo. Primo modo, ꝙ sint duæ dictio
ne, de, scilicet, & ista sit præpositio. Secunda Quouultdeo, & ista
sit nomen proprium ablatiui casus, & tunc subaudiendum est
verbum statutum est, ſm Tancr. Secundo modo legitur, ut sint
duæ dictiones, vt s. sed nihil sit subaudienum, & tunc regitur a
verbo, placuit Tertio modo legitur, ut sit vnicum verbū, & uni-
ca dictio, & sit nomen ꝓpriū, & ita intelligit gl. hic, & ſm istum
intellm̄ erit datiui casus. iste intells non placet Abb. j. col. pe. qa
tunc illud relatiuū idem de quo in tex. esset superfluū. Scd̄ò præ
mitte, ꝙ tex. in relatiuo, quem, multiplr hr̄ impressus: aliqui hn̄t
quē, & tunc saluatur latinitas per figuram anthitesim, ut dicam
in glos. aliqui habent qui, & litera plana est; aliqui habent quo-
niam, & iste uidetur melior, secundum Io. And. & Doct. Tertiò
præmitto, quòd illa uerba, interrogatus, an cum eo, &c. duplici-
ter intelliguntur, Primò, quod iste Episcopus fuerit uocatus, in-
terroga-

terrogatus,& excommunicatus a Concilio prouinc.& ita intelligit Abb.in c.j.& 6.no.& *cōiter* sequuntur Doc.Secundò legitur tex.ꝙ fuerit uocatus,interrogatus,& excōicatus a Concilio generali,& isto modo intellexit Abb.in figuratione casus, qui isto modo esset contrarius, nisi salues ꝙ figuratio casus fuit Bernardi glossatoris. ego ỹ.tentabo tertium intellectum dare .i. ꝙ fuerit uocatus a Concilio prouinciali, interrogatus ab aduersario, & excommunicatus a Cōcilio generali.Vltimò præmitto,ꝙ iste tex.timore contrarij l.si conuenerit,ff.de iurisd.om.iud.legitur va rijs modis, & ſm uarietatem lecturarum uariantur summaria:
9 communiter aūt sic summatur.¶†Promittens nō uti exceptione declinatoria aduersus iudicem aliàs suum, pœnitere non po test, & hoc ad unum effectum, uel ad alium sic dicatis. Contumax in non comparēdo potest excōicari, non aūt beneficio pri uari,attentis istis summarijs.Considera subtilius,quare hæc Decretalis fuerit situata in hoc titu. Nam respectu primi summarij melius fuisset posita in tit.de fo. comp. vt fecit Iurisconsultus in situatione d.l.conuenerit, respectu uerò secundi summarij melius stabat in tit.de dolo & contu.
10 ¶†Diuiditur ut hic per Abb. No.primò ſm Pan.ꝙ causæ etiam Episcoporum olim tractaban tur in Concilio prouinciali, citati legitima exceptione cessante tenebantur respondere,c.2.6.q.3.Circa istud no.aduerte ad qua tuor. Primò, ꝙ non uidetur probari hoc, ſm Dec.qui intelligit tex.ꝙ Episcopus fuerit vocatus,interrogatus,examinatus,& excommunicatus a Concilio Africano, quod potuit esse generale,immo sine dubio fuit generale, d.c. prima annotatio,16.dist. & ꝙ in tex.isto causa tractaretur in Concilio generali,ꝓbat tribus medijs. Primò, quia tex.in fi.præsupponit,ꝙ Episcopus potuisset deponi,si fuisset de cā cognitum,hanc aūt depositionem non pōt facere Concilium prouinciale, c.accusatus. 6.q.3. ergo dicendum,ꝙ cā tractaretur in Concilio generali.¶Sed ad istud rñdeo clare,ꝙ licèt Eps non possit deponi a Concilio prouinciali,pōt tñ Concilium prouinciale processum facere, & de causa criminis cognoscere,ut probatur in d.c.accusatus, & c.sequ.Vel aliter dico, ꝙ pp hoc, quia non poterat deponi,habitus fuit recursus ad Concilium generale,ut vult do.Ant.in figuratione casus.& licèt Dec.in vltima lectura sentiens istam rñsionem,dicat, quòd istud est diuinare,tñ ita necessariò dicendum est,ut statim demonstrabo.Secundò mouetur,quia ista decisio est hic inserta pro canone generali,ergo edita a Cōcilio generali,sed istud ego fateor, ꝙ fuerit edita a generali Concilio propter recursum habitum ad ipsum.Tertiò mouetur, quia uerba debent intelligi in potentiori significatu.l.j.ff. si ager vect. vel emphy.pe.c.pe.ỹ.de sent.excom.Ergo uerbum illud, ad Cōcilium, de quo in tex.erit intelligendum de Concilio generali potētiori. Sed rñdeo,ꝙ ista regula procedit in dubio. vnde attende, quia dico ꝙ iste tex. in prima parte necessariò debet intelligi de Concilio prouinciali. Nam ſm omnes. Quo vult Deus poterat declinare examē concili,& propter hoc fuit interrogatus si uolebat cōsentire in eius iurisdictionem. Hoc sic præsupposito, dico ꝙ loquitur de Concilio prouinciali,quia si loqueretur de generali,nullo modo iste Eps potuisset declinare: non quidem ratione deficientis iurisdictionis,quia est iudex cūctorum,16.& seq.dist.per tot. nō etiam poterat recusari,tanquam suspectum,ut concludit ỹ.Abb.& eo maximè,quia caput eius est Papa,qui non pōt recusari, ut suspe ctus,ſm Abb.in c.querelam,col.2.de elec. & Fel.in c.cum venissent, col.3.ỹ.eod. imò Papa potest committere causam ex certa scientia iudici suspecto cum clausula,recusatione remota,secun dum Abb.in c.ex transmissa,ỹ.de foro comp.non etiam ratione priuilegij,quia priuilegium concessum alicui,ne teneatur rñdere coram Papa,non ualet,ſm Ioan.And.in c.cum instantia,ỹ.de censi.sequitur Fel.in c.2.col.16.ad fi.s.de rescr. Non etiam ratione impedimenti,quia iste Episcopus iam uenerat ad istud Concilium,& postea discessit.¶Secundò aduerte inquantum Abb. dixit,ꝙ olim causæ Episcoporum tractabantur in Concilio pro uinciali,vr̃ innuere ꝙ hodie nō tractentur,qđ est falsum,& contrarium tenet idem Abb.in c.graue.ỹ.de præbend. defendendo rñdet Basig.ꝙ hodie non tractantur de cōsuetudine, ſm Vicen. Tu aūt dicas,ꝙ Abb.non negat,ꝙ etiam hodie non tractentur, sed ideo dicit olim,ut ostenderet, ꝙ dispositio huius tex.non est noua,uel ad excludendum opinio.eorum,qui dicebāt, ꝙ solum causæ inferiorum clericorum olim tractabantur, quod patet ex implicatiua,etiam.vel dixit olim,quia causæ Episcoporum de iure antiquo,etiam quo ad depositionem expediebantur in Concilio prouinciali,c.episcopus,cum gl.11.q.3. & Pan.ỹ.in 3.nota. & si intelligamus tex.nostrum loqui ſm illa iura antiqua, possumus dicere ꝙ iste Episcopus fuerit uocatus,interrogatus, & excōicatus a Concilio prouinciali:& uerbum, placuit.i. Concilio generali, intelligatur confirmādo sñiam Concilij prouincialis. ¶Tertiò aduerte,si intelligamus illa verba,legitima exceptione cessante.i.remota.Abb. uideretur malè loqui,quia ipse ỹ.dicit in 3.col.ꝙ Cōciliū ꝓuinciale pōt recusari.Secundò,si legitima exceptio non obstabat,frustratoria fuisset interrogatio, ergo possumus dicere,ꝙ tenebatur respondere.i.comparere allegaturus exceptiones declinatorias,iuxta l.si quis ex aliena. ff.eo.titu.Vel possumus intelligere,ut illa verba cessante,&c. sint ablatiui absoluti,qui faciunt conditionem,i.si cessauerit.l.euictis agris.ff.de vsu. ¶Quartò potes ex isto notabili inferre, ꝙ Archiepiscopus, qui non pōt solus cognoscere de causa subditorum sui suffraganei,nisi per viā appellationis.c.pastoralis.s̃.de offi.ord.tñ in Concilio una cū alijs suffraganeis pōt.& ꝓ hoc no. videatis gl.not.in c.mu tis.17.dist.quam multū extollit Ro. consi.521. quod incipit,Circa ꝓpositam consultationem.
11 ¶†Secundò no.ꝙ aduersarius meus dr̃,qui mecū in lite contendit.ad idem tex.in c.aduersarius,ỹ.de eo,qui mit.in pos.& in l.si aduersarius.C.de fi.instru. cum.sim.¶Amplia octo modis. Primò ſm Bar. vt ꝓcedat ēt ante.inchoatum iudiciū,§.oīm,Instit.de pen.tem.liti. & ꝓbatur in tit.isto ſm Mod Tu adde tex.in c.fi.ỹ.de fo.comp.¶Aduerte tamen,qa ista iura uidentur impropriè loqui, qa aduersarius dr̃,q contradicit intentioni alterius ſm Ab.in c. in literis,ỹ. de restit. spol.Ergo antequam ꝯdicat,non debet dici aduersarius, cū possit deliberare non uelle contēdere.l.j.ff.de eden.¶Secundò amplia,ut ēt subrogatus in lite dicatur aduersarius, c.fi.ỹ.vt li.pen. Adde tex.in l.item si res. §.fi. in ver. molestum aduersarium ꝓ se subijceret.ff.de alie.iud.mut.¶Tertiò amplia, ut Aduocatus,& procurator aduersarij mei,etiam dicantur aduersarij.l.j.cum gl. in uerbo,aduersario,ff.de cal.& de proc.Adde tex.in c.2.de confe.lib.6.Hinc est,ꝙ procurator & Aduocatus non sunt idonei te stes in causa,in qua patrocinium præstant, ſm gl.in c.Romana, de testi.lib.6.& Bart.in l.deferre.ff.de iu.fi.& Fel. latè in c.a nobis,& ibi alij,col.fi.ỹ.de testi.¶Quartò amplia, ꝙ ēt oīs, qui pōt a sñia appellare,uocatur aduersarius, ſm Bal. in c.qm̃.ỹ.de testi. quem allegant Mod.hic,sed non reperio ꝙ istud dicat: benè autem istud tenet Barba.in cap. fina.ỹ.quod met. cau.Sed aduerte, quia aduersarius denominatur ab actu. licèt ergo possit tertius appellare a sententia pro suo interesse, c.cum super, ỹ.de re iud.ante tñ q̃ appellet,non deberet dici aduersarius, cum possit non appellare.¶Quintò amplia,ſm Dec.vt ēt iudex dicatur aduersarius. l.appellationem,cū gl.C.de app.Tu cōsidera,ꝙ ibi iudex ideo dr̃ aduersarius,quia pars intendebat ꝯ eum agere, quia non admiserat eius appellationem, iuxta l.quoniam,eo.tit.non
12 autem,quia iudicauerat in causa principali. ¶Secundò†allegat Dec.quia subrogatus in lite dr̃ aduersarius,vt s̃.dixi, ergo iudex inquirens isto casu saltem erit aduersarius, quia subrogatus in locum accusatoris.quod ipse sic probat,quia omnes excep. quæ pñt opponi ꝯ accusatorem possint opponi ꝯ iudicem, ſm Bart. in l.2.§.si publico.ff.de adul.Sed aduerte, quia falsum est,ꝙ iudex dicatur subrogatus loco accusatoris, quia est fama loco accusatoris.c.qualiter & qñ,ỹ.de accu.est ēt falsa ꝯntia sua,qa omnes excep.quæ pñt opponi ꝯ testem, pñt opponi ꝯ iudicem,ſm gl.in c.cum R.canonicus.s̃. de offi.deleg.& tñ iudex non dr̃ subrogatus loco testis. Melius ergo facit pro ista ampliatione diffinitio iudicis,quam posuit Pan.s̃.in rubr. In ꝯrium,ꝙ iudex non dicatur aduersarius facit tex.clarus in c.cum episcopali.ỹ. de appel.& licèt Dec.nitatur rñdere, rñsiones non transeunt sine ca
13 uillatione.¶†Secundò adduco rationem, si iudex facit iustitiā, facit ꝙ uterq; litigatorum petit,ergo nullius intentioni aduersatur, & ꝯñr non erit aduersarius. Hinc dicimus ꝙ non grauat partem,qui iurisdictionem exequitur. c.nouit.ỹ.de app.iuris.n. executio nō hēt iniuriā.l.iniuriarū.in prin.ff.de iniur.Vnde possumus distinguere.Aut iudex nondum iudicauit, & non dr̃ aduersarius,ita loquitur tex.in d.c.cum epali. Aut iudicauit & iustè,& isto casu non dicatur aduersarius litigantibus, qm̃ iustitiæ acquieuerunt c.proposuit.ỹ. de app. reclamātibus uerò dicatur aduersarius.ita loqtur tex.in c.non est crudelis.23.q.5. Aut iniustè iudicauit, & dicatur aduersarius. ita loquitur text.in d.l.appel.Sextò amplia,ut litigans dicatur aduersarius, siue agatur criminaliter,siue ciuiliter.c.proposuisti.& ibi no.Abb.in 4.no.ỹ.de foro competen. ¶Septimò extende, siue agatur actione personali,siue reali.cap.aduersario,cum ibi nota.infra de excep.¶Vltimò pro nunc extende generaliter,ut omnis, qui cōtradicit alteri dicatur aduersarius,secundum Moder.hic,allegantes Bal.in l.1.col.3.C. qui admit. sed Bal. loquitur in iudicialibus tantùm, dicit enim si nullus citatur, nemo est aduersarius, si nullus est contradictor, quia omnis qui contradicit aduersarium se facit, secundum Innocen. in c.cum inter.ỹ. de except. Ex isto notabili inferuntur duo,secundum Aaba.hic. Primò ad statuta facientia mentionem de aduersario.nota hanc illationem, ex qua habes,qđ litigator in iudicio propriè dicitur aduersarius,aliàs non haberet locum statutum, cuius uerba sunt propriè intelligēda. cap.nostra.infra de iniu.l.quicquid astringēdæ,ff. de uerborum oblig.Secundò infertur quòd ex contentione iuridica. & ex facto a iure non improbato oritur quandoque inimicitia. Basign. hic dicit,quòd istud non sequitur necessariò, qui potest quis litigare mecū,& tamen non erit meus inimicus. Saluat Dec.quòd Abba.non loquitur simpliciter, sed cum tēperamento quandoque.Vel aliter dicas ꝙ tenet illatio a communiter contingentibus.& hoc sufficit secundū gl. in l.cum dotem. C.de iu.dot.& in

l.neque

l.neque natales.C.de prob.& est tex.in c.j.& ibi Abb. in 3.no. ĵ. de cle. non resi. ideo in ciuitate,in qua cōiter exercentur usuræ valet consequētia,est de illa ciuitate,ergo usurarius,ut de Astē. dicit Bal.in l.cum oportet,in prin.C.de bon.quæ libe.& Doctor meus.in l.non hoc.C.vnde legi. sed istis omissis, quæ parum pro
14 sunt, collige ex dictis Abb.sex utiles conclusiones.¶ Prima† cōclusio,non est inspicienda causa inimicitiæ,an sit iusta uel iniusta,nec a quo procedat,sed considerādus est effectus prodnctus, id est odium & animi rancor,c.meminimus.ĵ.de accu.cum alijs alle.per Alb.& Mod.& idem tenet Abb.in c.cum P.Manconella,& in c.repellantur,eo.tit.& est communis scriben.sñia.& nota pro ampliatione, q̄ sufficit subesse odium latens, licèt apparenter non demonstretur,ut faciunt isti Gauli,ſm Inn.in c.cum I.& A.ĵ.de re iud.& Fel.in c.quoties.col.j.ĵ.de testi.Ex ista conclusione infertur, q̄ author inimicitiæ poterit illam allegare ad intentionem suam fundandam, putà ad recusandum iudicem, uel testem,vt est tex.in c.veniens.2.ĵ.de spon.& ibi no. d.Ant.& Alex.cons.99.inci.In causa inquisitionis.col.pe.uol.1.& benè facit gl.in l.athletæ.§.fi.ff.de excu.tuto.quam dicit Bal.ibi non reperiri alibi.hinc est, q̄ propter superuenientem inimicitiam inter legatarium & testatorem reuocantur legata, etiam, q̄ inimicitia superuenerit culpa testatoris,ſm do.Iaso.in l.si filiam.C.de inof.test.& in l.hæreditas,s̄.de his,quibus. vt indig.& ita ampliat tex.in l.4.in fi.ff.de adim.leg.& mihi placet ista opinio, quia tacita uoluntas propter quam præsumitur reuocasse legata, ratione inimicitiæ, vr̄ subesse ēt q̄ superuenerit ex cā testatoris.& ex hoc apparet, q̄ Bar.in l.cum tabulis.§.qm̄.ff.de his,quib. vt indig.nō ur̄ rectè sensisse.Nec ob.ille tex.quia ibi non est talis cā, seu inimicitia,quę habeat inducere odiū uel rancorē: non qdē ex parte testatoris q̄ vidit legatariū appellatū de impudicitia pseuerare in actu virtuoso.Nō aūt ex parte legatariæ,iuxta illud Ouidij,

Quæ dant,quæque negant,gaudent tamen esse rogatæ.

86 quis ad se fundum, C. ad leg. Iul. de ui. ¶ Decimò † dubitatur, an competat debitori ꝯ creditorem, qui inuasit possessionem prætextu licentiæ de intrando propria authoritate sibi a iudice, uel a Principe concessæ? ista dubitatio põt dupliciter intelligi. Primò in licentia intrandi propria authoritate simpliciter concessa. Scdõ potest intelligi in licentia concessa ẽt intrandi cum violentia. Primus casus potest subdiuidi. Aut loquimur in licentia concessa, citata parte & seruatis seruandis, & sic ualida. Aut loquimur in licentia nulla, uel iniusta. si loquimur in sñia ualida, tũc Bar. & alij *communiter* in l. iustè possidet, ff. de acq. pos. concludũt, ꝙ incidat in pęnam, quia talis licentia concessa parti de intrando propria authoritate dẽt intelligi sine uiolentia, qđ etiam tenet Bar. in d. l. 3. in 4. q. Pan. & Fel. in c. decætero, j̃. de re iud. Contrarium tenet Imo. in d. l. iustè possidet. gl. & Sal. in d. l. si quis in tantam. Fel. in c. cum causam, s̃. de officio deleg. & hoc puto uerius per ea, quæ dixi in creditore intrante ex pacto: nam in omnibus idem dicendum, qđ in debitore intrante de licentia iudicis ualida, quia factum iudicis lĩtimum censetur factum partis, l. ob causam, C. de euict. l. si pignoris, ff. famil. erci. Item per text. in d. l. meminerint, C. unde ui, a ꝯrio sensu. si uerò intrauit de licentia nulla defectu citationis, certum est, ꝙ incidit in pœnam d. l. meminerint, etiam si precessisset citatio generalis per edictum: quia debuit possessor citari in specie, ſm Bar. consi. 91. in q. uertente bene fecit l. si eo tempore, de remis. pigno. Sed dubium est quid si erat nulla alia ratione, gl. ibi tenet, ꝙ isto casu incidat, ꝯrium tenet gl. in d. l. si quis in tantam. sequuntur Bar. & communiter Doct. in d. l. iustè possidet. ꝯ cõem tenet Bal. in disputatione sua, incip. Accusatus de ui. quem sequitur Rom. in d. l. iustè. ego credo opi. Bal. quantum sit respectu pœnæ l. si quis in tantam, posse de iure sustineri, quia l. si quis in tantam, est facta ad puniendum audaciam, & temeritatem, quæ temeritas cessat stãte licentia licèt nulla, per ea quæ dicit gl. in c. j. in uerbo, presbyteri. & ibi Imo. & Card. de priui. Item dubium est, quid si licentia erat ualida seu iniusta? *communis* sñia est, ꝙ talis licentia excuset, nisi esset notoriè iniusta, quo casu non excusat, sicut si esset nulla, secundùm Arch. in summa, 2. q. 2. Io. And. in addi. Spec. in tit. de petitio. & possess. §. quoniam. Old. cõsi. 227. incip. De toto themate. Facit gl. & ibi Abb. in c. conquerente, s̃. eo. & quæ congerunt Mod. in l. j. in prin. col. 5. ff. de noui. oper. nunc. Item scias, ꝙ si constat spoliatum nullum ius habere, tunc ingrediens authoritate licentiæ nullæ, etiam defectu citationis, non incidit in pęnam d. l. meminerint, ſm Dec. consi. 191. col. fi. sed certè non uideo, quomodo possit iudici cõstare, possessorem nullum ius habere omissa citatione, ut dicit in simili tex. in cle. pastoralis, de re iud. Item licèt posset ferri sñia parte non citata, quando notoriè constat de non iure suo, tamen talis sñia lata ab inferiore non præstat causam intrandi propria authoritate per uim, ut j̃. dicetur. Item in ꝯrium facit d. l. meminerint, & d. l. si quis in tantam. ubi præsupponitur ingredientem ius habere, & ideo de hoc dicto Decij ego dubito. Benẽ uerum est, ꝙ si spoliatus uirtute licentiæ concessæ parte non citata, pariter missus fuisset in possessionem alio non citato, ꝙ isto casu ingrediens non incideret in pęnam d. l. meminerint, ſm Inn. in c. querelam, s̃. de elec. Bal. in l. si pacto, quo pęnam, C. de pact. & Rom. in notabilibus post singularia, no. 366. qđ incipit, Possessio, in antepe. char. ubi allegat tex. in l. pe. §. hod edictum. ff. si mulier uent. nomi. Tu adde bonã gl. in l. minor, §. j. ff. de euic. & Philip. Fran. in c. j. licèt Episcopus, de præb. quod ego intelligo uerũ semota uiolentia: alias si vterque commisisset uiolẽtiam, uterque incidisset in pœnam, d. l. si quis in tantam, ut s̃. dixi tenere Bar. in l. si quis ad se fundum, C.
87 ad leg. Iul. de ui. ¶ † Tertio casu, si quis ingrediatur authoritate licentiæ concessæ expresse intrandi per uim, si concedatur talis licentia a Principe ex certa scientia, ingrediens per uim excusatur a pœna dictarum legum, secundùm Alb. in d. l. meminerint, & Dec. in q. consi. 191. Benẽ facit tex. in d. l. ait prætor, §. si debitorem, ff. de his, quæ in frau. credi. arguendo de lege mortua ad Principem, qui est lex uiua in terris, §. nos autem, in Authen. de Consul. Si uerò concedatur ab inferioribus, incideret in pœnã, secundum distinctionem, s̃. traditam, quòd *communis* opin. est, ꝙ inferior non possit concedere licentiam parti intrandi per vim secundùm Ang. in l. qui restituere, ff. de rei uen. per illum tex. & d. Ias. post alios in d. l. iustè possidet. ¶ Circa tertiam principalẽ
88 quæstionem. † dubitatur. Primò, an competat ꝯ mulierem, uidetur, ꝙ non, quia loquitur per uerbum, si quis, masculini generis, & in pœnalibus, in quibus masculinum non concipit fœmininum,

mininum,l.quisquis, C. ad leg.Iul.maiest.not.Bald.post alios in l.quicunque,C.de seruis fug.Contrarium firmāt glo.Bar. & alij in d. l. si quis in tantam, quia masculinum etiam in pęnalibus concipit fœmininum,l.si quis id,qđ.vbi plenissimè d.Ias.ff.de iurisd.om.iud.c.generali,ubi gl. magistra, de elec.lib.6.Benè facit l.si quis maior,C.de transac.iunctis his, quæ ibi scribit d.Ias.post Fulg.Facit etiam, quia lex pęnalis loquēs in masculis gratia fre-
89 quentioris usus,habet† ēt locum in feminis.sm gl.singu.in l.j.in uerbo,sponsam,C.de rapru uirgi. per quam dicit Fel.in c.causā, col.fi.j.de proba.ꝙ si sponsus litigans in causa matrimoniali,cū sponsa timeat per vim mitti in possessionem mulieris luxuriosę, ꝙ ista sponsa sequestranda erit in monasterio, sicut si ipsa timeret uiolentiam sponsi.Ad ꝯria rñdet,ꝙ loquitur in odiosis odio irrationabili,nos uerò loquimur in materia indifferenti,& in odiosis odio rationabili,& ad istam solutionem,& materiam uideas plenissimum consilium Cur.Sen.consi.9.per totum.Card. in cle.j.in 2.3.& 4.q.de elec.Fel.remissiuè in c.de monialibus,j. de sentē.excom.Barb.in sua hierarchia,in 2.char.& seq.& d.Ias.
90 in l.Gallus,in prin.ff.de lib.& posth. ¶†Iuxta hoc dubitatur,an mulier excusetur a pęna d.l.prætextu iuris ignorantiæ? Ista dubitatio habere potest duplicem sensum.Primò,an excusetur quando inuadit alienum,& in hoc omnes concordant,ꝙ non,qa inuadens alienum est ꝯ ius naturale,cuius iuris ignorantia neminem excusat,l.si adulterium,§.j.ff.de adulte.Secundò,an excusetur,quia inuadit rem propriam credens de iure sibi licere. Ross. Iac.But.Bar.& Sal.ibi determinant, qđ sic,quia inuadere rē propriam non est ꝯ ius naturale.patet, quia ante illam legem inuasor rei propriæ non puniebatur,§.pen.Insti.ui bono.rap.ꝯrium tenet gl.l.regula,in prin.ff.de iur.& facti igno.Rocle.& Bal.in d. l.si quis in tantam.Alex.in d.l.iustè possidet,col.pen.& in consi. 103.Videretur prima consideratione dicendum, col.6.uol.j.dicens idem in rustico minore,& muliere.fundamentum istorum est,quia mulieres nō excusantur prætextu iuris ignorantiæ, nisi in casibus a iure expressis,l.fi.C.de iur.& facti ignorant. Quid tenendum?ego sequor hanc ultimam partem,pro qua uī casus in d.§.pen. sic inducendo,clarum est, ꝙ dispositio illius §. & d.l. si quis in tantam,habent locum in mulieribus.cum ergo ibi dicatur,imprudens iuris non excusatur,& verbum,imprudens,intelligatur etiam in fœmina:restat dicendum,ꝙ ibi decidatur casus
91 ꝯ Bar.¶Secundò†moueor,in damnis euitandis parificata est cōditio mulierum,& masculorum per legem antiquam, ut quilibet excusetur,l.error,ff.de iur.& fac.ign. lex ergo noua superueniens uidelicet l.si quis in tantam, loquens in masculis, ut non excusetur,habebit locum in fœminis,quia ubi duo sunt æquiparata a lege antiqua,lex loquens in vno habebit locum in altero, sm gl.in l.si quis seruo,C.de fur.& in cle.constitutiones,de regu
92 la.lib.6.etiam in pęnalibus,sm Pan.in c.fi.col.3.de rescrip. †Tertiò no.ꝙ dicere sibi ius ꝓpria auctoritate ꝑ uim,uī ꝯ ius saltem quasi naturale,quo iure inuenti sunt iudices, ne locus esset audaciæ,l.2.§.j.ff.de orig.iur. sed error huius iuris quasi naturalis non excusat mulierem,l.uenia,C.de in ius uocan.& per ista cōsului in ciuitate Arelatensi,mulierem non excusari a pęna l.nō est dubium,C.de leg. quia legatum debet accipi de manu hæredis,ut dicit tex.in §.legatum,Inst.de leg.in fi.dum dicit ab hærede præstanda, nisi testator dederit licentiam accipiendi propria auctoritate.est uerum ꝙ d.Alex.in d.l.iustè possidet, & in d.cōs. 103.intelligit istud procedere,si potuit consulere peritiores,qđ intellige si in propinquo sunt,aliàs secus, iuxta tradita in l.iuris ignorantia, C. qui admit.quæ opinio est æqua, fundamenta ta-
93 men prædicta aliqualiter refragantur.¶ Secundò† dubitatur,an competat ꝯ fideicommissarium,qui de facto occupauit res legatas,uel fideicommisso subiectas.Soc.consi.33. quod incipit,Prosequendo ordinem,colum.7.uol.j. distinguit. Aut occupauit ante aditam hæreditatem,& non competit. Aut post,& tunc contra eum competit triplex remedium. Primum, l. non dubium. Item,d.l.extat.Item,e.l.si quis in tantam.Tu uerò considera differentias inter ista remedia, nam condictio l.non dubium, licèt detur ad pęnam,non tamen uidetur competere ad recuperandam possessionem. ¶ Secundò datur contra legatarium,uel fideicommissarium occupantes res legatas,non autem contra occupantes res hypothecatas pro delicto, ut probat tex. ibi pro portione competenti. Item considera, quòd condictio d. l. extat, non uidetur dari contra occupantes res proprias,sed solum contra occupantes res debitas:sed condictio l.si quis in tantam competit tam contra occupantes res proprias,quàm obligatas, & penitus alienas,& tam ad pęnam,quàm ad restitutionem possessionis, & sic pinguius prouidet,quàm reliqua remedia. Item aduerte, quia non uidetur uerum, quod condictio l. si quis in tantam,detur contra legatarium,per tex.in d.§.pen.Insti.ui bonor.rap.ubi dicitur,quòd antea occupans rem propriam absoluebatur, quod non est uerum in occupante rem legatam, d.l.
94 non est dubium,& toto titu.ff. quorum legat.¶†Tertiò dubitatur,an filius occupans unam rem hæreditariam pro sua legitima priuetur iure suo? Breuiter considerandi sunt tres casus. Primus est, quando filius est hæres institutus & grauatus de restituendo, isto casu potest propria auctoritate eligere legitimam suam in una re, & de illa disponere arbitrio suo non citatis fideicommissariis,secundùm Barto.l. Marcellus. ff.ad Treb.cum enim sit creditor in sua legitima sitque etiam hæres, poterit sibi soluere,l.fistulas,§.qui fundum,ff.de contrahen.empt.Secundus casus est,quando est institutus filius in certa quota pro sua legitima, & isto etiam casu potest propria auctoritate occupare,secundum Bal.in l.si quis in suo, C.de inoffic.testam.quod intellige uerum,hærede uniuersali nō existente in possessione totius,secundùm Cur.seniorem consi.13.incip.Statuto Ianuæ cauetur,col.3.in fi.Tertius casus est, quādo filius est institutus simpliciter in sua legitima,uel aliàs præteritus, qui non uult annullare testamentum,& isto casu *communis* opinio est, ꝙ aliquid nō possit occupare propria auctoritate,secundùm Bar.in l.2.C.qñ, & quibus quarta pars.lib.x.& in l.suus quoque, ff.de hæredibus instituen.Alex.consi.134.Attentis narratis,uol.3.Are. consilio 156.Diligenter,col.fi.& isto casu dicerem,ꝙ si per uim occuparet aliquam rem expulso hærede uniuersali possessore,non inci-
95 derent in pęnam d.l.si quis,& d.l.extat.¶†Quartò dubitatur,an detur contra ecclesiam propter uiolentiam prælati? Multa forent dicenda super isto pūcto, sed propter instantes uacationes procedam conclusiuè.Sit ergo conclusio, ꝙ propter uiolentiā prælati ecclesia non incidit in pęnas dictarum legum per tex. in regula,delictum personæ,de reg.iur. lib.6. & ista est *communis*, quam sequuntur glo.& Legistæ in d.l.si quis in tantam,gl.& Cano.in c.j.j.de dolo,& contu.Fel.in c.nouit,col.8.s. de iud.Facit dictum Spec.in titu.de dona.§.j. uer.quid si Abbas.ubi propter ingratitudinem prælati non reuocatur donatio facta ecclesiæ, sequuntur Pan & alij in c.fi.j.de dona.intellige quantum ad pęnam priuationis iuris sui,seu quantum ad æstimationem,sed benè ecclesia tenetur ad restitutionem possessionis, ita procedat tex.in c.cum dilectus, supra,de ordi.cog. & in c.cum ad sedem, s.eod,Secundò declara, quòd non teneatur ecclesia, sed benè tenetur ipse prælatus,secundum glo.& Pan.in d.c.j.per tex.in c. placuit,16.q.6.sed ille tex. loquitur in diuersis terminis, uidelicet quando prælatus occupat nomine proprio, & pro iure suo, prout etiam loquitur tex.in c.eum qui,de prębend.in 6.Sed nos loquimur in prælato occupante rem ecclesiæ nomine ipsius ecclesiæ.melius facit tex.in c.si episcopum.16. q.6. Tertiò intellige,quòd non incidat ecclesia in pęnam perpetuo, secus pro uita prælati,c.j.§.fi.de cap.Conra. in usibus feud.facit, quod consuluit Roma.consilio 284.inci. Triplici ex capite. ubi decidit,ꝙ propter ingratitudinem prælati reuocatur donatio facta ecclesiæ pro tempore uitę ingrati prælati.sed ista limitatio,quam sentiunt Abb.& alij,non uidetur mihi uera, quia sicut delinquendo non potest prælatus alienare perpetuò, ita non debet posse ad uitam ipsius,c.2.de rebus eccle.non alie.lib.6.& quia ex delicto prælati ecclesia nullum debet pati damnum,d.c.episcopum & seq. At in casu isto pateretur damnum, quia non conuerterentur fructus in utilitatem ecclesiæ, ut fieri debet, c.fi.de offic. ordi.libro 6.Nec obst.tex.in d.c.fi.quia ibi talem pęnam inducit natura contractus feudalis, & fauor publicæ utilitatis, secundùm Bal.ibi,qui tacitè inclinat in istam partem.Quartò declara si prelatus deliquit solus, secus si communicato consilio cum capitulo, & de eius consensu, secundum glo. in d. regula, delictum.& in d.l.si quis in tantam. & ista est *communis* per tex. & ibi Bar.in l.iubemus nullam, C. de sacrosan.eccl.sed tu dicas,quòd illa lex nihil facit, quia loquitur in delicto prælati commisso in non faciendo,quo casu ecclesia tenetur, c.Imperatorum,c.fi.s. de iura.calum.nos autem loquimur in delicto in faciendo.Item ibi delictum commissum fuit in præiudicium Reipublicæ,& in casu,in quo ecclesia tenebatur facere, quod fuit per prælatum omissum, secus in casu nostro. Contrariam opinionem tenent Card.& Pan. in d.c.j. quia sicut non potest prælatus cum capitulo alienare bona ecclesiæ sine solennitate capituli, c. sine exceptione, 12. q. 2. ita non debet posse tacitè delinquendo. sed propter hoc non recederem a communi, quia bona minoris nō possunt alienari sine solennitate, l.magis puto, §. ne passim,ff. de rebus eorum. cum uulga. & tamen minor inuadendo incidit in pœnam d .leg. Quid tenendum? communis opinio uidetur mihi periculosa per tex.in d. c.j.§.fi. quòd habet locum etiā si prelatus commisit felloniam cum consensu capituli, secundùm Pano.& alios communiter in c.uerum,supra de so.comp. & stringe illum tex. inducendo a fortiori eo modo, quo deduxi supra,in præcedenti restrictione.¶Retenta tamē communi insurgit alia dubitatio, an prælatus cum capitulo occupans per uim bona prælati defuncti adita hęreditate, & remissa possessione per hæredem,incidat in pęnam d.l.si quis in tantam?Inno.in c.cum in officijs, j.de testa. distinguit:aut clarè constabat,quòd prælatus defunctus dicta bona tenebat nomine ecclesiæ,& tūc non incidit, quia ciuilis possessio erat penes ecclesiam, & sic non dicetur inuasisse possessionem alterius, sed suam defendisse. Aut clarè constabat, quod eam tenebat nomine suo pro-

prio,& tunc ecclesia incidit in pœnam per ea,quæ dicta sunt s.in proxima dubitatione. Aut dubitatur, & tunc excusatur,quia iustam habuit causam præsumendi,ꝙ prelatus defunctus talia bona acquisierit de bonis,& nomine ecclesiæ, c.j.12.q.3.& sequitur Bal.in auct.licentiam,post gl.ibi,C.de episc.& cle.& iste casus euenit in hærede celeberrimi Poetæ, & præstantis Philosophi,Francisci Petrarcæ,ut per Card.consi.79.quod incipit, Thema tale est, Diuinus uates, &c,Ex hoc elicio,ꝙ habens aliquam præsumptionem credendi se possidere,ratione talis præsumptionis excusatur a pœna d.l.quod tenuit Cœp.cõs.4.in fi.& expressè gl.& Bar.in d.l.si quis in tãtam. Et hoc uerum puto quicquid
96 dicat Bar.in l.sequitur,§.si fundum,ff.de usuca.¶ † Quintò dubitatur,an detur contra socium,qui per uim occupauit rem communem?dixi in c.cum ecclesia Sutrina,s.titu.j.& ibi dictis adde Cœpo.in d,consi.4. Secundò adde,ꝙ in casu, quo constaret socium per uim ingredientem uelle totum occupare, ꝙ indistinctè incurreret pœnam,secundùm Abb.ibi,pro quo facit deci-
97 sio Gemi.in d.c.eum qui,in uer.quid de clerico capellę. ¶ † Sextò dubitatur,an detur contra hęredem institutum sub conditione,qui propria authoritate ante euentum conditionis occupauit bona hæreditaria?D.Ias.in l.inter omnes,in fi.ff. qui satisd.cogan.decidit,ꝙ non per illum tex.secundum unum intellectum gl.quem ponderat ibi Bal. sed aduertite,quia glo.& Bal. non loquuntur in hærede occupante per uim alio possidente: & ideo credo,ꝙ incideret hæres conditionalis in pœnam d.l.si uiolentiam inferret, per ea, quæ dixi s.in quęstione de fideicommissa-
98 rio,& quia incideret etiam si esset purè institutus.† Circa quartam quæstionem principalem responsum fuit supra, in ultima dubitatione 2.q.prin.ꝙ incurritur omni tempore,nisi post licẽtiam ritè,& rectè cõcessam.¶ Circa quintam *communis* omnium
99 sententia est,†ꝙ non incurratur ipso iure per sententiam condẽnatoriã,propter uerbum,amittat,futuri temporis. uerba enim futuri temporis non sunt latæ sententiæ,sed ferendæ,secundum gl.in l.in criminali, C. de iurisom.iud.& in c.in pœnis,de regu.iu.in 6.Gl.& Bar.in l.iubemus,3.sanè,C.de sacrosan.eccl.gl.& Pa.ibi,col.5.in c. si diligenti,s.de for.comp. & ꝙ uerbum,amittat, requirat sententiam, firmat Bal.in c.j.§.j.ad fi.de feu.sine culpa &c.Card.& Pau.de Cast. consuluerunt, quos sequitur Fel.in c.Rodulphus,col.19.de rescr.Non ob.decisio Pan.in c.eum in cũctis,§.fi.col.fi.s.de elec.ubi dicit, ꝙ uerbum, amittat, ibi positũ est latæ sententiæ,quia non requirit factum alterius. Et in contrarium faciunt, quæ scribit d.Ias.in l.rem, quæ nobis,in fi.ff.de acq.poss.ubi concludit,ꝙ uerba futura temporis priuatiua important ipso iure,ut uerbum,cadat.Credo communem esse ueram,quia in multis casibus uiolentiam faciens non incurrit pęnam d.l.ut patet ex prædictis.Cum ergo omni casu violentia nõ sit delictum, sequitur, ꝙ requiritur causæ cognitio,ergo etiam sententia,l.de qua re,ff.de iud.¶ Secundò,quia in tex.l.meminerint,in simili materia utitur uerbo, priuabitur, quod est ferendæ sententiæ,ut firmat Pan.in d.c.si diligenti.¶ Tertiò,quia tex. in d.c.eum qui, addit uerbum, eo ipso amittat:nam si uerbum, amittat,de se importasset ipso iure, frustratoriè fuisset illud uerbum,eo ipso,quod denotat etiam sententiam a iure latam,cap. nullus,c.si religiosus,de elect.lib.6. ¶ Quartò,quia in pęnis benignior interpretatio capienda est,l.interpretatione, ff. de pęnis. Ad contrarium,videlicet ad decisionem Pan.& similia potest responderi,ꝙ procedunt,ubi actus,qui per legem punitur,est omni casu illicitus,ut conferre beneficia curata non idoneis, secus si actus potest esse licitus,& illicitus. Et in casu nostro sequitur istam opi.Gemi.consi.23.inci.Quia ubi ampliat,etiam si lex dicat sub pœna amissionis, & cum uerba sint etiam ferendæ sen-
100 tentiæ.† Stat igitur conclusio,ꝙ pœna d.l.incurritur per sentẽtiam,pœna uerò can.eum,qui,incurritur ipso iure,& sic uiolentia in beneficialibus est odiosior,quàm in temporalibus, & prophanis. Scias tamen,ꝙ licèt incurratur pęna ipso iure,tamẽ exigi non potest,nisi secuta sentẽtia declaratoria pacti,l.si quis ma
101 ior,C.de transact.c.2.de hære.lib.6. ¶ † Sed dubitatur hic,an beneficium uiolenti occupatoris possit ante sententiam declaratoriam alteri conferri?uidetur,ꝙ non,per tex.in d.c.cum ẜm.In contrarium est casus in c.j.de homici.lib.6. per quem no.ibi Gemi.ꝙ ibi tex. imponit pęnam priuationis beneficiorum ipso iure.tunc statim beneficia possunt conferri tanquam uacantia,ẽt ante declaratoriam,etiam non citato possessore.Item uoluit gl. in c.cum missa,in uerbo, iusto, de elec.lib.6.& in c.is cui,in fi.de præb.in 6.Ad tex in c.cum secundum, respondetur,ꝙ debet intelligi de executione reali.Nam priuatus beneficio ipso iure,nõ debet a possessione de facto amoueri, nisi eo citato, & causa co-
102 gnita,c.licèt episcopus,de preb.eo.lib.¶ † Vltimò dubitatur,an a sententia lata super condictione l.si quis in tantam,possit appellari? Super isto puncto tres reperio opiniones. Prima fuit,ꝙ non, quia est remedium possessorium, a quo de iure ciuili non appellatur,l.unica,si de momẽ.pos.fuer.app.Et si dicatur,est remedium pœnale,respondetur,ꝙ causa principalis pęnalis uidetur accessoria, ergo principale non debet propter accessorium mutare naturam,l.nuda,C.de contrah. & commit.stip.Item pęna inuenta fuit in odium uiolentiæ,unde non debet retorqueri in fauorem,ut propter pœnã liceat appellare,c.intelleximus, s.de iud.l.fi.C.de iuram.calum.¶ Secunda fuit opinio glo.in d.l.j.& in l.momentaneæ, C.unde ui, ꝙ possit appellari, & ista est *communis*,ẜm Saly.post Bal.quia regulariter appellatio censetur permissa,nisi reperiatur prohibita,l.& in maioribus,C.de appel. Non ob.d.l.j.quia loquitur in petitorio, secus in possessorio habente mixtam causam proprietatis. Item loquitur in causa momentaneæ possessionis;in qua grauamen est reparabile per diffinitiuam in petitorio,sed in casu nostro possessio in pœnam uiolentię perpetuò est remansura penes uictorem,& sic cessante ratione d.l.j.cessabit dispositio,c.cum cessante,j. de appe.Istud est unum fundamentum,sed considera,ꝙ tantum concludit in sententia lata contra dominum inuasorem,sed in sententia lata cõtra inuadentem possessionem rei alienæ,in casu quo grauamen esset reparabile per aliud possessorium, adhuc militaret ratio d.l.j.finge,ꝙ prædo condemnatus in pęnam d.l.si quis in tantam, prius fuisset a uictore spoliatus, nonne facta restitutione,& soluta æstimatione poterit recuperare suam possessionem; certè sic,c.in literis,s.eod. Et si dixeris.non est reparabile respectu pęnæ?Respondeo, appellet quò ad pęnam tantum,ut statim dicã. ¶ Tertia fuit quorundam sententia, ꝙ appellatur a pœna tantum,& non a sentẽtia restitutionis,quia tot sunt sententiæ, quot sunt capita, l. Carmelia Pia, ff. de iure patrona.l.etiam, §.j.ff.de mino.Et ideo licèt respectu possessionis non teneat appellatio, ualebit tamen respectu pœnæ, quia in separabilibus utile per inutile non uitiatur,l.j.§.sed si mihi,ff.de uerb.obli. Aduerte,qa ueritas dependet ab isto fundamento. Saly.negat ista esse separabilia,quia stante sententia super possessione, a qua non liceat appellare,necessariò sequitur decisio super articulo pœnali.benè facit l.j.& 2.ff.de pecu.leg. Vnde concludit,ꝙ ratione pęnæ in separabilibus liceat appellare etiam a possessorio,cum cesset tunc ratio d.l.j. Et propter hoc aliàs quidam magnus Aduocatus(nota pro D.Bonifacio Girardi)dicebat,ꝙ a sententia lata in possessorio cum condemnatione expensarum,uel restitutionis, uel fructuum,poterat appellari,quia damnum expensarum,vel fructuum non est reparabile per diffinitiuam in petitorio. allegabat Bald.in d.l.j.uersi.sed pone,ꝙ in possessorio,qui hoc non uult,licèt dicat respectu fructuũ posse appellari.Sed benè istud expresè dicit Sal.ibi in ultimis uerbis.Quid tenendum?in casu proposito mihi placet ista ultima opinio, quia pęna d.l. si quis, non uenit in consequentiam restitutionis, nec dependet ab ista restitutione, cum principaliter fuerit imposita ratione uiolentiæ. Stat enim simul, ꝙ inuasor teneatur restituere possessionẽ, & tamen non teneatur ad pęnam, ut patet ex dictis supra in tertia dubitatione 2.q.princ.uer.retenta tamen communi.& quia in dubio appellationi est deferendum,ẜm Bal.in l.de statu,ff.de testa,& in l.properandũ,§.finautem reus,C.de iud.Pau.& Mod. in l.j.ff.si quis cau. Et quia non puto, ꝙ illa communis opi.ꝙ a possessorio de iure ciuili non appelletur, procedat sine scrupulo,ut dixi in notabilibus: in iudicando nõ recederem ab opinione Bal.& communi: de iure autem canonico cessat ista dubitatio,quia eo iure appellatur ab omni possessorio, cle.j. de causa pos.& propr.c.cum ad sedem,s.eo.Verum de uno potest probabiliter dubitari,an in terris imperij possit a sententia lata super remedio canonis reintegranda, inter laicos appellari,uidetur,ꝙ sic,quia in terris imperij non appellatur a possessorio,d.l.unica. Contrarium determinat singulariter Io. Pe. de Ferra. practicus Pari. in forma libelli in causa spoliatæ possessionis,in uerbo, per uestram sententiam.dicens se uidisse ita consultum a Bal. ea ratione,quòd utens aliquo iure,debeat uti cum suis quali tatibus, & circunstantijs,arg.l.fi.§.& si præfatam.&§. finautem hoc, C. de iure deliber. Multa restant ad complementum huius materiæ dicenda, quæ superuenientibus uacationibus impedior prosequi,aliàs latius fundabitur occasio examinandi.

Fuit impositus finis c.Sæpe, die penultima Mensis Iulii, 1519.
Ad laudem Dei.

IOAN-

IOANNIS FRANCISCI RIPAE, À S. NAZARIO, IVRISCONSVLTI CELEBERRIMI,

Iuridicus de Peste Tractatus utilissimus valde, & perquàm necessarius, editus ab ipso Authore iura interpretante in florenti Academia Auenionensi.

Nunc recèns summa diligentia recognitus, atque repurgatus, incipit fœliciter.

SVMMARIVM.

1 *Aequiuoca rectè diffiniri non possunt.*
2 *Morbus, seu infirmitas, quotuplex sit.*
3 *Infirmitas corporis, carnis, & animæ, quomodo diffiniatur.*
4 *Morbus ob id morbus dicitur, quòd mortem causet.*
5 *Morborum genera quot sint. Et ibi, morborū iuxta locorum diuersitatem, diuersa sortiri nomina.*
6 *Morbus, & uitium quomodo inter se differant.*
7 *Pestis appellatione quid ueniat.*
8 *Pestifera, seu contagiosa loca, sine causa iusta habitantes, peccare censentur, uti Deum tentantes.*
9 *Pestis flagellum maius, ac horribilius est, quàm belli.*
Et ibi, an & quando ualeat argumentum de bello ad pestem.
10 *Pestem causantia quæ, & quot sint, & sequentibus usque ad finem capituli.*
13 *Ranarū copia maxima ut plurimum pestem adfert. & 15. Imaginatio facit casum.*
21 *Peccatorum causa, multoties aduersa nobis infliguntur.*
22 *Demones interdum nutu Dei mortalibus pestem, & multa id genus mala immittunt.*
23 *Magi a nonnullis creduntur demonibus, ut morbos mortalibus inferant, imperare.*

PRocedam hoc ordine. Primùm pestis præludia, de hinc pestis priuilegia, a quib. omnipotēs Deus sua nos velit pietate liberare: demū pestis iuridica remedia cōpendiosè explicabo, pompoia iuriū & similitudinū superfluitate doctis odiosa, & cūctis onerosa, penitus semota. ¶ Venio ad primū, & q̄ro quid sit morbus
1 ista dictio pl'a significat, iō nō rectè pōt diffiniri, q̄a† nomē æquo cū in suo gn̄ale nō tutam suscipit diffinitionē, s'm Pan. in rub. ex
2 de iud. † Significat. n. tā aīæ q̄ corporis lāguores, c. cū infirmitas, de pœ. & remiss. no. Anch. in c. pia, de exce. lib. 6. Nā alia est infir-
3 mitas corporis, alia carnis, alia aīæ. † Infirmitas corporis est febris, & si'lia. Carnis verò est ɔcupiscētia. Animæ aūt est ignorantia & obliuio. 15. q. j. in summa. Si ergo q̄rat, q̄d sit morbus, aīe, rn̄debo, salua diffinitione Theologorū. Morb⁹ aīæ, est labes animā mortificās, & usum eius faciēs deteriorē, ut ꝓbat in c. unum orariū, §. aliàs ea demū, 25. dist. verba huius diffinitionis al'r non declaro, q̄a nō attinet ad rē n̄ram, Si uerò quæratur, q̄d sit morbus corporis: rn̄deo cū Sabino. Morbus corporis, est habitus cuiuscūq; corporis ɔ̄ naturā, q̄ vsum eius ad id faciat deteriorē, cuius cā natura nobis sanitatē eius corporis dedit, l. j. §. sed sciēdū,
4 ff. de ædi. edi. ¶ Scd̄ò q̄ro, vn̄ dicat̄ Morbus, † rn̄deo ex eo morbū noīari, ꝙ inde nascat̄ mors, s'm Archid. in c. ltīma, de appel. lib. 6.
5 ¶ Tertiò q̄ro, quot sint morborū gn̄a? † rn̄deo cū Satyrico. Tot sunt, quorū noīa si q̄ras, prōptius expediā, quot amauerit Hippe mechos. pl'a aūt referunt in titu. ff. de ædil. edic. ex̄ de cle. ægro. & corp. uitia. Quatenus tn̄ ad ꝓpositū n̄rm attinet, duo sunt morbi principalia gn̄a. Vnū. n. est personale, q̄a p̄sonā nō egredit: alterū in rē, q̄a & res & loca inficit, & de subiecto in subiectū pertrāsit, & hūc alij pestē, siue pestilētiam, alij epidimiā, alij (vt Auenionēses) bozulā noīant, & hic morb. oēs alios magnitudine superat. c. sicut simoniaca, ex̄ de simo. Est tn̄ sciendum, ꝙ aliud est
6 morbus, aliud corporis uitiū. † Nā morbus est imbecillitas corporis t̄palis: uitiū uerò est perpetuū corporis impedimētū, l. inter stuprū, §. uerū. ff. de uer. sig. Et morb. corporis debilitatē tm̄, vitiū uerò ēt animi & intellectus defectū respicit. l. ob quæ vitia. ff. de ædil. edic. Et no. gl. in l. j. in uer. dixisse. ff. e. ti. ¶ Quartò q̄ro,
7 quid sit pestis: Rn̄deo, pestis est† morbus ɔtagiosus a nutrimentorū, uel aeris ꝓcedēs infectione. Quòd sit morbus, patet ex præmissis; ꝙ sit ɔtagiosus, notū est in tm̄, ꝙ prudēter dicit Pan. in c.
8 dilecti, col. 5. de do. & ɔtu. † ꝙ Deū nitit̄ tētare, q̄ in loco ɔtagioso ɔtēdit habitare. Quòd ꝓcedat ab infectione aeris, & nutrimētorū, patebit ex dicēdis in seq. q. Vel pōt sic describi, Pestis est bellū Dei, cui humanæ vires nequeūt resistere. Quòd sit bellū Dei uolūt Bar. & scrib. l. natural'r, col. fi. ff. de vsuc. Ant. de Bu. Pan. &
9 Fel. in c. ex trāsmissa, de p̄scr. But. & Imo. in c. nō liceat, eo. tit. † Et maiorē esse casum epidimiæ, q̄ belli humani, dixit Bal. in l. cū notissimi, §. immo, col. fi. C. de præscr. 30. uel 40. ann. Et ꝙ maior sit hostilitas Dei, q̄ hoīum, uoluit Cor. cons. 128. Vr̄ primo aspectu, col. 2. li. 2. & ꝓpea Doc. cōcludūt, ualere arg. de bello ad pestem, prout arguit Bar. in l. natural'r, & in l. j. ff. de bo. pos. ex testa. mili. Alc. cōs. 30. Pōderatis, col. 2. li. 5. Pan. cōs. 3. q. 18. li. 2. & cōs. 18. col. fi. e. li. Et ita arguit tex. Basiliensis. cōs. 52. in §. locū, sub rub. de authoritate gn̄aliū ɔciliorū. Q̄d verū est subsistēte rōnis idētitate, aliàs nō tenet arg. s'm Ale. in l. fi. col. 2. C. de test. Quintò q̄rò, un-
10 de cātur pestis? † Ista est q̄ō Physicalis Iurecō. nō ɔueniēs, dicā tn̄
11 q̄d in iure n̄ro scripta ɔperio. ¶ † Procedit, ut dixi, ab aeris intemperie. c. quorūdā, 40. dist. l. 2. §. pe. ff. si q̄s cau. gl. in cle. ne in agro,
12 §. fi. in ver. rōnabili, de sta. mo. ¶ † Scd̄ò cātur ex aqua putrida, seu
13 corrupta, s'm Appia. Ale. li. 5. de bel. ciuil. † vel ex multitudine ranarū & garatarū, s'm eūdē Ap. referētē hac de cā maximā pestē fuisse in Illyria, & idē retulit Ioan. Firma. in trac. de gabel. q. 24. 2.
14 partis. ¶ † Tertiò ab immūditijs, & a colluuie p̄sæpe originat: cælū. n. pestilēs (inq̄t Iurecōs.) minātur immūditiæ cloacarū. l. j. §. j. ff. de cloacis. Nec nō ab oī fœtore gn̄at̄. l. 2. §. idē ait. ff. ne quid in loc. pub Putredo. n. in viscerib. terræ ex corporib. defunctorū, & aīaliū venenosorū cāta, uapores gn̄at inficientes aquas, & terræ nascētia. l. 3. ff. de uia, & itin. pu. Idē facit putredo exn̄s in sup̄ficie terræ, q̄ gn̄ant corpora suspensa malè sepulta, cimiteria, cloacæ, aquæ stagnosæ repletæ iūcis, paludosæ, & in q̄b. linū, spaltū, & his si'lia madefiūt, uel in q̄b. coria purgant, & oīa deniq; malè olētia sunt apta hūc morbū ꝓducere. l. ædiles. §. fin. ff. de via publi. in fi. ¶ Quartò, q̄n̄q; suborit̄ ex tristi imaginatione ɔcomitata timo-
15 re, nā sp̄ūs tristis ɔturbat uiscera, † & casum facit imaginatio. c. j.
16 6. dist. ¶ † Quintò ex immoderato coitu aliq̄n̄ sumit initiū, vt in
17 Auth. de leno. circa mediū. ibi, pestiferos lenones. ¶ † Si'r ex superfluo exercitio q̄n̄q; ꝓcreat̄, nā q̄ nimiū emūgit, elicit sangui-
18 nē. c. deniq;. 4. dist. † vn̄ cauēdū est, ne q̄d nimis, † q̄a oē nimiū uer-
19 tit̄ in uitiū, s'm gl. in Auth. ut determi. sit nū. cler. in princ. & melius est pauca agere, q̄ multis p̄iculosè interesse, in Auth. de tab. circa med. ¶ Sextò huic morbo cām p̄stat ubertas, q̄ seq̄t̄ imme-
20 diatè post penuriā. † Nihil. n. horribilius, & populo perniciosius ipsa inedia, c. 2. de obserua. ieiu. ¶ Septima cā, & oīum maxima, a qua morbus iste ꝓ uenit, est societas hoīum, & demonū ex peccatis ɔ̄cta, q̄ admodū est pestifera, c. illud aūt, in fi. 26. q. 2. est. n. nō
21 minus uerū, q̄ vulgatū ꝓuerbiū, † ꝙ p̄p peccata ueniūt aduersa, c. Nabuchodonosor. 23. q. 4. & ciuitates cū habitatorib. p̄p hominum scelera disperdit Deus, in Auth. ut non luxur. ɔ̄ naturā. §. j.
22 † Accipiunt. n. demones p̄p nostra demerita potestatē a Deo, & morbos immittere, & ipsum aerē uitiando morbosum reddere, habitaq; p̄tāte nocendi, quæ facturi sunt p̄dicāt, c. sciēdū, 26. q. 4.
23 † Sunt qui ēt affirmant magos accitis demonibus imperare, ut morbos incutiant, & homines interimant. Vnde Lucanus ait,

Mens hausti nulla sanie polluta ueneni.
Incantata perit.

Refert Augustinus de ciuitate Dei, transumptiuè in c. nec mirum, 26. q. 5.

SVMMARIVM.

1 *Pestis an & quando excuset a mora. Et ibi, quòd omnis iusta causa metus excuset a mora.*
2 *Pestis si in loco solutionis fiendæ uigeat, an & quando possit compelli debitor, ut soluat alibi.*
3 *Bannitus a loco solutionis fiendæ, an possit cogere debitorem alibi soluere.*
4 *Creditor an cogere possit ad interesse debitorem, qui metu pestis non soluit loco, & tempore inter ipsos destinatis.*
5 *Debitor an & quando agere possit pro interesse contra creditorem, qui tempore pestis, uel aliam ob causam iustam ipsum compulit alibi soluere, quàm inter se contractum fuerat.*
6 *Pestis an, & quando excuset a periurio.*
7 *Debitor, qui tempore contractus iurauit soluere tali loco, etiam si ibi tempore solutionis fiendæ uigeret pestis, an excusetur a periurio, si ibidem dicto tempore distulit soluere propter metum pestis.*
8 *Iurans temere, licèt a iuramento ueniat quandoque absoluendus, plecti tamen debet propter temeritatem.*
9 *Vacationes quare in curia Ro. potius fiant de mense Augusti, quàm alio tpe.*
10 *Iurans se continuè stetisse in ciuitate, an incurrat periurium, si propter pestem ibidem uigentem absens fuerit certo tempore, animo tamen eò reuertendi cessante peste.*

11 *Pestis an, & quando excuset a pœna.*
12 *Emphyteuta, qui pestis metu non soluit pensionem in loco contractus an excusetur a pœna propter moram commissam.*
13 *Pestis si vigeat in loco, ubi fieri solent bullettæ, an, & quando excuset a pena statuti punientis mercatores transeuntes cum mercibus, uel euntes ad molendum sine dictis bullettis.*
14 *Obligatus ad aliquid faciendum sub pœna, & illud non faciens, non censetur immunis a dicta pena, si oēm diligentiā non adhibuit, ut illud facere poßet.*
15 *Gabellam ignorans solui in loco, per quem transit, & non soluens, non excusatur a culpa.*
16 *Gabellarij an, & quando teneantur monere transeuntes, ut soluant gabellam.*
17 *Pestis an, & quando excuset colonum recedentem ab agrorum cultura.*
18 *Pestis metu an, & quādo possit inquilinus recedere a domo conducta, ita quòd cessante peste, non teneatur amplius stare contractui.*
9 *Contractum deserere nemini, licèt, nisi propter exceptione, si quæ in ipso exprimantur.*
20 *Inquilinus impeditus, vtifrui propter casum fortuitum, an teneatur soluere locatori pro rata temporis, quo impeditus fuit, an pro rata temporis, quo non est usus.*
21 *Inquilinus, cui propter ducendam uxorem, uel aliam ob causam, maiore opus est domo, an migrare possit a domo conducta, & recedere a contractu.*
22 *Locator an, & quando teneatur remittere pensionem inquilinus impedito uti frui propter pestem. Et ibi, an dictus inquilinus possit repetere a locatore, quod prius soluerat pro rata temporis, quo utifrui non licuit.*
23 *Inquilino, qui non denunciauit locatori uelle recedere a re conducta propter pestem, an & quando facienda ueniat remissio pro rata temporis, quo non potuit utifrui.*
24 *Inquilino impedito utifrui per mensem propter pestem, an facienda sit remissio pro dicto mense, quo uiguit ipsa pestis.*
25 *Damnum quando dici possit modicum.*
26 *Inquilino recedenti a re conducta propter iustam periculi suspicionem debetur remißio, licèt etiam nullum subsit euidens periculum.*
27 *Inquilino, qui scholasticorum in contubernio tenendorum, uel hospitandorum aduenarum gratia magnam conduxit domum, an facienda sit remissio, si adueniente peste recesserunt scholares, hospitesq; non aduenerint, ipse tamen continuè domum ipsam inhabitauerit. nu. 31. 32. & 36.*
28 *Conductori impedito exercere artem suam in domo conducta, an debeatur remissio.*
29 *Locator qui domum suam locauit usurario manifesto, an ueniat puniēdus. Et an sub prætextu, quòd artem exerceat probibitam, poterit ipsum expellere a domo conducta.*
30 *Locator, qui meretricibus domum locauit, an eas expellere poterit sub prætextu, quod ibidem meretricantur.*
33 *Conductori hospitij, an fieri debeat remissio, si contingat ipsum, uel aliquem de sua familia mori peste, propter quod clauditur hospitium, ciuitate tamen sana permanente. Et ibidem quid de furnarijs, quibus similis casus contingit.*
34 *Conductori blasphematori, usurario, uel sodomitæ, in cuius domo tantum pestis irrepsit, an facienda sit remissio.*
35 *Conductori solito non soluere decimas, an superueniēte sterilitate fieri debeat remissio.*
36 *Conductori domus hospitij, gabellæ, uel similium, an & quibus casibus ueniat deneganda remissio adueniente peste. nu. 38. 40. 41. & 45.*
37 *Conducenti gabellas in ciuitate Limitropha, quæ quotidie solita est pati hostiles incursus, propter quos non soluitur gabella, an debeatur remissio.*
39 *Casus neminem excusat, ubi casum culpa præcessit.*
42 *Miles, qui belli tempore suscepit custodiam castri, tenetur ad damnum etiam si castrum ablatum eidem fuerit per uim.*
43 *Conductori agrorum in confinibus inimicorum existentium, non debetur remißio, licèt stipendiary fructus depredati fuerint.*
44 *Conductori, qui belli tempore conduxit prædia, non debetur remissio propter bellum.*
46 *Emptor omnium redditū, & prouentuum percipiendorum ex datijs, & gabellis alicuius ciuitatis per decem annos, an petere poterit remissionem sibi fieri, si contingat ipsum parum uel nihil percepiße de dictis datijs, uel gabellis uno anno ratione pestis. nu. 65.*
47 *Contractus talis præsumitur, qualem uerborum proprietas demonstrat.*
48 *Pretij mentio in dubio emptionem arguit. 55.*
49 *Pretium annuum uel menstruum constitutum pro fructibus arguit locationem. nu. 54. 55. 56. & 66.*
50 *Contractus innominatus regulatur secundum naturam contractus nominati.*
51 *Emptio & locatio, an & quando eisdem regulentur regulis.*
52 *Emptori superficiei an debeatur pēsionis remißio pp superficiei ipsius ruinā.*
53 *Locationis contractui quare admittatur remißio, non autem emptionis, et uenditionis.*
57 *Contractus natura potius est aduertenda, quàm uerba.*
58 *Verbum emptio, interdum pro conductio, exponitur.*
59 *Pretium aliquando pro mercede interpretatur.*
60 *Verba, si qui percipientur, scilicet fructus, in contractu locationis posita conditionem, & spem locatam esse significant.*
61 *Datium, seu pedagium emens, censetur emisse fructuum percipiendorum commoditatem.*
62 *Locationis natura, an & quando requirat fieri remißionem impedito utifrui fortuna, uel casu.*
63 *Datium aliquando exponitur pro redditibus, qui ex datio percipiuntur, aliquando pro ipso actu perceptionis.*
64 *Pretium unicum cōstitutum pro toto tpe in contractu nominato, an arguat locationem uel uenditionē, si solutio dicti pretij sit æqualiter diuisa per tpa. Et quid si sit constitutū unicum pretium semel, uel inæqualiter soluendū, ita q̄ dicatur uēditio, et contingat propter pestem tertiam partem reddituum deperire, an fieri debeat remißio conductori, an pretij excomputatio emptori.*
67 *Conductor si specialiter, & expresse in se suscipiat pestis periculum, an teneatur ad pensionem pro tempore, quo durat ipsa pestis. Et quid si generaliter suscepit in se periculum cuiuslibet casus. Et ibidem, quid si suo periculo.*
68 *Casus fortuitus quis dicatur, & quando dicatur insolitus, & non præuisus. nu. 99. & 100.*
69 *Impoßibiliū obligatio nulla est. Et ibi qūo intelligatur impoßibilis obligatio.*
71 *Periculi appellatione an ueniat pestis.*
72 *Periculum & casus fortuitus, quomodo differant.*
73 *Conductor datiorum an teneatur de casu fortuitu propter superuenientem pestem uel aliam ob causam, si datia conduxit suo periculo. Et ibi, an suscipiens in se omne periculum, censeatur suscepisse periculum casus fortuiti. & nu. 74. 75. & 76. ubi quid significet resignū, uel reschium, rascha, & spinella. Et quid si suscepit omne periculum cum iuramento. nu. 82.*
77 *Conductor suscipiens in se unum casum fortuitum specificè, adiecta clausula generali, & omne aliud periculum, an censeatur suscepisse ēt casum pestis.*
78 *Casus quis dicatur similis, & quis maior casu expresso.*
79 *Iudicis arbitrio relinquitur, quæ dicantur similia.*
80 *Periculum in re suscipiens in genere, si aliàs tenebatur de culpa leuißima, isto casu tenebitur etiam de casu fortuito. Et an idem dicetur, si casus fortuitus contingat culpa aduersarij.*
83 *Iuramentum an, & quando habeat uim specialis, & expreßi consensu.*
84 *Iuramentum non ampliat dispositionem ultra consensum.*
85 *Casus seu fortuna tristis, & aduersa, non solet uenire in consideratione.*
86 *Fortuna etiam solet capi in bonam partem.*
87 *Periculum aduersi casus, an & quando spectet ad conductorem, locatorem, emptorem, uel uenditorem. & nu. seq.*
88 *Conductor, qui propter inimicitias locatoris passus est damnum, debet a locatore tale damnum resarciri.*
90 *Iniuriam passus non tantum actionem habet cōtra iniuriantem, sed etiam contra eum, occasione cuius passus est iniuriam.*
91 *Captiuus, qui relaxatus fuit ad pecuniam afferendam pro se, & concaptiuis suis redimendis, si non reuertatur, & concaptiui pro se soluerint, habet contra se negotiorum gestorum actionem pro ipsis socijs.*
92 *Captus pro represalijs propter factum communis, habet ius repetendi expensas ab ipso communi.*
93 *Fideiussor, qui per uiolentiam superiorum coactus est soluere indebitum occasione principalis, habet actionem contra ipsum principalem.*
94 *Debitor, qui propter iniuriam creditoris coactus est alteri soluere, consequitur liberationem ope exceptionis.*
95 *Gabellam uendens censetur datiarijs promittere nihil se facturum, propter quod impediatur gabellæ exactio.*
96 *Conductor uel emptor, qui susceperunt in se periculum, an teneantur de casu occurso, quem locator, & uenditor poterant amouere, & non amouerunt.*
97 *Conductor, qui suscepit in se casum aduersamque fortunam, an teneantur de casu insolito.*
98 *Emens frumentum ad credentiam pretio, quo ualuerit mense Maij, tenetur ad summam immoderatam propter euentum caristiæ insolitæ.*
100 *Iurans non contrauenire laudo ratione alicuius læsionis, non præsumitur intellexisse de enormißima læsione.*
102 *Casus fortuitus rarißimè euenire dicitur, qui in centum annorum spatio non nisi semel eueniat.*
103 *Tempus longißimum, dicitur tempus quadraginta annorum.*
104 *Iudicis arbitrio an relinquendum sit, quod dicatur tp̄s longißimum. nu. 105.*
106 *Francorum Regis potentia omnibus anteponenda.*
107 *Iudicis arbitrio relinquendum est, ubi lex dicit agendum esse uerisimilitudinariter.*
108 *Conductor, qui suscepit in se omnem casum fortuitum tā præuisum, & cogitatū, quàm non præuisum, & non cogitatum, an teneatur etiā de casu insolito.*
109 *Transactio tracta ad incogitata, an censeatur etiam tracta ad non præuisa.*
110 *Conductor, uel aliàs contrahens, cui (eo quia in se susceperat aduersam tristemq; fortunā) spectat periculū casus fortuiti, an teneatur de casu insolito.*
111 *Doctori conducto ad legendum, qui propter pestem destitit legere, an debeatur integrum salarium, an pro rata temporis, quo legit. Et an durante peste biennio, uel triennio debeatur integrum salarium.*
112 *Labor & tempus diuidi possunt.*
113 *Miles interceptus ab hostib. an percipere debeat salariū pro tpe captiuitatis.*
114 *Vectori, qui casu fortuito impeditus nequiuit nauigare, an debeatur integra merces totius nauigationis.*
115 *Doctor uel Aduocatus, qui operas suas locarunt, si pendente anno locationis moriantur, an hæredes eorum percipient salarium totius anni.*
116 *Doctorum & Aduocatorum salaria, rectius honoraria dicuntur.*
117 *Doctores & Aduocati non dicuntur operas locare, cum inter eos non contingat, uel dicatur operarum locatio, sed potius honoris consequutio.*
118 *Salarium architecto uel pictori promißū pro ędificanda, uel pingenda domo, an ipsis debeatur integrum, si propter pestem aufugerunt opere imperfecto.*
119 *Doctori se absentanti tempore lecturæ non debetur salarium, si id fecit absque superioris licentia.*
120 *Doctores censentur legere tempore, quo uacant de licentia superioris.*

Auenio-

122 *Auenionensis patria amæna admodum est, & saluberrima, nec propter aeris intemperiem, sed propter malum regimen creditur peste uexari.*
123 *Doctori impedito legere propter pestem, an debeatur salarium, integrum, si durante peste aliò se transtulerit ad legendum. Et quid si alibi legit minori stipendio. an saltem debeat consequi residuum. 124. Et quid si a secundo consequatur maius salarium, quàm a primo, an tenebitur dare id supra plus primo stipulatori. 127.*
125 *Argumentum de tempore ad rem, est validißimum.*
126 *Argumentum de toto ad partem, ualet.*
128 *Doctor, qui durante peste potuit eodem, uel maiori pretio alibi legere, & noluit, an debeat consequi salarium a primo stipulatore.*
129 *Creditorem suum nemo mutare cogitur.*
130 *Acquirere nemo cogitur ad utilitatem creditoris.*
131 *Stipulator, uel præses, aut alius quispiam, cui Doctores non possunt ex causa pestis operas præstare, an & quando poßit alteri operas illas locare.*
132 *Tempus, quo dubitatur an uigeat pestis, accedere debet tempori pestifero. Et quid de tempore, quo dubitatur de bello, an accedere debeat tempori belli. & nu. 133.*
234 *Belli suspicio an haberi debeat pro bello.*
135 *Casus mali suspitio, seu metus, calamitatem affert non modicam.*
136 *Pestis causa, an & quando liceat a beneficio recedere. 138.*
137 *Prælatus, qui tutè in loco beneficij morari non potest, an illud renũciare pôt.*
139 *Superiori licentia si negetur inferiori iusta ex causa competenti, quid agere debet ipse inferior, ne impediatur ei recessus licitus. Et an semper requiratur, quòd petatur licentia, & obtineatur. & nu. 140.*
141 *Periculum ubi est in mora, licitum est in opere procedere spreta nunciatione. nu. 31. Et ibi an liceat contrauenire proprio iuramento, ubi periculum est in mora ante habilitationem.*
142 *Superioris uel alterius consensus ad aliquem actum necessarius, an ex necessitatis causa poßit omitti.*
143 *Consiliarij non possunt a loco discedere sine licentia superioris.*
144 *Beneficij sui fructus an percipere debeat residentiam facere impedimento iusto impeditus. Et ibi quid de distributionibus quotidianis, an & quando eas percipere debeat sic impeditus. & nu. 145. & 146.*
147 *Rector animarum curam habens, an pestis tempore poßit a beneficij loco aufugere nullo constituto uicario.*
148 *Dominus an & quando teneatur subditos suos tueri & defendere ab inferentibus eis bellum.*
149 *Miles armatæ militiæ, si tempore pacis militiam deserat, uenit gradu deponendus. Et idem dicendum de milite cælestis militiæ tempore pacis curam sibi creditam deserente. & nu. 50.*
151 *Pestis an, & quando excuset a præscriptionis cursu. nu. 152.*
152 *Præscriptio non currit agere non ualenti. & nu. seq.*
153 *Vasallum, qui intra annum non petijt inuestituram a domino, excusat pestis a finali priuatione.*
154 *Pestis excusat electionem prælati, & quemlibet alium actum alibi gestum, quàm in loco solito, & necessario, si ibidem uigebat ipsa pestis.*
155 *Canonici tempore pestis residentes, an & quando poßint recipere canonicum in poßeßionem, & ei dare stallum in choro, licèt non faciant maiorem partem, & absentes non citauerint.*
156 *Pestis excusat fugitiuos propter pestem, qui non habentes quòd declinent, possunt hospitari in ecclesia, maximè campestri, & ibidem conuiuari, quod aliàs de iure non possent.*
157 *Pestis priuilegium est ijs, qui prohibiti a statuto facere arengas, seu propositiones pro collectis fiendis, eam facere possunt peste ipsa uigente.*
158 *Gabellam an soluere teneantur fugientes propter pestem pro rebus, quas exportant a loco contagioso.*
159 *Statutum disponẽs, quòd pro animalibus quæ intromittuntur in territorium debeat solui certum datium, an comprehendat animalia timore latronum in idem territorium introducta.*
160 *Gabellam an soluere teneantur, qui propter incursum hostium, uel piratarum in alienum territorium fugientes eò res suas importauerunt, uel inde exportauerunt.*
161 *Gabellam soluere non tenentur, qui coacti sunt propter siccitatem ad alienum molendinum uenire ad molendum.*
162 *Statutum puniens introducentes suos per talem portam, an comprehendat introducentem porcos per eandem portam metu latronum.*
163 *Repræsaliæ, an & quando exerceri possint in fugientes a suo domicilio propter pestem. Et an habeant locum contra eos, qui ui uentorum compulsi sunt uenire ad locum repræsaliarum. & nu. 164.*
165 *Contractus, qui propter omissam solemnitatem a statuto requisitam solet esse nullus, an & quando robur accipiat propter pestem.*
166 *Instrumentum receptum a Notario nõ matriculato pestis tempore, est ualidum, licèt ad huiusmodi actum statutũ requirat Notarium matriculatum.*
167 *Pestis excusat pastorem ab interitu pecudum, cæterorumq; animalium propter epidimiam mortuorum. Et quomodo probabit pastor, uel soccidaneus animalia ex peste esse mortua. & nu. 168.*
169 *Romanorum Rex potest extra urbem Romanam coronari, si in ea uigeat pestis. Et idem uenit dicendum si pestis sit Mediolani, ubi idem Rex alio aebet diademate insigniri. & nu. 170.*
171 *Donatio tempore pestis facta, censetur donatio causa mortis, licèt in ea nulla sit facta mortis mentio.*
172 *Donatio causa mortis, sola penitentia reuocari potest, quod in donatione inter uiuos non toleratur.*
173 *Infirmus censetur, qui degit in loco contagioso, cum sit morti propinquus.*
174 *Donationis secunda species quæ dicatur a Iureconsulto.*
175 *Donatio facta ab infirmo, in dubio censetur donatio causa mortis.*
& l. j. C. qñ Imper. inter pup. & uid. cum sim. tñ sæpe ẽt capitur in
malam. l. si uendices. C. de pẽn. ideo rõne subiectæ materiæ vr̃ su
scepisse in se fortunã aduersam, ſm Bar. in l. si is qui, ff. de acq. hę.
quem simpl̃r sequitur d. Ias. in d. §. quæsitum, col. 2. pro quo ad-
duco bonũ tex. in l. reddatur. ibi, q̃ fortunæ uim se ferre ꝓfitet̃,
C. de profes. & medi. lib. 10. ¶ Aduerte tñ tu subtilis indagator,
quia in ꝯrũ facit textus. in l. inter stipulantẽ. §. sacrã. ibi, casum
aduersamq; fortunã expectare, ff. de uerb. obl. Itẽ ob. quia in du-
bio capienda est interpretatio negatiua, ꝙ non censeatur in se
suscepisse animaduersionẽ, ut patet ex supradictis. Nã ubi quis
suscepit periculum, interpretamur ꝙ non susceperit casum for-
tuitũ, licèt ex ui uerbi aliud dicendũ uideatur. Dicamus ergo, ꝙ
uerbũ, fortuna, qđ ẽt propriè põt intelligi de bona debeat capi
pro cõmodo, & sit sensus, ꝙ susceperit periculũ & fortunã. i. cõ-
modũ & incõmodũ. Nisi fortè rñdeat, ꝙ ita intelligẽdo uerbũ,
fortuna, nihil operabit̃, qa als ad eũ ꝯmodũ spectabat. ad quod
posset replicari, sed nõ instabo, qa cõis opi. est cũ Bart. in d. l. si is,
qui ſm q̃ cõsuluit Cor. cons. 23. Vr̃, col. pen. lib. 2. & cons. 38. col.
antep. eo. lib. Habes itaque ex præmissis, qñ cõductor teneatur
ad

ad pensionem,tpe pestis,vel alterius aduersi casus.¶ Sed pro ple
niori intelligentia, qa s. traditæ sunt q̃ plures fallentiæ ad regu-
lã negatiuam,quæ est ꝙ suscipiens in se periculũ, uel renuncians
oĩbus exceptionibus,non teneatur de casu,nisi in casib.expres-
sis in dictis fallentijs.Nunc illi casus,& generalis cõclusio, ꝙ pe-
riculum aduersi casus spectet ad conductorẽ uel emptorẽ, reci-
piunt, q̃ plures restrictiones.¶ Prima restrictio, nisi culpa aduer
87 sarij obuenerit† casus.l.2.C.de nau.fœn.l.qui officij.§.fi.ff.de con
trahen.emp.quas leges dicit Ro.uedidisse octo ducatis in singu.
435.exord. Tu scis,ꝙ quis.Si pestis ergo insurgeret culpa locato-
ris,remissio deberet fieri ↄductori,ẽt ꝙ perceptionem conduxis-
set,facit tex.in l.si merces, §.culpæ. ff.loc.ubi Bart.& alij notant,
88 † quòd si conductor propter inimicitias locatoris damnum pa-
tiatur,sibi tale damnum debet a locatore resarciri,prout ẽt con
suluit Soc.cons.70.instrumentum identitatis,col.2.lib.3.¶ Scda
restrictio, nisi facto aduersarij suscipiens in se casum incidat in
89 periculũ.† Quod intelligo, ut ista restrictio differat a præcedẽti,
etiam si factum aduersarij sit iustum, & a culpa remotũ. Exẽpli
gratia,locator iustè bellũ mouet, uel ei mouetur iniustè, cuius
belli occasione conductor danum patitur: huius certè dãni ha-
benda est rõ,ẽt ꝙ cõductor perceptionem conduxerit, ſm Pau.
de Ca.post Bar.in d.§.culpæ.Bar.in l.cotẽ ferro,§. qui maximos.
ff.de pub.& in d.disput.inc.Publicanus quidam. & Pet.de Anc.
90 cons.414.Viso instrumento, † nam si tui occasione ego iniurier
ab aliquo,ↄ te mihi datur actio ad damna,l.nam & Seruius.ff.de
91 neg.gest.† Et ibi no. ꝙ si unus ex plurib. captiuis fuerit relaxatus
cum pacto redeundi,& ꝓ omnib. taleam conuentam afferendi,
& contingat,ꝙ non reuertatur, & alij compellantur pro eo sol-
uere, certè ↄ ipsum eis cõpetet actio negotiorum gest. ẽt ꝙ esset
indebitè captiuatus,quia ꝑ eius factũ coacti sunt soluere. & il-
lũ tex.reputat unicũ in iure Bal.in c.ex rescripto. col.j.de iureiu.
92 Et per illã leg.determinat ibi Bar.quem alij sequũtur,† ꝙ captus
pro represalijs ꝑ factum cõis, habet ius repetendi quæcunque
expendit ab ipso cõi.& idem dicit Bar.in l.2.§.fin.ubi Mod.ff.de
uer.ob.& in trac.represaliarum.& Pan.cons.21. In qõne,quæ ad
præsens.lib.2.vbi infert ad aliam pulchrã qõnẽ,q̃ tu ipse uideas.
93 Et per illã leg.decidit Pan.cons.60.Qm̃ satis abunde.lib.j.† ꝙ fi-
deiussor coactus soluere indebitum per iniuriam & uiolentiam
superiorum habet regressũ ↄ principalem,quia talis uiolentia
processit facto ipsius principalis. Et dicit Bart.in l.creditor.ff.de
94 sol.& in trac.de Tiran.† ꝙ debitor coactus ꝑ iniuriam credito-
ris alteri soluere, ope exceptionis consequitur liberationem,se-
quitur Anc.cons.64.In causa,quæ uertitur. Alex.cons.57.col.fi.
lib.j.Et no.dixit Cor.cons.12.Licèt diffusè,col.3.lib.4. ꝙ tale fa-
ctũ hr̃ pro culpa,ẽt ꝙ culpa careat.Et idem dixit Corn. cons.23.
Vr̃.lib.2.adducens Bal.in c.j.§. ad hæc, de pa.iur.fir.ubi conclu-
95 dit,† ꝙ uenditor gabellæ censetur promittere datiarijs nihil fa-
cere,ꝑ ꝙ impediatur gabellæ ex actio, & idem firmat Cor.con
96 si.38.quãuis,col.pe.e.lib.¶ Tertia restrictio, † si locator, uel ven
ditor põt casum occursum amouere,& non uellet,tunc condu-
ctor,qui suscepit in se periculum,non teneretur de casu.l.si fun-
dus.ff.lo.per quem ita decidit Bal.in l.si ea lege. C.de usu.Cor.in
d.cons.12.Lud.Ro.in d. cons.178. Et ideo si dñi Consules Aue-
nio.fuissent interpellati, ut includerent, uel expellerent auctio-
natorẽ pisciũ,qui pestẽ intromisit,& recusassent, ꝓculdubio da-
tiarijs restaurũ deberẽt, ẽt ꝙ in se suscepernit casum fortuitum.
97 Quarta restrictio,† si casus esset insolitus, cõductor qui suscepit
in se casum aduersamq; fortunã,de tali casu insolito non tenere
tur,ſm Bar.& *cõiter scrib.* in d.§.quæsitũ,per tex.in l.fistulas,§.fru
menta.ff.de ↄh.emp.idem tenet Bar.in l.Seio,§.medico. ff.de an
nu.leg.Bal.in l.falsus,col.pe.C.de fur.Bal.& Sal.in l.licet. C.loca.
Ang.cons.174.Præmittendum est.Ale.cons.28. in 2.dubio, lib.j.
ubi consuluit conductorẽ non teneri de casu siccitatis insolitæ,
& ibi ampliat ẽt si interueniat iurm̃, qa de tali casu non intelli-
gitur cogitatũ,& iurm̃ nõ operat̃ ultra cõsensum,ut s.dixi.idem
tenet Alex.cons.107. col.pe. li.3. ubi ↄcludit datiarijs remissionẽ
esse faciendã si occurrat pestis insolita,& extraordinaria,ẽt ꝙ in
se suscepernit casum fortuitũ.idẽ tenet Soc.cõs.122. Circa præ
sentem consultationẽ,li.4.Bar.in trac.de gabellis, q.25.2.par.al-
legans l.fi.C.de act.& obl.idem uisus est uelle Alb.de Ros.in d.§.
frumenta,Inferẽs ad statutũ Paduæ disponens, ꝙ uilla teneat̃ ad
emendationẽ dãni dati ex incendio, si fulgur de cœlo cadat, ꝑ
quẽ ignis insolitus exoriat̃,dixit uillã non teneri,ꝑ illũ tex.& idẽ
tenet Alb.in d.§.medico.sequit̃ Fel.in c.sedes,de resc. Ful.consi.
185.Factum,super quo consiliũ petitur,in ult.dubio. vbi consu-
luit,cõductorẽ molendini,q in se oẽm casum susceperit, non te-
neri si flumen mutauerit alueũ,qa de tali casu casu nõ vr̃ cogita
tũ.Idẽ voluit Imo.in l.pretia rerũ.ff.ad l.Fal.ad fi.ubi tenet,quòd
98 † emẽs frumentũ ad credẽtiã pretio, quo ualuerit de mẽse Maij,
non tenet̃ ad summã immoderatã, si eueniat caristia insolita.se-
quitur d.Ias.in d.§.quæsitũ,qđ no.quia est practicabile,& quoti-
dianũ.¶ Contrariã opi.tenent Bal.Ang.Ful.Pau.de Ca. & Alex.
sibi ipsis ↄriantes,in d.§.quæsitum,& Imo.in d.c.j. & Alex.in d.l.
pretia rerũ,in fi.ubi reprehẽdit Imo.dũ uult,ꝙ debitor post mo-
ram non teneatur ad pretium quanti plurimi ualuit frumẽtum
tempore superuenientis caristiæ,& quantũ ad debitorem moro
sum fortè Alex.melius loquitur.Mouentur oẽs isti per tex.in d.
§.frumenta, quem dñt facere pro hac secunda opi.licèt Bart.&
sequaces eum adducant pro contraria parte.difficultas ergo re-
ducitur ad intellectũ d.§.frumenta. ¶ In primis Bal.dicit ꝙ non
probat intentionẽ Bar.quia uẽditor,qui ibi suscepit in se casum
tempestatis,solùm tenetur si immoderatæ niues præter consue
tudinẽ tẽpestatis frumenta corruperint, non si niues euenerint
ſm consuetudinem regionis,quia tunc nõ põt dici casus fortui-
tus,qui stante regionis consuetudine potuit præuideri.Adde,ꝙ
si illa uerba,præter consuetudinẽ regionis, ad corruptionẽ fru-
menti ẽt referantur,prout referenda uñr,cum nõ sit uerisile,ꝙ
in regione esset consuetudo, ꝙ frumenta a niuibus corrũperen
tur,tunc nullo modo ibi probabitur opi.Bar.imò retento, ꝙ di-
cat casus fortuitus ẽt ille,q est consuetus euenire, esset ibi casus
pro opi.ↄria,qa decideretur ibi uenditorẽ, q suscepit in se peri-
culũ,teneri de insolita corruptione frumenti,non de solita. Cu
ius ↄriũ esset dicendũ retenta opi.Bar.& sequaciũ.Ideo Sal.in l.
licèt,ad fi.C.loc.circa illũ tex.dixit,ꝙ venditor,qui suscepit in se
casum tẽpestatis,intelligitur suscepisse casum notabilis tẽpesta-
tis,quæ reducat fructus ad exiguitatẽ,non casum modicæ & cõ-
suetæ tempestatis,& re uera iste fuit sensus Legislatoris. Mihi ta
men placet opi.Bart. non per illũ tex.sed per rõnẽ præallegatã,
quia de casu fortuito insolito non præsumitur cogitatum.¶ Ad
arg.Bal.dicentis,ꝙ oĩs casus fortuitus est insolitus, aliàs non es-
99 set fortuitus,† rñdetur ꝙ casus fortuitus põt dici insolitus, & nõ
præuisus dupl'r. Primò in specie,si & qñ debeat euenire,tñ in ge-
nere potuit præuideri, & in istis terminis loqtur Bal. Scdo mo-
do põt dici insolitus & non ꝑuisus in gñe,nec in specie, ut qa in
imaginatione suscipientis casum uerisil'r nõ cadebat. & isto mo
do ꝓcedat opi.Bar.quæ est cõis,ut patet ex ꝑmissis.Et hãc cõcor
diã tradidit Cor.cons.12.Licèt diffusè,col.2.li.4.ubi not.dixit,ꝙ
omnis casus fortuitus põt dici insolitus,d.§.frumenta,ſm vnum
intellectũ. Sed aliq sunt insoliti, q licèt in specie præuideri non
possint,tñ in gñe præcogitari potuerunt uerisil'r,ut in simili di-
citur in l.qui iure militari.ff.de test.mil.Aliqui uerò sunt insoli-
ti in superlatiuo gradu,& isti sunt,de quib.in genere, nec in spe-
cie, suscipiens in se casum non præsumitur cogitasse, meritò ad
istos non extenditur pactũ.Sicut in simili dr̃ per d.Ant.de Butr.
Imo.Pan.& Cano.in c.cũ contingat,& in c.Quintauallis,de iu-
100 reiu.ꝙ iurãs non ↄuenire† laudo rõne alicuius lęsionis,nõ ꝑsu-
mit̃ cogitasse de enormissima lęsione,& ista est optima ↄcordia.
101 ¶ † Sed pũctus est posse discernere,qs dicatur casus insolitus,de
quo non ꝑsumitur cogitatũ,Bar.in d.§.Seio,dicit ꝙ ille dr̃ casus
insolitus,q nõ solet semel euenire in mille annis. Quæ verba cũ
misterio posita arbitratur Dec. cons.7. col. pen. sed d.Alex.in d.
cons.108.dixit Bar. loq exẽplificatiuẽ, & propterea illud exẽplũ
non restringere.l.dãni infecti,§.fi.ff.de dam.infe. vnde cõcludit,
ꝙ ille dicatur casus insolitus,q non solet cõiter cõtingere. & de
isto non ꝑsumitur cogitatũ,ſm eũ.Cor.aũt in d.cons.12.dixit in
proposito,casum dici insolitũ.q euenit præter oẽm uerisimilitu
dinẽ & cogitationẽ prudẽtis uiri,licèt forte a prudentissimo, &
diligentissimo pręuideri & imaginari potuisset,ut in casu suo,ꝙ
Florẽtini occiderint Legatũ Cardinalem, uel ꝙ Turca ueniret
Romã.¶ Br̃ in hoc puncto pñt pl'a trutinari, si casus sit inaudi-
tus,est expeditũ ꝙ de eo nõ pręsumitur cogitatũ:si uerò talis ca
sus quandoq; euenit,sed non in illa regione,& tunc ẽt de eo nõ
præsumitur cogitatum, qa utrum sit casus solitus, uel insolitus,
ad consuetudinem regionis recurrendum est,ſm glo.in d.§.fru-
menta.Si uerò sit casus,qui euenerit quãdoque in regione, tũc
inspiciendũ est a quanto tpe euenerit.Dec.in alleg.cons.7. vide-
tur uelle,ꝙ requiratur ꝙ a mille annis non euenerit, nisi semel.
Alex.vt s.dixi,tenet satis esse,ꝙ cõiter nõ soleat euenire. Credo,
ꝙ dicatur casus insolitus, de quo cogitatum non præsumitur,si
rarissimè soleat euenire,vt est de mente Bar.in d.§.medico, dum
inter casus insolitos enumerat immoderatas niues. & idem uo-
luit Cor.cons.182.in hac consultatione,col.4.lib.4.dũ pluuiam
insolitam computat inter insolitos casus, de quibus cogitatum
102 non præsumitur,si rarissimè in regione soleat euenire.† Dicitur
aũt rarissimè casus euenire,si in centũ annis non eueniat,nisi se
mel ſm eundem Cor.cons.23.Vr̃,col.pe.lib.2.& Soc. consi. 123.
lib.4.eum casum rarissimè putat euenire,si a longissimo tpe ui-
103 sus non fuit,& sic qui ab annis 40.non euenit.† Tempus.n.lon-
gissimum dr̃ tẽpus anno.40.ut no.in rub.C. de præscr.lon.temp.
104 ¶ † Credo tñ,ꝙ iudex debeat arbitrari tempus consideratis qua
105 litatibus & circunstantijs casus fortuiti.† Quid enim si a 10.an-
nis remotissimus Persarum Rex uenerit cum maximo exercitu
ad depredandam Galliam,& con tingat, ꝙ iterum hoc an no re-
uertatur,& multa damna inferat, existimabit ne iudex istum ca
sum solitum,& de eo a cõtrahentibus cogitatum? Videretur ex
præmissis ꝙ sic,quia a pauco tẽmpore euenerat.Ego tñ arbitra-
rer contrarium,consideratis circunstantijs, & qualitatibus hu-
ius casus.Quis enim existimasset,tam remotissimum Regem,ẽt
quòd

quod semel in Galliã irruperit, arma mouere ꝯ Christianissimũ Francorũ Regẽ? Certè nemo, cõsiderata locorũ distãtia & inui-
106 ctissimi Frãcorũ Regis potẽtia, † ꝯ cuius uexilla nemo debet sibi honore præsumere, teste Bal.consi.217. Ego puto, ꝙ ab iniusta
107 sñia, lib.3: Est.n.vera conclusio, † ꝙ vbi lex dicit agẽdũ esse ſm verisimilitudinẽ, tunc ad arbitriũ iudicis oportet recurrere, qui arbitrabitur vtrũ sit verisile, uel ne, ſm Car. in cle.cãm, uer.verũ.in j. no.ꝑ illũ tex.de ele.& vbi tps nõ est determinatũ, relinquitur arbitrio iudicis.l.j.ff.de iu.deli.cũ solitis concor. Vera igitur sit opi. Bart. & cõis, ꝙ suscipiens in se casum, non intelligitur suscepisse
108 casum insolitum.¶ Sed hic alia dubitatio ꝓponit.† Pone, ꝙ cõductor susceperit in se oẽm casum fortuitũ, tã preuisum & cogitatũ, ꝗ nõ ꝑuisum & non cogitatũ, an tũc teneat ẽt de casu insolito? Reperio Cor.in d.consi.24.li.2. dicentẽ, ꝙ si occurrat casus, de quo nullus, ꝗuis prudẽtissimus cogitasset, ꝯductorẽ nõ teneri. Nec ob.verba pacti, ꝗ nõ præuisum, & nõ cogitatũ, ꝗa sunt intelligẽda de casu nõ ꝑuiso, & nõ cogitato, a uiro prudẽti, non de casu nõ ꝑuiso ẽt a prudẽtissimo.¶ In ꝯrĩu tñ facit doc. Bar. in l.
109 si de certa, C.de trãs.& in l.cũ Aquiliana.ff.e.ubi vult, † ꝙ si dicatur in spẽ, ꝙ trãsactio trahat ẽt ad incogitata, tũc oĩa ẽt nõ ꝑuisa includunt. Nisi dixeris, ꝙ decisio illa Bar.in d.l. cũ Aqliana, rectè intellecta ꝓbat distinctionẽ Cor.nã inquantũ Bar.ibi vult, ꝙ cõpromissum, uel trãsactio cũ clausula, ꝙ ẽt ad incogitata trahat, cõprehẽdat ẽt ea, de quib. nõ erat lis: talis decisio sanè debet intelligi, uidelicet de his, de quib. nõ erat lis de ꝑñti, poterat tñ ꝓbabiliter moueri, nõ aũt trahi debet ad ea, de quib. lis esse nõ poterat ꝓbabiliter.i.ad ea, ꝗ liqda erãt & decisa, ꝗa de illis ẽt prudẽtissimus in gñe nõ cogitasset, ſm d.Ias.in l.j.col.2. ff. de transa.
110 ¶ † Itẽ dubitari põt, qđ si als ad eũ, q suscepit in se aduersam fortunã, spectabat periculũ casus fortuiti, an teneat de casu insolito? Vr̃, ꝙ sic ut pactũ aliqd operet.l.si qñ.ff.de le.j.¶ In ꝯrĩu facit, quia satis est ꝙ aliquid aliud operet, aut ꝙ teneat de casu ẽt obueniẽte culpa locatoris.l.qđ officij.§.fi.ff.de ꝯhen.emp. & s dixi.
¶ Venio ad conductores operarũ. Et primò qro. An Doctores,
111 † qui isto anno nõ legerũt ꝑp pestẽ, debeãt habere integra stipẽdia, au ꝓ rata tpis, quo legerũt? Vr̃ ꝙ ꝓ rata tpis tñ. Nã ꝯductori datiorũ, & ꝑdiorũ remissio debet, vt s.ꝯclusum fuit. Ita ꝯductori operarũ salariũ remittẽdũ dicamus.¶ Scđò, quia intuitu labo
112 ris salariũ ur̃ Doctorib.debitũ, labor † aũt ad tps diuisionẽ recipiũt.l.Seio.in prin.ff.de ann.leg. ergo pro rata tpis salariũ debit, bñ facit tex.in l.j.C.de re mil.lib.12. per quẽ decidit ibi Bart. ꝙ si
113 miles † casu ab hostib.capiat, ꝯsequi nõ dẽt salariũ durãte tpe captiuitatis, ꝗa non seruiit. Et per d.l.Seio, infert Bal.in l.j. C.de le. ꝙ si Doctor debeat duas sedes regere, & non regat nisi unã, uel dẽat legere per annũ, & nõ legat, nisi per sex mẽses, ei non debetur salariũ, nisi ꝓ rata laboris, & tpis. Imò idẽ Bal.in l.ædẽ. col.3. C.loc.tenuit, ꝙ doctori, ꝗ legit per sex mẽses tñ, nihil debeat. Et idẽ dicit in medico ꝯducto ad medẽdũ, ꝗa unus casus tñ põt valere, quantũ mille.¶ Tertiò facit ꝓ hac parte tex.in l.si vno.§.itẽ
114 cũ qdã.ff.loc. † vbi uectori impedito nauigare casu fortuito, integra merces totius nauigationis nõ debet, & soluta repetit, licèt per eũ nõ steterit, quominus nauigaret. ¶ In ꝯrĩu, ꝙ debeantur Doctoribus integra salaria, ur̃ casus, in l.q operas. ff.loca.& in l.j. §.diuus.ff.de ua.& extraor. co. ubi dr̃, ꝙ q operas locauit totius tpis mercedẽ hr̃e dẽt, ꝗa ꝑ ipsum nõ stetit quominus operas prẽstet. Ad idẽ facit tex.in l.pe.& fi.C.de ꝯd.cau. ubi dr̃, datũ ob cau. aduocationis nõ repeti, si casu Aduocatus ꝓhibeatur operas ꝑstare, & in l.3.C.de agẽti.in reb.& in l.si quis.C.de pro sacro.scri. li.12.& in l.fi.C.de dome.& ꝓtect.lib.12.¶ Quid tenẽdũ? Istã qõnẽ format Bar.in d.§.diuus.& ꝯcludit salariũ integraliter deberi pro toto anno, per iura ult. loco allegata.& ante eundẽ decidit Inn.in c.ꝑp sterilitatẽ, de loc.& ibi Imo.dicit ita cõiter tenere Legistas & Can.& ita cõsuluit Dec.cons.70.per totũ. Hinc dicit gl.
115 in d.§.diuus, † ꝙ si pendente anno moriat Doctor vel Aduocatus, ꝙ hæredib.debet salariũ totius anni. Et idẽ dixit Bal.in l.j.C. de suff.& d.Ias.post alios in l.diem functo, col.9. ff. de off.asses. Et eadẽ rõne si prætor moriat, debebitur heredib.integrũ salarium totius anni. Et ſm Bar.Ang.Bal. & cõiter alios, in d.l.diẽ functo, & Bar.in d.l.fi.C.de dome. & ꝓtec. ibi idẽ concludit in hæredib. assessorũ, quib.datur actio ꝯ ptorẽ ꝓ toto anno. Et ista est uerissima sñia, ꝗ clarior apparebit ex resolonib.ꝯriorũ. ¶ Nõ ob.ergo, ꝙ ꝯductori ex natura ꝯctus fieri dẽat remissio, ꝗa ueteres nõ crediderũt inter Doctorẽ, Aduocatũ, prætorẽ & siles locationẽ, &
116 cõductionẽ esse, sed magis operã bñficij loco ꝑberi, † & id qđ datur, ad remunerãdũ dari, & ꝓinde honorariũ appellari.l.j.§.j.ff.si
117 mẽs.fal.mo.dix.† Absit.n.ꝙ honoris ꝯsecutio dicat operarũ locatio, & ꝙ ꝓbitas animi, & intellectus lucrari possit, maximè nr̃a legalis sapiẽtia, ꝗ ꝑtio nũmario, neq; estimari, neq; ꝑtio debet dehonestari.l.j.§.ꝓinde.ff.de var.& exor. cog. Et iõ Iurecõsultus in d.l.q opas, §. Aduocati.distinxit Aduocatos a locatorib. vt ostẽderet, ꝙ Aduocati nõ dñr locare opas.¶ Ad ſm rñdet, ꝙ salariũ, seu honorariũ nõ debet doctori & silib.intuitu laboris tñ, sed ꝑp probitatẽ intellectus principal, nã si ꝑp laborẽ principal dẽret, uera esset ꝯria ꝓpositio d.§.itẽ cũ qdã.nã uectori, & silib.merces
118 debetur ꝑp laborẽ tñ. Et ideo si certũ salariũ † fuisset promissum artifici ꝓ domo cõstruẽda, & pictori ꝓ domo de pingẽda, & ꝑp pestem aufugeret, non deberet sibi integrũ salariũ, sicut nec vectori. Et si tu opponas de rõne.d.l.qui operas, videlicet ꝙ per ipsum nõ stat, &c. Rñdeo, aut non stat ꝑ locatorẽ operarũ, sed per cõductorẽ, & ꝓcedit illa rõ. Aut nõ stat ꝑ locatorẽ, nec ꝑ cõductorẽ, sed ꝑ casum fortuitũ, & procedit præmissa distinctio. Aut merces debetur ꝑp laborẽ, aut ꝑp probitatẽ intellectus principaliter, ſm Bar.in d.§.itẽ diuus, & gl.in d.§.itẽ cũ quod l. In his.n. quæ honoris bñficij remunerandi gratia præstant, largior sit interpretatio, ꝗ in onerib.& operib.mechanicis, l.si longius.§.fi.& l.sed si susceperit.§.libertus.ff.de iud & l.falsa.§.fi.ff.de cõd.& demon.ꝗ iura ad hoc allegat Bal.in l.j.C.de suffra.¶ Non ob.decisio Bal.in d.l.ædem, ꝗa ꝓcedit qñ stat per Doctorẽ, quominus legat ꝑ integrũ tps, ut quia sibi placet uacare, ab amica fortè munere legendi reuocatus, ſm Dec.in d.consi.70.col.fi.ideo si Do-
119 ctor legens † se absentet tpe lecturæ absq; licentia superioris, nõ debet habere salariũ, ſm Bal.in auth.habita, C.ne filius pro pat.
120 col.8.¶ Sed pone, † ꝙ diu perduret pestis, ita ꝙ nõ solũ ꝑ annũ, sed ẽt ꝑ bieniũ Doctores impediãtur legere, an ꝓ uno anno tm̃, aut ꝓ toto tpe, quo durabit pestis consequatur salariũ. Vr̃, ꝙ pro toto tpe, quia militant rõnes præallegatæ, cũ ꝑ eos nõ stat, & ꝗa propter ꝓbitatẽ ingenij debet, Bar.in d.§.diuus, mouet dubitationẽ, & rñdet distinguẽdo. Aut erat una ꝑstatio faciẽda ꝓ toto tpe, & ꝓ toto habebit salariũ. Aut erat faciẽda præstatio annua, & tunc ꝓ eo anno tm̃, quo Doctores inceperunt legere, ꝑ tex.in l.post duos.C.de aduo.diuer.iudi. Nã si doctorib. sit promissum certũ salariũ ꝓ quolibet anno, tot censentur obligationes, quot sunt anni, ſm eũ. Et sic in effectu vult, ꝙ si ꝓ trib.annis sit cõstitutũ salariũ triũ milliũ ducatorũ, ꝙ dicatur una obligatio, & una locatio, & ꝯñr debeatur integrũ salariũ omnium triũ annorũ. Si verò sint ꝓmissa mille ꝓ quolibet anno, debeatur salariũ illius anni tm̃, quo legere incẽpit. Idẽ firmãt Bal.& Sal.ĩ d.l.post duos, & Sal.in l.sed addes.§.fi. ff.loc. ¶ Qđ ultimũ declara ꝓcedere, si salariũ, & ꝑstatio sit diuisa ꝑ annos, ut in exẽplo ꝑmisso, secus si salariũ sit unicũ, & ꝑstationes diuisæ. Exẽplũ, si doctori sit cõstitutũ salariũ triũ milliũ duca.ꝓ integro tpe totius locationis, & postea sint diuisæ ꝑstationes ꝑ annos uel menses, tunc una esset obligatio, & salariũ ꝓ toto tpe deberetur, ar.l.lecta. ff. si cer.peta. ¶ Scđò declara ꝓcedere, nisi doctor sit cõductus ad legẽdũ vnũ uolumẽ, putã Infortiatũ: isto casu, ꝗa obligatio limitatur respectu certi facti, una erit obligatio.l.in lege.§.locaui.ff.loc.ſm Bar. in d.§.diuus, sequr d.Io.Bap. de S.Seuer.in l.diẽ functo, in 10.q. ff.de of.asses.¶ Tertiò declara ꝑmissa oĩa, si oblo legendi erat restricta ad locũ, in quo ꝑp pestẽ legere impediunt. Secus si Doctores sint cõducti ad legẽdũ in loco, ubi nunc uigeat pestis, uel alibi, ubi placuerit Reip. Auenio. Nã isto casu, si nõ deputet doctorib.alius locus ad legẽdũ, cũ tunc non stetit per eos, nec ꝑp casum, sed ꝑp factũ eius, qui debet salariũ nõ assignãtis aliũ locum idoneũ, debebitur indistinctè doctorib.salariũ ꝓ toto tpe.d.l.qui operas, & l.si in lege, §.si domus, & l.dñs horreorũ, §. fi.ff.loc.ſm Bar.post gl.in d.§.itẽ cũ quidã, & Dec.in d.cõs.70.col.pe.¶ Quartò declara ꝓcedere, si ꝑp casum nõ inceperũt anno illo legere, secus si licẽtia superiorũ distulerint initiũ legendi, & interim sup-
121 uenit pestis uel guerra, isto casu studiũ habetur ꝓ inchoato, † ꝗa Doctores dñr legere eo tpe, quo uacat de licẽtia superiorũ, ſm Bar.in l.hac lege, per illũ tex.C.de proxi.sacro.scrin.lib.12. Bald. in d.auct.habita, col.8.& in l.si ea cõdõne.C.de ꝯdi.inser.¶ Quinto declara, ut procedat si doctorib. promissum fuit annuũ salariũ simplr, secus si promissum sit ẽt tpe pestis & guerræ, ꝗa tunc eis debetur salariũ ẽt ꝑ eo anno, quo legere non inceperũt: aliàs pactũ esset frustratoriũ, qđ non est dicendũ, ſm Bar. in l.sed & si quis.§.qsitũ, ff.si quis caut.& dixi, s. Et ita Respublica Auenion. conuenit mecũ, aliàs non uenissem ad legendũ ꝑp casum pestis,
122 † quẽ intellexerã frequẽter occurrere in regione hac, alioquin amœna, & admodũ pacifica, ac ẽt (vt arbitror) saluberrima, si me
123 liori uteretur regimine. Sed hic quæro, † quid si unus ex doctoribus pendẽte peste, iuerit ad legẽdum in uniuersitatẽ Valentinã, uel aliò, an debeat habere salarium ab uniuersitate, a qua discessit ꝑp pestẽ pro toto anno, uel toto tpe, modo quo s.conclusum fuit? Et idẽ punctus formari põt in aduocatis, assessoribus, & similib. Breuiter cõcludendũ puto, ꝙ non debeat cõsequi salariũ eius tpis, quo præstitit operas alteri uniuersitati, per tex.in l.sed addes.§.fi.ff.loca.& in l.diẽ functo.ff.de offi.asses. vbi Bar.assignat rõnem, quia qñ doctor non præstitit alteri operas, lex fingit eum legisse, ex quo per eum non stetit. Sed qñ se cũ alijs ad legendũ collocauit, lex non põt fingere, cũ nemo possit duob.dominis seruire.l.nemo.C.de offi.asses.& super impossibili lex non fingit, ut per Bar.in l.si is, qui ꝓ emptore, ff.de usuca.per tex.in §. †.minorem, Inst. de adop. Vel ea põt esse rõ, quia cessat interesse doctoris, cũ ab alio mercedẽ acceperit, vt dr̃ in §.fi.nam ẽt doctores agũt ad interesse.l.ex conducto.ff.lo. ¶ Sed suboritur dubiũ.
124 † Quid si doctor legit alibi pro minori salario, an residuum consequi poterit a primo, cui propter pestem non præstitit operas? Bal.Pau.& cõiter Docto.in l.diem functo, ff.de offic.asses.concludunt ꝙ possit consequi a primo, quãto minus consecutus fuit a

secundo,arg.l.si qs a socio.ff.ꝓ soc.& l.ꝑdia.ff.de act.emp.Sed re
colēdæ memoriæ do.Lanc. Dec. fuit in ꝯria snia, quia si Doctor
seruiuit alteri,nō pōt fingi per legē,ꝙ duob.seruierit. d.l.nemo.
cum ergo cessat rō assignata per Bar.cessare debet ēt dispositio,
vulgata l.adigere.§.quamuis.ff.de iurepat.& sic est necesse fate-
ri,ꝙ ista decisio non est uera,aut ꝙ rō Bar.est falsa. ¶ Ego nō di-
scederē vllo pacto ab hac decisione cōiter approbata,quā com-
125 probo,†arguendo de tpe ad rē,qđ est ualidissimum, arg.l.miles
ita,ff.de testa.mil.Sed pro rata tpis, quo uacauit pp pestē, anteq̃
alibi legere inceperit,oēs concedunt salariū sibi a primo deberi,
ergo ēt debebitur ꝓ rata rei.Secundò corroboro, quia tex. in d.
§.fi.ad hoc, ut sibi non debeatur salariū pro tpe impedimēti ca-
sualis,exigit ꝙ impeditus operas præstare non receperit merce-
dē ab alio:unde si nihil recepisset Doctor, uerū esset a primo to-
126 tū salariū deberi. Ergo idē de parte dicā, † arguendo de toto ad
partē.l.quæ de tota.ff.de rei uen.¶ Ad ꝯriū rn̄deo, ꝙ licèt cesset
rō Bar.tn̄ militat rō interesse, unde non debet cessare dispositio,
ex quo vna ex duab.rōnibus permanet.§.affinitatis,Inst.de nup.
vel fortè ꝯcordari pn̄t opiniones distinguendo. Aut doct. ꝓmi-
sit operas ꝓ tpe,quo erit impeditus eas primo præstare,& tūc ꝓ-
cedat cōis opinio. Aut promisit operas secundo usq; ad certum
tempus simplr,& tunc procedat opinio d.Lancel.Rō diuersita-
tis est,quia primo casu promittēdo operas pro tpe impedimen-
ti tm̄,non censetur Doctor discedere a primo ꝯctu,cum cessan-
te impedimento,uelit præsto esse ad seruiendū primo. Secundo
casu promittendo vsq; ad certū tps simpliciter cēsetur uelle di-
scedere a primo ꝯctu, cū non sit possibile si cessaret impedimen
tum eo tpe,quo promisit secundo,ꝙ eo casu vtroq; eodē tpe ser
uire posset,d.l.nemo. Sit ergo doctor cautus, nec alteri promit
tat,nisi pro tpe impedimenti, aliàs perderet residuū salarij. Imò
si cessaret impedimētum,teneretur alteri ad interesse,quia ꝑ ip-
sum staret quo minus utriq; operas præstaret. l.aduocationis.C.
de condi.ob cau.l.2.C.loc.& tenet expresè gl.in d.§.idem cum
127 quidā.¶†Sed qd si a secundo maius salariū consequatur,q̃ a pri-
mo, an s̄. plus teneatur doctor dare primo stipulatori? Vr̄ ꝙ sic,
quia qui in uno grauatur,in alio debet alleuiari.l.eum qui.ff. de
iureiu. Sed primus tenetur doctori resarcire quanto minus con
sequitur a secundo,ergo æquum,vr̄,ut primo debeatur remolu-
mentū quanti pluris facit tex.in §.illud,Instit.pro soc. & in l.ſm
naturā.ff.de reg.iur.¶ In ꝯrium facit, quod decidit do.Io.Baptis.
de S.Seuerino in d l.diem functo,q.16. ubi vult ꝙ hæredes præto
ris nullum ius habeant in s̄.pluri,quod consequuntur assessores
ab altero prætore,cū quo mortuo primo se collocarunt. Nisi re
spondeas,ꝙ decisio ista de assessoribus ideo procedit, quia mor-
tuo primo prætore assessores sunt liberi ab obligatione præstādi
operas.d.l.diem functo, propterea pn̄t eas alteri ꝓ arbitrio pro-
mittere.Secus in Doctoribus impeditis legere pp pestē,qui non
pn̄t absolutè operas alteri promittere, ut s̄. dixi. Secundò facit,
quia industria & diligentia Doctoris, q noluit stare ociosus,de-
bet sibi & nō alteri ꝓdesse.l.j.C.de palud.Quid tenēdum? Ego di
cerē,ꝙ Doctor non teneatur dare illud s̄. plus primo stipulato-
ri,quia diligentia sua debet sibi prodesse, & quia nō interest pri-
mi petere illud supra plus pro illo tpe.Sed ad supra plus,qđ ces-
sante impedimento pestis fuit Doctor cōsecutus, dicerem eum
teneri,vel ad interesse in electione primi.d.l.cum similib.C.de lo
128 ca.¶ Insuper dubitatur,† quid si Doctores potuerunt pendente
peste cum eodē.uel maiori salario legere in alia uniuersitate, &
noluerunt,an tunc debeant habere salariū a primo? Glos.quam
cōiter sequuntur Doct.in d.l.diem functo,in assessoribus determi
nat, ꝙ nihil tunc petere, & consequi debeant a primis prætoris
hæredibus:quia paria sunt,ꝙ operas alteri locauerint, uel per ip
sos steterit quominus eas locauerint.quæ rō idem uidetur con-
129 cludere in Doctoribus.Sed in contrarium facit,† quia nemo co
gitur mutare suum creditorem.l.si mandato.ff.mand.post prin.
propter quam rationem Ludo.Rom. in d.l.diem defuncto, te-
130 nuit ꝯ gl.& sequaces.Et pro ista opinione facit, quia† nemo cō-
pellitur acquirere ad utilitatem sui creditoris. l.qui aūt,in prin.
ff.de his quæ in frau. cred. ¶ Et ita tenendo non obst. decisio gl.
in d.l.diem functo, quia loquitur in assessoribus liberis totaliter
ab obligatione præstandi operas pp mortē prætoris.Nos loqui-
mur in Doctoribus non dissolutis ab obligatione legendi pro-
pter impedimētum pestis. Et si replicaueris, ꝙ istud diuersificat
factū,non aūt reddit rōnem diuersitatis. Rn̄deo,ꝙ ex hoc resul-
tat clara diuersitatis rō.Nā quia assessores liberi sunt ab obliga-
tione,videbatur,ꝙ hæredes prętoris ēt liberi esse deberēt ab obli
gatione pręstādi salariū, ꝯriū tn̄ statutū fuit in d.l.diē functo. &
quia grauant̄ hæredes prętoris præstare salariū pro toto tpe,re-
leuātur in alio,ꝙ si assessores,vel alteri seruiant,uel seruire recu-
sent,possint cōpēsare cū salario præstando id totum, qđ assesso-
res cōseq potuerūt ab altero,arg.l.eū qui,ff.de iureiu.quæ rō ces
sat in Doctoribus, q debēt semꝑ esse parati seruire cessāte peste,
cuius obligationis rōne cōsequunt̄ sua stipendia ꝓ tpe pestis.Si-
cut.n. Doctores pp pestē non possent inuito primo a ꝯctu disce-
dere,ita ēt ipsi non debēt inuiti cōpelli a ꝯctu discedere, & obli-
131 gationē cōmutare. ¶ Itē alia occurrit dubitatio. † An primus,
cui Doctores non pn̄t ex cā pestis operas præstare,possit alteri il-
las operas cedere? Breuiter, aut Doct.promiserunt legere in cer-
to loco,aut ubi placuerit. Primo casu, quia oblatio faciendi est
restricta ad locum, certum est ꝙ non potuerit compelli alibi le-
gere,l.3.§.Iulianus,ff.de eo quod cer.lo. ſm Dec. consi.70. col.1.
Secundo casu recurrendum est ad doctrinam Bar.in l.si non sor
tem,§.libertus,ff.de condi.indeb. ¶ Vltimò iuxta p̄missa quæro.
Quid si in ciuitate superuenerit falsus rumor pestis, & pp hunc
falsum rumorem Doc.cessauerit a lecturis,recesserint scholares,
mercatores & alij non accesserint ad ciuitatem, an talis falsus ru
mor debeat nocere gabellarijs & cōductoribus,an locatoribus?
Credo,ꝙ debeat nocere locatoribus,& fieri debeat remissio cō-
ductoribus ac si uerè pestis viguisset in loco, quia sufficit timor,
pp quem idem successit effectus,l.3.§.armis deiectum,& §.perin
de,ff.de ui,& ui arma.duo.n.sunt tpa,s.tps sanitatis, & tps pestilē
132 tie.Tps aūt,quo dubitatur,†an uigat pestis,uel sanitas,accedere
debet tpi pestifero magis q̃ sano,quia ad prouidendum inspicere
debemus quod est tutius,l.generaliter, §.si homini libero, ff.de
statulib.sicut dicimus ꝙ est dare tps pacis,& tps belli, & treugæ,
133 c.1.de treu.& pac.† Tps autem, a quo dubitatur de bello,dr̄ ac-
cedere potius bello quam treugæ aut paci,quia peior est bello ti
134 mor ipse belli,ſm Sene.in tragedijs,& suspicio† hr̄ pro bello,arg.
l. Pedius,in prin.& l.1.§.si suspicio,ff.de incen.rui.nauf.ꝑ quæ iu
ra consuluit Pe.de Anch.cons.88.Præmissa facti serie,gabellarijs
esse faciēdam remissionem pp damna passa ob timorem belli ac
si uerè gestum fuisset bellum. Nam ſm Cic. in oratione pro Cn.
135 Pompe.†in vectigalibus non solum aduentus mali,sed ēt metus
ipse affert calamitatem.Nam cum hostium copiæ non longè ab
sint,ēt si irruptio nulla facta sit, tn̄ pecora relinquuntur,agricul
tura deseritur,mercatorum nauigatio,& itineratio conquiescit,
quare sępe totius anni fructus uno rumore periculi & uno terro
re belli,uel pestis amittitur.Et hæc de quartò speciali dixisse suffi
136 ciat.¶ Quintò pestis excusat a residentia.¶†Nam pp pestem li-
cèt recedere a bn̄ficio,ſm Host.in Summa,de cle.non resi.§.fi.&
137 probat̄ in c.ad supplicationē,de renun.in arg.ubi dr̄, ꝙ si p̄latus
tutè morari nō possit in loco bn̄ficij,pōt illud renunciare. Et me
lius ꝓbat̄ in c.pastoralis.7.q.j.ubi pp inimicitias licitè pōt p̄latus
se absentare.Ad idē tex.in c.bonæ memoriæ.de elec. & est tex.cla
rus in cle. ne in agro, §.fi.iuncta gl.in uer.rōnabili, de statu mo-
na.q̃ ad hoc allegat Fel.ī c.accedēs, 2.uer.sexta ꝯclusio ut lite nō
cōte.& d.Ias.in l.2.§.pe.ad fi.ff.ad si qs cau.Nā q ex iusta cā disce-
dit,fingit̄ esse ī ciuitate,l.cū hr̄s,§.Sichus si hr̄di, ff.de statulib. cū
138 si.¶ Sed dubitat̄, †an liceat discedere nō obtēta licētia à superio
re? vr̄ ꝙ non,ꝑ tex.in c.relatū,de cle.non resi.per quē dicit ibi Io.
And.ꝙ nō sufficit ex iusta cā petere licētiā recedēdi nisi impetre
tur. ¶ Et si dicat̄,ergo superior poter semꝑ impedire recessum li-
139 citū.Rn̄det̄ succursum esse ei, cui indebitè denegat̄ licētia ꝑ re-
cursum ad superiorē,q exigente cā poterit cōpellere p̄latū,ut p̄-
140 stet licētiam discedēdi.arg.c.nullus,de iurepa.¶†Et ꝙ reqrat̄,ꝙ
petat̄ licētia & obtineat̄,ur̄ tex.in c.cū ex eo,de elec.lib.6. & hoc
tenuit gl.in c.nō oportet,de ꝯsecr.dis.5.& ur̄ gn̄alis rl̄a, ꝙ ubi lex
reqrit licētiā supioris,intelligat̄ reqrere duo.s.ꝙ petat̄.Itē ꝙ ob-
tineat̄.l.2.iuncta gl.C.de in ius uoc.ꝑ q̃ ita ꝯcludit do.Ias.in §.pę
nales,col.3.ꝑ illū tex.Inst.de actio.¶ Quid dicēdum? Arbitror di
stinguēdū inter petitionem & impetrationem.Dico. n.licētiam
esse petendā,si copia superioris faciliter,& sine ꝑiculo hr̄i possit,
al̄s secus,cū tps & locus sæpe nō patiantur licētiā petere,l.1.ff.de
exerci.l. tutor,q repertoriū,ff.de administr.tuto.ſm Io.An.& Pa
nor.in d. c.relatum. ¶ Quo ad impetrationē puto indistinctè bn̄
ficiatū posse discedere subsistente cā pestis inuito & renuēte su-
141 periore,†qa ubi ꝑiculū est in mora, licitū est spreta nunciatione
ꝓcedere,in opere,l.de pupillo, §.si qs riuos,ff.de no. ope.nūcia.
Et ubi ꝑiculū est in mora aū obtentā habilitationē, licitū est ꝯ-
uenire,ꝓprio iure, ſm Fel. in c.at si clerici, §.de adulterijs, col.3.
de iud.adducit no.per Inn.in c.uenerabilē,col.2.de elc.& ita te-
nent Ant.de But.Card.& Pan.in c.inter quatuor,ꝑ illum tex.de
cle. non resid.Fel. in c.p̄terea,col.fi.de sponsabn̄ facit dictū gl.&
Card.in c.fi.ꝑ illū tex.eo.ti.vbi ꝯcludit̄,ꝙ si clericus discessit sine
licētia & iusta cā,si supueniat pestis excusat̄, ēt si monitus nō re-
uertat̄,ad residentiā.Qđ ēt tenēt Pan.& alij in d.c.inter quatuor,
& idem tenet Fel.in c. cū accessissent,col.7.de consti. ubi ex mul
142 tis probat† ꝙ ex cā necessitatis potest omitti consensus superio-
ris,uel alterius necessarius ad actum, & possem ex pluribus alijs
comprobare,sed non curo, quia iste modus implendi chartas si-
milibus & authoritatibus solet lectorem a proposito legendi di-
143 uertere & fastidium gn̄are.Et ista notanda sunt a ꝯsiliarijs,† qui
non possunt sine licentia superioris a loco discedere, l.si quis de-
curio,& ibi Bar.C.de decurio.uigente tn̄ peste poterunt non im
petrata licentia a pestifero loco fugere,per prædicta.Sed q̄rit̄, an
absentes ex cā pestis debeāt recipere fructus bn̄ficiorū suorum?
Fed.de Senis consi.246.exordiēte.De iure cōi, determinat ꝙ sic,
ꝑ tex.in c.unico, de cler. non resid. ibi,nisi corporalis aliqua ne-
cessitas eos excuset.Quæ uerba ſm Archi.Ge.& Mod.cōprehen-
dūt oē iustū impedimentū,c.hi q,de ꝯsec.dist.4.Et ſm Doc.*cōiter*,
144 est ibi casus, †ꝙ impeditus iusto impedimēto residētiam facere,

non

non solum pōt percipere fructus sui bñficij,sed ēt ratam distribu
tionum quotidianarum,& per illum tex.Io. And.Gem.& Perus.
inferunt, ꝙ non audēs morari in loco bñficij pp partialitates, si
se illis nō immiscuit,licitè cōsequitur ēt distributiones quotidia
nas,quia necessitas defendēdi corpus suum,eum cogit abesse.Et
facit quod vult gl.in c.statutum.§.j.in uer. nō audeas, de rescri.
145 lib. 6.¶†Sed istud de distributionibus quotidianis intellige ue-
rum stāte cōsuetudine,ꝙ absentes ex iusta causa eas percipiant,
prout loquitur ille text. aliàs absens non pōt petere tales distri-
butiones,quæ interessentibus tātùm debētur,c.licèt,de præben.
146 c.de cætero,de cler.non resid. ¶†Sed pone,quòd præbendæ non
sint distinctæ,sed singulis diebus dantur cuilibet interessenti tot
panes,tot uini amphoræ,& certa pecuniæ quantitas, sed non in
teressentibus nihil præstatur, an absentes ex causa pestis aliquid
percipere debeant? Videtur ꝙ nō,quia tales redditus solum in-
teressentibus debentur, & sic tanquam de distributionibus quo
tidianis iudicandum de eis, vr̄. ¶ In contrarium, ꝙ debeant eos
percipere facit, quia hmōi redditus loco præbendæ sunt,aliàs es-
set canonia sine præbēda,quod esse non pōt,ut no. in c.cum M.
Ferra.de constit.in c,dilectus,de præben.Fructus aūt præbendæ
consequitur absens ex iusta causa , uel aliàs impeditus residere,
d.c.vnico. ergo ēt hoc consequi debebit . Et ita uidentur tenere
gl.Gem.&alij in d.c.vnico.¶ Mihi placet,ꝙ si nō habeat,qui di-
scessit ex causa pestis,unde uiuat, ꝙ vsq; ad alimenta percipere
debeat tales redditus,argu.eorum,quæ not.glo. & Doc.in d.c.li-
147 cèt,de præbē.& in c.olim,de uerbo.sign. ¶†Sed dubitatur ēt,an
rector , qui curam habet animarum nullo ꝯstituto Vicario pos-
sit fugere a loco bñficij pestifero?Cōcessum.n.est curatis ex cau
sa deseruire ꝑ vicarium, c.extirpādæ.§.quia verò,de præben.& c.
cum ex eo,de elec.lib.6. Vr̄ ꝙ sic, nā ēt Rectoribus curatis mor-
bus iste non parcit,& doctrinæ,iura,& rōnes præallegatæ milita
re uidētur ēt in curatis.Nam & Petrus , & oēs discipuli pp metū
Iudæorū relicto dño aufugerunt. Et dixit Dñs,si uos ꝑsecuti fue
rint in vnā ciuitatē,fugite in aliam , Matth. 10. Et fugit Christus
in Aegyptum,ac abscondit se, & exiuit de tēplo . Et Paulus per
murum submissus fuit in sportam , Actuū 9.c. ¶ Sed in cōtrariū
facit dictum Saluatoris,Io.10. Bonus pastor animam dat ꝓ oui-
bus suis.habetur in c.tres personas. 23. q. 4. Item exēplum dedit
Christus sacerdotib. suis,vt quemad.ipse fecit, ita & ipsi facerēt,
c.significasti,de elec. Ipse aūt est verus & optimus pastor,§.ecce.
2.q.7.animam posuit pro ouibus suis,& factus est obediens usq;
ad mortē. Itē facit,quia exercitui præest,tenetur ex officio uigi-
lare pro salute sui exercitus.l.officium,§.officium. ff. de re milit.
ita officium eius,qui præest saluti animarum,esse deberet insua-
148 dere,ne animarū salus lædatur . Sic ēt † dñs tenet subditos suos
tueri & defendere ab inferentibus eis bellum . c.j.de for.fidel. in
fi.aliàs priuatur proprietate feudi,s̄m glo. & Feudistas cōiter in
149 §.fi.hic finitur lex Conra.Et† si miles armatæ militiæ in pace mi
litiam deserat , gradu deponitur . In bello idem admissus capite
150 puniēdus est. l.non omnes. §.qui pace.ff.de remilita.†Sic miles
cœlestis, si in pace curam sibi creditam deserat , a beneficio de-
ponitur.c.ex parte.c.fi.de cleri.non resid. In bello ergo pestilen-
tiæ,in quo maiori cura & diligentia opus est, si munus suæ mili-
tiæ subire detractet,duriori pœna,meo quidem iudicio, plecten
dus vr̄.d.§.qui pace. Nam pro salute animarum tot martyres co
ronam acceperūt,alij secti sunt,alij exusti, alij veneno occisi , alij
uerbera,& varia mortis gña experti. Et reperio hanc sñiam tene
re Ioan.de Imo.in d.c.fi.col.2.vbi concludit , quòd si ecclesia pa-
tiatur defectū in diuinis,absentē posse tēpore pestis compelli re-
uerti ad residētiam, allegat no. in c.pen.eo.tit.ecclesia patiente
defectum in diuinis,absentes cum licētia , & ex iusta causa redi-
re ad ecclesiam coguntur. ¶ Ad contraria s̄. allegata & similia,
quæ copiosius possent adduci, respondet Papa in c.aduersitas.7.
q.1.fugiat , qui specialiter quæritur , dum per alios sit firma salus
animarum.Secus, si gñaliter periculum omnibus immineat, &
animarum salus salua esse non possit. Dicebat enim Apostolus,
151 Quis infirmatur,& ego non infirmor. ¶†Sextò pestis excusat a
cursu præscriptionis,& sic a negligentia,ut est text.arguendo de
guerra ad pestē, in c.prima actio.16.q.3. & in c.ex transmissa, de
præscript.dormit enim præscriptio tēpore pestis,s̄m Bar.in l.ge-
neraliter,col.fi.de vsuc.Pan.& Fel.in d.c.ex transmissa. Anto.de
But.& Imo.in c.cum non liceat,eo.tit. Bal. & Ang.l.cum notis-
simi.§.imò. C. de præscrip.30. uel 40.ann. Alex.con.81. Reuoca-
tur in dubium,lib.5.Pan.consi.3.q.18.& consi.18.col.fin. & consi.
41.ad fi.& consi.57.col.pen.& consi.94.in 4.dubio.lib.2.Fel.in c.
152 accedēs.2.versi.nona conclu. ut lite non contest.† Et contra im-
peditum pp pestē postulare,uel præsentare intra tēpus determi
natum,non currit præscriptio,& ꝯñr non deuoluitur ius ad epi
scopū,s̄m Bal.in cōsi.469.Sanctissimę recordationis,lib.4.¶ Ista
conclusio de plano procedit, si ex causa pestis non reddatur ius
in loco,quia nō valēti agere nō currit pręscriptio.l.fi.C.de anna.
excep.¶ Sed dubiū est,quid si ibi reddatur ius?Gl.in cle.quādiu,
de appel. sentit ꝙ tunc pestis nō impediat cursum ꝑscriptionis,
& hoc expreslè uoluit Io.And.in c.cū dilecti,de do.& ꝯtu.exem-
plificās in vrbe Romana,in qua tpe pestis solet ius reddi.& sequi
tur d.Ant.de Butr.dicens ꝙ tpe pestis, si ius dicatur in loco,non
excusatur appellans a prosequēda applōne , sed currunt fatalia,
de quo ĵ.subiciā loco suo.Et ista ēt fuit intentio Bar. in d.l.na-
turaliter,dū se restringit ad mortalitatē anni 1348.quæ maxima
fuit.Et pro hac opin.faciunt, quæ dicentur in specialib. iudicio-
rū ¶ Sed Pan.in d.c.cū dilecti,restringit hanc sñiam,vt non pro-
cedat,qñ pestis occurrit pp uehemētē aeris corruptionē: & cō-
plexio eius,ꝯ quē ꝑscriptio currit,esset talis,ꝙ verisilr.si illuc ac-
cederet,de eius morte dubitari posset . Quā mortē debet homo
fugere quātū pōt;deinde se Dei misericordiæ cōmēdare, c.si nul
la,23.q.8.Et sic vult,ꝙ modica aeris corruptio non excuset , ubi
ius redditur in loco.Nec ēt vehemens aeris intēperies excusabit
s̄m eum,si talis sit ꝯplexio personæ, ꝙ uerisilr non debeat mor-
tē incurrere,& sequtr d.Alex.in l.de ætate.§.fi.ff.ad Treb.¶ Ego
in isto puncto considero duos casus.Primus est in pñte & cōmo
rante in loco pestifero,in quo ius redditur. Et isto casu ur̄ dicen
dum,ꝙ eū pestis non excuset, quia pōt agere, nec admittitur ad
allegandū periculū pestilentiæ, cū ꝯrio facto ibidē cōmorando
ostēdat se non timere,s̄m Bald.in trac.præscrip. in 2.par.6.partis
princ.¶ Secundus casus est in absente. Et tunc si pestis sit vehe-
mēs,siue procedat ab aeris infectione, siue a contagione,dicerē
indistinctè,non considerata cōplexione personæ,absentē excu-
sari a cursu præscriptionis . Quia unusquisq; debet, si prudēs sit,
fugere pestilentē locū.c.negotiatorē. 88.dis. Nec pp fortitudinē
& bonitatē ꝯplexionis debet ꝯfidere, & se morti exponere , s̄m
d.Phil.de Perusio in c.ex parte,col.pen. de appel. & Fel.in d.c.ex
transmissa,col.2.Vbi dñt,ꝙ experiri fortitudinem complexionis
est potius suadēdum,ꝙ̄ practicandū. Si uerò pestis non multum
sęuiat,& ab aeris corruptione proueniat,tūc pōt procedere opi
nio Pan. ꝙ attendenda sit ꝯplexio personarū . Quid.n.si sit talis
persona,cuius cōplexio ferre non posset aerem loci, ēt si corru-
ptus non esset?certè excusaretur.Quia ad locū sibi non tutū ne-
mo tenetur accedere,d.c.accedens,ut lite non contest.cle.pasto-
ralis,de iud.¶ Reperio ēt Gem.cons.153.incip.Pro intellectu,ali
ter distinguentē.Aut ius non redditur in loco pp pestē , & tunc
præscriptio dormit.Aut ius redditur , & tunc si absque periculo
non pateat accessus,præscriptio currit , sed cōpetit restitutio in
integrū ex clausula gñali,si qua mihi iusta cā , &c. Et propterea
concludit aduersus præscriptionē exceptionis non nume.pecu.
quæ opponi nō potuit pp aeris corruptionē, dandā esse restitu-
nē.Quod ēt uoluit Pan.in c.ex transmissa, & ad ista vide,quæ di-
centur.ĵ.in qōne,an excuset a cursu fataliū , & an a cōtumacia.
153 ¶ Septimò† excusat pestis vasallū, qui a dño nō petijt inuestitu-
rā intra annū a priuatione feudi,iuxta tex. in c.j. quæ fuit prima
causa benefi.amit.ita Bal.in §.vasalli,per illum tex.de pace Con-
stan.Facit,quia excusat a pœna, ut s̄.in 3.speciali. ¶ An autē ex-
cusetur uasallus,si de impedimento non fuerit ꝓtestatus,dicā ĵ.
in 3.particula huius secundæ par.in 6.q.primi specialis. ¶ Octa-
154 uò,†valet electio prælati, & quilibet actus factus alibi, ꝙ̄ in loco
solito & necessario, si ibidē non sit tutū habitare pp pestem.Ele
ctio enim prælati fieri debet in ecclesia.c.cum terra, ubi Pan. &
c.cum nobis,de elec.Si modò in loco uigeat pestis, poterunt ca
nonici,qui aufugerunt,electionē facere in alio loco, c. in nomi-
ne domini. 23.dist.& §.locum, de author. generalium concilio-
rum, in pragmatica sanctione. Dum tñ fiat in loco honesto.l.si
cum dies. §.si arbiter, ff.de arb.& dummodo absentes faciāt ma-
iorē partē,aliàs ad residētes in loco pestifero spectat electio , s̄m
Inn.in c.cum ex iniuncto,de nòui ope.nunc. vbi dicit ꝙ si maior
pars sit expulsa per tyrannum,debent intrinseci accedere ad fo-
rinsecos,& in aliquo loco honesto electionem facere. Si verò sit
expulsa minor pars,debēt intrinseci facere electionem in eccle-
sia & loco solito,sequitur Bal.in auct. decernimus, in fi.C.de sa-
crosс.eccl.& Io.Firma.in trac.de epis.in 2.parte primi lib. Et quā-
do collegiati sunt dispersi pp pestē,vel alia iusta causa , is ad quē
spectat conuocare,vel aliàs maior de collegio, seu cap.conuoca
bit eos.c.j.de maio.& obe.Et quilibet venire tenetur,dummodo
in loco apto & oībus conueniēti conuocētur . Quid.n.si fugiti-
uos a ciuitate Auenionēsi vellet conuocare in Lombardiā?Cer-
tè non tenerent accedere,arg.c.cum inter vniuersas , de elect.Et
qualiter,& per quos sit faciēda conuocatio hmōi dispersorū,ui-
deas Inn.in d.c.cū ex iniuncto,& Inn.Pan. & alios in d.c.j.Bar.in
155 l.j.ff.de albo scrib.Sed uidi dubitari , an† residētes tpe pestis,esto
ꝙ non faciāt maiorē partē capituli,possint recipere canonicum
ad possessionē,& ei dare stallū in choro,& locum in capitulo,&
sibi de fructib.respondere non citatis absentibus?Et tunc cōsul-
tus respondi,ꝙ poterant , quia ista est receptio facti.quæ etiā nō
capitulariter a singularibus fieri potest s̄m Inno.& Io.And.in c.
bonæ.2.de postu. præla.Inn. & Pan. in c.eam te, de rescrip.Fed.
de Senis cons.281.Quæ in præsenti,col.5.cum multis alijs aucto
ritatibus congestis per Fel.in d.c.eā te,col.8.cū adde Gem.cons.
156 84.Quia istud dubiū,col.2. ¶ Nonò pestis priuilegiū est. † Quia
fugitiui pp pestem,non habentes quò declinēt, pñt hospitari,&
conuiuari in ecclesia maximè campestri, ubi aliàs de iure non

possent.c.non oportet,& c.nulli,43.dist. ¶Decimò pestis priui-
157 legiũ est,† Quia excusat facientẽ arengam, seu ꝑpositionẽ in cõs.
pro collecta imponenda a pœna statuti prohibentis fieri arẽgas
sub certa pena,ẜm Ang.in l.diuus.ff.de petit. hære. quẽ sequitur
158 d.Ias.in l.principalib.ff.si cer. peta.¶Vndecimò† excusat a datijs
& gabellis. Fugiẽtes.n.ꝑp pestẽ,soluere gabellã ꝑ reb. quas à lo
co contagioso auferunt,non tenent.l.fi.§. si ꝑp necessitatẽ.ff.de
159 pub.ꝑ quẽ decidit ibi Pau. de Ca.† ꝙ statutum disponẽs ꝑ aĩali-
bus,quæ intromittuntur in territorium, soluẽdum esse certũ da
tium,non hẽt locũ in animalibus,quæ timore latronum intro-
ducuntur,& facit tex.in l.Cæsar.ff.eo.tit. Quod .n. ius põt fiscus
siue datiorũ conductor, prætendere in alia calamitate, ut de re
tã luctuosa cõpendiũ quærat?l.j.C.de naufra.lib.12.per quẽ infert
160 ibi Bar.ad casum nostrum subdens,† ꝙ si ꝑp incursum hostium,
uel piratarũ uicini fugiãt in territoriũ alienũ, absq; gabella pñt
161 res suas importare & exportare. † Sĩr uicini, qui tpe æstatis ꝑp
siccitatẽ cogũtur uenire ad tuum molẽdinum ad vllã gabellam
soluẽdam cõpelli non pñt,qa necessitate famis venire sunt com
pulsi,& sequitur ibi Io.de Platea, & idẽ uoluit Bal. in l.3.ad fi.C.
de nau.fœno.dicẽs ꝙ si metu latronum,uel impetu maris,aliqs
non seruet locũ nauigij uel itineris,non est in aliquo puniẽdus,
per tex.in d.l.Cæsar.& idẽ determinat Bal.in l.hmõi.§.legatũ,ar
162 gu.illius tex.ff.de leg.j.† Et statutum puniens introducentẽ sues
per quãdam portam,non habet locum ꝯ eum, qui fugiẽs depre-
datores eos introduxit,ẜm Alb.de Ros.in secunda parte statuto
rum,q.13.sequitur Fel.in c.2.col.fi.de consti.& Io. Firma.tract.de
163 gabel.in secunda par.8.par.princ.q.7. ¶Duodecimò † epidimia
defendit fugientes a represalijs, qui capi non pñt, eo ꝙ casu di-
scedere a suo domicilio compelluntur, argu.auct.nauigia. C.de
164 fur.& d.l.j.C.de nauf.& d.l.Cæsar,cum simil. † Represaliæ enim
exerceri non possunt ꝯ eos,qui ui uentorum compellũtur illuc
uenire,ẜm Bar.in trac.represal.in 10.q.7.q.prin. sequuntur Alb.
& Fel.in locis s.alleg.Quod credo uerum, si fugiẽtes propter pe
stem aliter fugere non poterant,ꝗ per territorium, in quo repre
saliæ fuerunt indictæ,ita loquitur tex.in d.l. Cæsar. Secus ergo si
uoluntate illuc confugiant,tunc non excusabũtur. ¶Decimo-
165 tertiò† pestis tuetur contractum aliàs nullum propter omissam
solennitatem a statuto requisitam. Nam si statutum uelit ꝯtũ
mulieris,uel minoris non ualere, nisi interuenerint in cõfectio-
ne duo Notarij,certẽ tpe pestis sustinebit ꝯtus, in cuius ꝯfectio
ne non interuenit,nisi unus Notarius,quia illo tpe nõ reperiun
tur,qui uelint de facili interuenire,ẜm Ang.in §.quod autẽ, per
illum tex.in Auct.de non alie.sequuntur Mod.in l.fi.C.de testa.
& in simili Bal.in l.ad egregias.ff.de iureiu. Fel. in c.proposuisti.
col.2.& in c.causam,in 6.no.de prob.facit quod uoluit Bar.Ale.
& alij in l.j.§.fi.ff.de verb.obl.Et si dicatur,ꝙ illæ decisiones pro-
cedunt,quando unus tantũ reperitur.Rñdeo,ꝙ tpe pestis dicẽs
plures non reperiri,qui uoluerint interesse, habet intentionem
fundatam,quia præsumẽdum est, ꝙ nemo uelit se in discrimine
vitæ ponere,quia naturaliter quilibet mortem timet, studetque
illius periculum euadere,c.nolite timere, 11. q.3.cum gl. & talis
timor est adeo a natura mentib.hominum impressus,ꝙ nulla ra
tione euelli põt,ẜm Pan.in c.1.col.3. de summa Trin. & fide ca-
thol.Præterea contrahentes ꝑp imminens periculum,iustẽ pos-
sunt abhorrere multitudinẽ personarum. Et sic decisio uera vr,
etiam ꝙ in loco adessent plures Notarij,cum partes possint pro
babiliter coniecturare unum esse sanũ,& cæteros fore de conta
gione suspectos,super quo tamẽ cogitabis. Et ꝙ dicẽs plures nõ
potuisse reperiri tempore pestis, habeat intẽtionem fundatam,
tenet expressẽ Cor.cons.131.In hac.lib.4. & ante eũ Bar.in l.con
ficiuntur.§.j.in fi.ff.de iu.codicil.bene facit dictum glo. in l.cum
de lege.ff.de proba.& quæ cumulat d.Ias.in l.fin. §.licentia.C.de
166 iure delib.& Alex.consi.41.col. fin. lib.5.† Eodẽ modo si statu-
tum requirat Notarium matriculatum tamen tẽpore pestis,va
lebit instrumentum ẽt de quo sit rogatus Notarius non matri-
culatus,ẜm Ang in l.si uacantia.§.fi. uer. item patet ex prædi. C.
de bo.vac.quem sequitur Alex.in d.l.fi.C.de testa.& Io.Firma.in
trac.de gabel.q. 24. secundæ par. & adde quæ dicam ĩ.de priuil.
167 ultim.uoluntatum. ¶Quartodecimò† si epidimia sit inter ani-
malia bruta, excusatur pastor ab interitu pecudum cæterorũq;
animalium.l.si quis fundum.§.Imperator.ff.loc.Et dicit Bal.in l.
j.C.de fruc.& lit.expen.ꝙ mors naturalis, & fatale damnum, nõ
est imputandum pastori.Mortem aũt naturalẽ appellat ẽt, quæ
ex aeris intemperie procedit. Ad quem aũt spectet periculũ in-
teritus animalium datorum in soccidã traditur per d. Phil. Cor.
168 in repet.l.si pascẽda pecora. C.de pac.† Sed quomodo pastor,vel
soccidanus probabit animalia fuisse mortua morte naturali,seu
ex peste.Io.de Platea post Bar.in l.cum ad præsens.C.de murileg.
lib.11.distinguit,aut tractatur de morte unius,aut duorum ani-
malium,quæ gregatim non pascebantur,& tunc oportet pasto-
rem clarẽ probare mortem,d.§.Imperator. & l.si creditor. ff. de
pigno.actio. Aut agitur de morte plurium, quæ gregatim pasce-
bantur, & sufficit probare illo anno euenisse mortalitatem in-
169 ter animalia,per tex.in d.l.cum ad præsens. ¶Quintodecimò† si
pestis uigeret in ciuitate Romana, posset Rex Romanorum co-
ronari extra vrbẽ,quia locus coronæ debet esse tutus Imperato-
ri & suis,ut specialiter determinat Pan.Gem.& Mod.in c.statui-
mus,per illum tex.de offi.deleg. lib.6. dicentes Papam Clemen-
tem coronasse Henricum Imperatorẽ extra urbẽ, cum propter
potentiam Regis Roberti non daretur tutus accessus ad eccle-
siam S.Petri in urbe, in qua ordinatum erat Henricũ debere Im
170 periali diademate insigniri.† Et eodẽ modo si esset pestis in ciui
tate Mediolani, uel Dux Mediolani esset inimicus potentissimi
Caroli Regis Romanorũ,posset sua maiestas coronã,qua debet
exornari in ecclesia diui Ambrosij,alibi sumere, ut probatur in
c.vbi periculum.§.porrò,de ele.lib.6.& plurib. alijs iuribus alle-
gatis per Lud.Ro.in simili q.consi.433.exord. Quò ad primũ ubi
consuluit, ꝙ licẽt ex regulis cancellariæ publicatio acceptatio-
nis bñficij debeat fieri in loco ipsius beneficij, tñ quãdo ad eum
locum non datur tutus accessus, sufficit ꝙ alibi fiat. bene faciũt
171 quæ dicta sunt s.in octauo speciali. ¶Sextodecimò† donatio fa-
cta tpe pestis in dubio censetur donatio causa mortis,& non in
ter uiuos,dato,ꝙ nulla sit habita mentio mortis. Vtilitas est ma
172 xima,† quia donatio causa mortis sola penitẽtia reuocatur.l.nõ
omnis.ff.si cer.pet.donatio inter vivos reuocari non põt,l.perfe
ctam.C.de don.quæ sub modo.ita signãter decidit do.Phil. Cor.
cons.124.licẽt in hac.lib.4.Mouetur, quia ubi uerbo fit mentio
mortis præsumitur donatio cã mor. l.Seia,de dote præleg.l.Seia.
ff.de don.cã mor.Idẽ ergo si fiat demonstratio & mentio mortis
ipso facto,ita datur uoluntas intelligi, sicut uerbo, l.reprehen-
denda.C.de insti.& subst.l.de quibus.ff.de leg.& non minus de-
bet operari tacita uoluntas,ꝗ expressa,l.cum quid. ff.si cer.peta.
Existens autẽ in loco pestifero, satis cogitatione mortis donare
uidetur propter instans mortis periculum. Dicamus ergo,ꝙ di-
catur donatio cã mor.ac si uerẽ esset facta mentio mortis. Et li-
173 cẽt ipse loquatur in infirmo ex peste, † tñ ratio periculi uidetur
militare in quolibet existente in loco contagioso, qui dicitur in
periculo mortis constitutus,& dixi supra, & probatur in l.aut ꝑ
insidiosa loca.ff.de don.cã mor. ¶Et pro hac sñia Cor. facit tex.
174 in l.2. ff.eo. tit. † vbi Iurecõsultus secundam donationis spẽm
eam esse dicit,ꝑ quam donans periculo imminẽtis mortis ita do
nat,ut statim accipientis fiat.¶Secundò facit tex.in c.2.de con-
sue.vbi Papa mandat donationes factas ecclesiæ a constitutis in
bona ualetudine irreuocabiliter obseruari, ergo a cõtrario vult
factas ab infirmis,posse reuocari. Et per illum text.notat ibi do.
175 Ant. † ꝙ donatio facta ab infirmo in dubio præsumitur dona-
tio causa mortis.¶Tertiò facit tex.in c.de his, de sepul.ubi si sa-
nus se & sua bona dederit loco religioso,si decedat, nulla de bo-
nis dedicatis debetur quarta parochiano.Secus si infirmus se,&
bona sua dedicauerit: tunc si ex illa infirmitate decedat, quarta
debetur.Ratio diuersitatis est, quia primo casu uidetur pro ani-
ma liberẽ donasse bona sua.Secundo casu censetur donasse cau
sa mortis, ideo debetur quarta, tanquam de bonis relictis occa-
sione mortis & sepulturæ.Et ita ꝑ illũ textum, dicit ibi Io.And.
quòd donata ab infirmo præsumantur in dubio donata cã mor
tis.sequitur do.Alex.consi.81. Viso instrumento,lib.j,¶Sed con
tra Corn.& hanc decis.uidetur casus in l.Seia.§. fi.ff.de don.cau
sa mor. ubi ẜm *communem* intellectum donatio facta a constituto
in extremis uitæ suæ reputatur donatio inter uiuos,nisi sit facta
mẽtio mortis,& per illum textum.Imo.in d.c.2.reprehendit.do.
Anto.ibi. Et ꝙ donatio facta ab infirmo non prẽsumatur dona-
tio causa mortis,tenent Bar.Bal.Imo.Alex. & communiter Do-
cto.in l.quæ dotis.ff.sol.mat. & ibi do.Alex. in spẽ reprobat opi-
nionẽ d.Anto.in d.c.2.sequitur Soc.consi.130.Visa facti contin-
gentia,col.pen.lib.j.& consi.135.col.pen.lib.2.¶ Quid tenẽdum?
Io. And.in d.c.de his, dixit tenendam esse primam opin. nisi in-
firmus donet filio,uel alteri personæ,ualde dilectæ. & in istis ter
minis loquitur tex.in d.l.Seia.§.fin ẜm eum.ista opinio displicet
do.Card.Flor.quia ratio d.§.fin.est generalis, & militat etiam si
176 infirmus donet extraneo.¶† Ego in isto pũcto putarem, ꝙ si do
nans fecerit mentionẽ de peste, uel de infirmitate,ꝙ debeat præ
sumi donatio causa mortis,per tex.in l.3. ff.de dona.cau.mor.&
quia isto casu implicitẽ vr facta mentio mortis. Aliàs crederẽ, ꝙ
dicatur donatio inter uiuos,per tex.in d.l.Seia,§.fi.in uer.absolu
tẽ donaret.quasi si fiat mentio mortis etiam implicitẽ, non dica
177 tur absoluta donatio.† Posset tñ ex coniecturis iudicari dona-
tio causa mortis, etiam ꝙ nulla fuerit habita mortis mentio,pu
tã si diceret donans,ego tibi relinquo bastitam meam, tunc pro
pter uerbũ,relinquo, iudcari deberet donatio causa mortis,ẜm
Dy.in l.j.C.de reuoc.do.quẽ sequitur Guido Papæ sing.457.inc.
178 Siquis dicat.Et rõ est,† qa uerbũ,relinquo, ad moriẽtes tm̃ per-
tinet.l.j.§.fi.ff.de tab.exhi.& gl.in §.fi.Instit.quibus ex causis ma-
numit.lic.vel non.Et ex hoc dicto iustificatur quod s.dixi de im-
179 plicita mẽtione mortis.¶† Item si donatio non posset ualere,ut
donatio inter uiuos,præsumẽdum esset ꝙ uoluerit donare cau-
sa mortis,ut actus ualeat.l.quoties, ff.de reb.dub. l.quoties,ff.de
reg. iur. vnde si maritus constitutus in periculo mortis donaret
uxori,& eo, quia inter coniuges non ualet donatio inter uiuos,
l.j.ff.

l.j.ff.de don.inter uir.& uxo.eſſet arbitrandum,ꝙ voluerit dona
re cauſa mortis,quæ donatio inter coniuges ſuſtinetur, l.ſi mor-
tis.ff.de don.cau.mor.ſm Lud.Ro.in d.l.quæ dotis,per tex.ſing.
in l.apud Celſum.§.j.ff.de excep.doli. Et licèt gl.ibi uoluerit di-
cere.ꝙ ibi fuerit facta mortis mẽtio,& ſequatur Alex. in d.l.quæ
dotis,tñ Soc.& Cor.in allegatis conſilijs approbant deciſ.Ludo.
Ro.& per plura comprobant ſimilia,quæ a teipſo videas . ¶ De-
180 cimoſeptimò, decima†animalium non debetur parochiano lo-
ci,ad quem dñs animalium aufugit pp peſtem, ẽt de aĩalib. quæ
ibi nata fuerũt.Sed debetur parochiano loci,a quo aufugit , ſm
Bal.& Imo.in d.l.hmõi.§.legatum. ff.de lega.j.per illum tex.ubi
probatur,ꝙ fugitiuus in præiudiciũ tertij non dr̃ abeſſe, & bene
181 ſeruiũt,quæ dixi ſ.in 11.ſpeciali . ¶ Decimooctauò,†natus extra
ciuitatem tpe peſtis,fingitur natus in ciuitate,a qua mater aufu
gerat pp peſtem,d.l.hmõi.§.legatum,per quã Petrus Cy.Bal.An
182 ge.Nic.de Neap.& Pau.de Caſt.inferunt†ad ſtatutũ diſponens,
nullũ debere admitti in collegium, niſi ſit natus in ciuitate , uel
niſi ſit ciuis originarius, uel ꝙ nullus poſſit eſſe primus Conſul,
niſi ſit originarius ciuis,ut Auenionenſi ſtatuto cauetur. An na
tus alibi a caſu,poterit eſſe Conſul,uel de collegio? Rñdetur ip-
ſi,ꝙ ſic,per illum tex.Non obſt.text.in l.ciues, C.de incol.lib.qa
loquitur in nato in loco,in quo parentes conſtituerunt domici
lium.Nos loquimur in nato alibi a caſu, ſm Bar. in l.filios. C.de
munic.& orig.Ibi tamen Bar.non auſus fuit hanc deciſ.firmare,
ſed Io.de Platea ibi audacter eã approbat, quia mater quæ aĩum
reuertendi habebat,fingitur ſemper fuiſſe in ciuitate, l.j. & l.re-
tro creditur.ff.de capt.& poſtli. reuer. & ſic fingitur peperiſſe in
ciuitate,unde aufugit,ſequitur Pan.in c.Rodulphus, de reſcr.&
183 † ibi Fel.atteſtatur,ita fuiſſe practicatum in ſua perſona , cui ca-
ſualis origo fuit ex Felina oppido Regienſi , origo uerò utriuſq;
parentis ex Ferraria urbe,in qua uiget hmõi ſtatutum,quo non
obſtante fuit receptus in collegiũ per prædicta. Idẽ expreſsè de-
terminat do.Lanc.Dec.in l.hæres abſens.§.proinde.ff.de iud.di-
cens,ꝙ iſta opinio eſt *cõis*,ſm Ang.de Arim.in d.§.legatũ. Addu
cit deciſ.Bar.in l.j.ff.ad munic.ubi vult,ꝙ Comitatenſis,qui non
caret omnimoda ciuilitate.l.qui ex uico,ff.ad munic.natus in ci
uitate ſua a caſu,non efficiatur ciuis . Multòminus ergo efficia-
tur ciuis non Comitatenſis ibidem natus, & cõſequenter rema-
nebit originarius ciuis ciuitatis,a qua aufugit mater , & ubi pa-
rentes habebant domicilium . ¶ Contrariam ſñiam tenet Imo.
Raph.Com.d.Alex.ac Pau.de Caſt.in ſecunda lect.in d.§.legatũ.
& fuit de mente gl.in d.l.filios,in ſui generalitate,licèt Bar.& Io.
de Pla.eam reſtringant. Idem tenet Raph.Co. in l.cætera.§.fi.ff.
de leg.j.ubi atteſtatur ſe conſuluiſſe ꝯ Bar.& ꝙ ita ſeruari putat,
per text.in d.l.ciues. & quia in acquirenda origine conſideratur
ueritas,non patris deſtinatio.l.aſſumptio. ff.ad munic. Aliàs ſe-
queretur,ꝙ ſi quis iret Pariſios cauſa ibi habitandi , & in itinere
uxor pareret,ꝙ filius eſſet originarius Pariſienſis,ubi pater nun
quam fuit:quod eſt abſurdum,ſm eum. ¶ Ad tex.in d.§.legatũ,
rñdet Imo.ꝙ in caſu illius §.partus fingitur natus in loco, a quo
mater aufugit, quia niſi ita fingeretur , fruſtraretur intentio te-
ſtatoris.In caſu noſtro , licèt natus alibi a caſu non fingatur na-
tus in loco domicilij,nõ offenditur legis diſpoſitio, ſed obſerua-
retur,d.l.ciues.Ad arg.ꝙ attendenda ſit deſtinatio patris haben
tis aĩum reuertendi,rñdet Raph. uerum eſſe quò ad regulãdam
diſpoſitionẽ ipſius , nõ aũt quò ad regulandã diſpoſitionẽ legis.
¶ Quid tenẽdũ?Prima opinio,ut dixi eſt cõis, quæ mihi ur̃ uera,
ſi filius fuit conceptus in loco domicilij, & natus alibi a caſu,qa
ubi agitur de fauore filij, conceptus hr̃ pro nato. l.qui in utero.
ff.de ſta. homi. Sed ſi fuit natus & conceptus in loco, ad quem a
caſu pp peſtem aufugit , fortè ꝯria opinio ſuſtentabilior erit, cũ
non poſſit fingi natus in loco domicilij,in quo conceptus, neq;
natus fuit.l.j.C.de capt.& poſtli.reuer. ¶ Sed remanet una diffi-
cultas,quia ꝙ dicatur natus in loco domicilij procedit ex fictio-
184 ne, † ſtatuta aũt intelligi debent in caſu uerò, & non in caſu fi-
cto.l.3.§.hæc uerba.ff.de neg.geſt. Sed defendendo prædictas de
ciſiones & ſimiles reſpondetur,ꝙ vbi caſus fictus repetitur,ęqui
paratur per ius cõe caſui uero,tunc ſtatutum loquẽs in materia
iuris habet locũ ẽt in caſu ficto.c.ad audientiã,ubi Imo. & Pan.
de cler.non reſi.declarat Alex.in l.j.§.lex falcidia. ff.ad l.Falc.do.
Iaſ.poſt Alex.in l.qui ſe patris.col.24. C.vnde lib. & ita reſpõdet
Fel.in d.c.Rodulphus,& in c.at ſi clerici.col.3.de iudi. Caſus aũt
fictus eſt æquiparatus uero a lege, uidelicet per tex.in d.l. qui in
385 utero,ergo &c. ¶ Decimononò†ſi quis pp peſtem nõ audet ac-
cedere ad adipiſcendam poſſeſſionem rei ſuæ , uel beneficij ſibi
collati,poterit aſcendere pinnaculum,uel montem, unde uide-
re poſſit rem illam , & per aſpectũ poſſeſſionem apprehendere,
ſm Alb.de Roſ.in l.j.§.ſi iuſſerim. ſ.de acq.poſ. per illum text.&
per tex.in l.ꝙ meo,§.ſi per uenditorem . ff. eo.tit. & per tex.in c.
contingit,de do.& contu.dicens ſe ita in facti contingentia con
ſuluiſſe cuidam amico ſuo. ¶ Sed d.Iaſ.ibi reprehendit iſtud con
ſiliũ,quia ita demum aſpectu acquiritur poſſeſſio , ſi tradẽs poſ-
ſeſſione per aſpectum ipſe poſſideat: ſecus ſi res a nemine poſſi-
deatur,tunc oculis poſſeſſio acquiri nõ põt,ſm gl.in l.j.in princ.
in uer.qui primi.ff.eo.per tex.in l.3.§.Neratius,ff.e.ubi no.Lud.
Ro.Ad tex.in d.c.contingit , reſpondetur ꝙ ibi ſpeciale eſt odio
aduerſarij non patientis ꝯ ſe fieri executionem ſñiæ . vnde caſus
ille non eſt trahendus in ꝯſñtiam.l.ius ſingulare. l. ꝙ uerò ꝯ.ff.de
legi.Quid dicendum? Pro reſolutione,uidendum eſt,an iure cõi
poſſeſſio poſſit acquiri ſolo aſpectu.& iſto modo loquitur d.Iaſ.
nam de iure cõi non acquiritur ſolo aſpectu,niſi concurrat aĩus
poſſidentis uolentis transferre poſſeſſionem in alium ſolo aſpe-
ctu,d.l.3.§.Neratius. Et propterea Spe.tit.primo,& ſecundo de-
186 creto.§.iam de effectu,in prin.tenet,†ꝙ nuncius ſtans in cõſpe-
ctu rei non poſſit tradere poſſeſſionem alteri: ſequitur d.Ant.in
c.cum ueniſſet,ad fi.ver.vnũ non omitto, de reſt.ſpo.Bal.& Pau.
de Ca.in l.non eſt mirũ.ff.de pig.act.per illum tex.per quẽ decla-
rantur iura uolentia poſſeſſionẽ transferri per aſpectũ , ut pce-
dant,qñ poſſeſ.trãsfert per poſſidentẽ,ſecus ſi p nunciũ,vel aliũ
non poſſidentẽ. & hæc eſt *cõis* Doc. ſñia, vt patet ex prædictis, &
ex allegatis per Ale.in d.l.j.col.antep.& p Fel.in c.cũ aliquib. de
187 re iud. ¶ † Secundò uidẽdũ eſt,an ſubſiſtente iuſto impedimẽto,
putà peſtis,uel guerræ,ſeu capitaliũ inimicorũ,poſſit acqri poſ-
ſeſſio p aſpectũ,& in iſtis terminis loquitur Alb.de Roſa. qui di-
xit ueritatẽ,ꝙ ſubſiſtente legitimo impedimento acquiri poteſt
poſſeſſio p tex.in l.quamuis.ff.de bo.aucto.iudi.poſſi.& in l.ſi fi-
nita.§.illud quærit.ff.de dam.inf. p quæ iura ita determinat Bar.
in d.l.j.in prin.col.pe.ver.quid ſi executor,ff.de acq.poſſ. quẽ ſe-
quuntur ibi Are.Alex.& d.Iaſ.& Ang. in d.l. quamuis.Pan.in c.
2.de cõſue.d.Ant.& Fel.in d.c.cũ aliquib.Bal.in l.maritorũ.C.ne
uxor p mari.Vbi decidit,primum & ſm decretũ poſſe interponi
verbotenus,qñ pp potentiã tyranni non põt apprehendi poſſeſ-
ſio.Sed Imo.conſi.116.in cã ſpectabilis militis, col.3.intelligit di
cta iura procedere,quãtũ ad effectũ primi decreti,ut ꝯhatur pi-
gnus prætoriũ, non aũt quantũ ad effectũ acq. poſſ. reſpectu ſe-
cundi decreti & cæterorũ effectuũ.Et re uera illa iura loquũtur
reſpectu primi decreti.Doct.tñ ea extendũt gñraliter ad quam-
libet apprehenſionẽ poſſeſſionis,ſm Fel.in d.c. cũ aliquib. Ideo
a cõi opin.nõ eſſet tutum recedere . ¶ Sed pro dilucidatione,qa
paſſus eſt aliquantulum obſcurus,puto aduertẽdum eſſe ad plu
ra.Primò conſiderandũ eſt,an poſſeſſio ſit uacua,aut occupata?
Si uacua ſit,ego credo indubitanter,ꝙ p nuncium,uel executo-
rem,& ſimiles poſſit in alium transferri poſſeſſio p aſpectũ, ma-
ximè ſubſiſtente impedimento.Nã ratio,quare tex. in d.§.ſi iuſ-
ſerim,exigat ꝙ transferẽs poſſeſſionem p aſpectum ſit in poſſeſ-
ſione,illa fuit, quia oportet ꝙ transferens poſſeſſionem p aſpe-
ctum dicat ſe uacuam, & expeditam poſſeſſionẽ tradere , d.l.qđ
meo,§.ſi per uenditorem . Si ergo poſſeſſio non ſit occupata,&
executor,ſeu nuncius habens authoritatem transferendi poſſeſ-
ſionem,p aſpectum ttansferatur, non uideo quare alteri nõ ac-
quiratur,& in iſtis terminis procedit deciſio Io.And. in c tranſ-
188 miſſam,de elec.& Pan.in d.c.cũ aliquibus, uolẽtium†ꝙ p inue-
ſtituram factam a collatore in conſpectu beneficij , transferatur
poſſeſſio, quia eps ſeu alius collator hẽt cuſtodiã eccleſię vacan
tis.c.cũ uos,de offi.ord.Ecce ꝙ loquuntur,qñ eccleſia uacat, &
poſſeſſio ab alio non occupatur , & ita ẽt debet intelligi conſi.
Lud.Ro.337.Quò ad primũ.& conſ.482.In caſu præmiſſu. ¶ Se-
189 cundo†caſu,qñ ab alio eſt occupata poſſeſſio, tunc ſi cã cogni-
ta ꝯ occupantem lata ſit ſñia , cuius executio propter peſtẽ, uel
aliud impedimentũ fieri non poſſit , poterit per executorẽ trãſ-
ferri poſſeſſio ſolo aſpectu,ita procedat deciſio Bar. *cõiter* appro
bata in d.l.j. imò hoc caſu ſi per aſpectum ẽt transferri non poſ-
ſet ſufficeret uerbalis traditio ſola extra conſpectum , ſm Fel. in
d.c.cum aliquibus,& probatur in d.l.cum unus,§. fi.ff.de bo.au
cto.iud.poſſi.& in d.l.ſi finita.§.pen.& in l.damni infecti,§.nõ ſo
lum,ff.de dam.infec.ſi uerò alius poſſideat,& nõ ſit lata ſenten-
tia ꝯ eum,tunc neque iudex,neque executor,neque nũcius po-
terit transferre poſſeſſionem in alium per aſpectum, quia eſt ne
ceſſe ꝙ poſſeſſor priuetur, ſi debet in alium transferri,cum duo
non poſſint eandem rem inſolidum poſſidere.l.3.§. ex ꝯrio.ff.de
acq.poſſ. non põt autem alius priuari,niſi adijciatur corporali-
ter de fundo.uel ſuſpicetur ſe poſſe repelli.l.clam poſſidere . §.q
ad nundinas.ff.eo.tit. Nihil ergo agit,qui inuito, uel inſcio poſ-
ſeſſore vult illius poſſeſſionẽ in alium transferte per aſpectum.
¶ Et hanc diſtinct.colligo ex dictis Io.Andr. & Compoſt.in d.c.
190 tranſmiſſam.†vbi uolunt ꝙ ita demum executor per inueſtitu-
ram factam in conſpectu transfert poſſeſſionẽ bñficij , ſi nullus
poſſidebat , uel ſi ꝯ poſſeſſorẽ erat lata ſñia, aliàs ſecus, ſequitur
Pan.in d.c.cum aliquibus.Bene facit deciſio Rotæ 8.in tit.de re-
ſti.ſpol.in antiquioribus.& deciſio j.de cauſa poſ.& proprieta.in
191 antiquis,& eſt 302. ordine ſucceſſiuo , † ꝙ executor põt p tactũ
annuli portæ eccleſiæ clauſæ transferre poſſeſſionem , quia an-
nulus eſt pars rei,ff.de act.emp.l.fundi, in princ. etiã ꝙ alter ha-
beat claues & cuſtodiã eccleſiæ . Secus ſi alter habeat poſſeſſio-
nẽ , qui per ſolũ annuli tactum a ſua poſſeſſione deijci non põt,
ſeqtur Soc.conſ.131.In pñti cõſultatione, col.3.lib.j. ¶ Alia etiã
192 rõne iſtud comprobat.† Traditio,q̃ fit p aſpectũ , eſt tradõ ficta,
ſm Bar.in d.l.j.col.pe. quem ibi Alex. & Mod.ſequuntur,ſed fi-

ctio non admittitur nisi æqtas suadeat, l. denique. ff. ex quib. cau. mai. Non uř aũt æquum aliquẽ priuari sua possessione cã nõ co
193 gnita. l. meminerint. C. vnde ui. ideo † lex solũ cã cognita, & sñia lata fingit possessionẽ traditã per aspectũ in præiudiciũ alterius. ¶ Et si dixeris, ꝙ hac rõne attenta ẽt possessio uacans non debe ret transferri per aspectũ, cuius ɔ̃riũ conclusum fuit s̃. Rñdeo ẽt hoc casu subesse æquitatẽ, quia æquũ est, ꝙ hñs ptãtem transferendi possit, si velit, transferre. Subest etiã necessitas ꝑ impedi-
194 mentũ, & † ubi necessitas expostulat, lex fictionẽ admitt. l. denique, & l. nec vtilẽ, ff. ex quib. cau. maio. Vel fortè dici posset, ꝙ traditio per aspectum dicatur uera traditio, cũ in traditione, & acquisitione interueniat animus, & corpus acquirentis, & trãsferentis. Sunt. n. oculi pars corporis. l. quorundam, ff. de acq. pos. ꝓ quàm Ang. & Imo. ibi tenent ꝙ traditio per aspectũ sit uera traditio. ¶ Nec ob. ꝙ tex. in d. §. si iusserim, & in d. l. quorundam, utatur uerbo, vř, importãte fictionẽ, quia q̃nq; ueritatem importat. l. naturaliter, in prin. ff. de acq. pos. quæ loqtur in nostra materia, & l. sciendum, ubi Bart. in 2. not. de verb. obl. Sed si per aspectum transferatur possessio per executorẽ causa cognita, & lata sñia ɔ̃ possessorem, tũc fictio cõsistit in hoc, quia fingitur deiectus possessor, qui verè deiectus non fuit, non aũt in eo, ꝙ uera nõ sit traditio per aspectũ. *cõis* tñ opinio est, ꝙ dicatur ficta traditio, ideo cogitabis. ¶ Item aduertendũ puto, an tradatur per aspectũ uacua possessio ab executore & similib. an occupata? Primo casu
195 licèt † traditio dicatur ficta, tñ ipsa possessio tradita est uera possessio. d. §. si iusserim. Sicut possessio acquisita per cõstitutũ est vera possessio. l. certè, ff. de preca. licèt traditio facta per constitutũ sit ficta traditio. l. ꝙ meo. ff. de acq. pos. ¶ Secũdo casu si tradatur occupata, erit ẽt ficta possessio, ſm Bart. & scriben. in l. quamuis. ff. eod. tit. nisi reus propter eius potentiam, uel dolum impediat quominus fiat executio sñię, tunc in odiũ inobediẽtis actor constituitur uerus possessor a lege, ſm Car. in d. c. contingit, quem se
196 quitur Fel. in d. c. cum aliquib. ¶ † Et si quæras, quę utilitas resultet, an dicař uera, uel ficta possessio? Rñdeo: utilitas est maxima, quia ficta possessio non prodest ad inchoandum præscriptionẽ, uera aũt sic, ſm gl. fi. in regula, sine possessione, de reg. iur. lib. 6. ꝗ in terminis nostris dixit sing. Lud. Ro. sing. 413. incip. Lex quã-
197 uis. † item ficta non parit effectũ recuperãdæ, uera aũt parit, ſm Alex. & Mod. in l. si sorori. C. de iu. deliber. de quo dixi in rub. de cau. pos. & proprie. & istud in proposito nostro vult Rota de re-
198 sti. ſpol. dec. 8. in antiquiorib. ¶ Vigesimò † licèt regulariter quarta canonica debeatur parochiæ, in qua corpora assumuntur, c. in nostra. c. certificamini, de sepul. Tñ si quis moriatur in loco, ad quem diuertit ꝑ pestem, quarta non debetur parochiæ, in qua decessit, sed parochiæ, a qua aufugit propter pestẽ, ſm Ioan. And. Gem. & *cõiter* scriben. in c. in is qui, per illũ text. de sepul. Et ita consuluit Gaspar Cald. consi. 3. sub rub. de sepul. ¶ Ad regulã respondetur, ꝙ procedit in decedente in loco, in quo defunctus statuerat domicilium perpetuò, uel ad certum tẽpus. Et pro ista opin. facit, quia ad hoc, ut canonica portio debeatur parochiali presbytero, oportet ꝙ ille ꝑsbyter sit parochianus presbyter defuncti, d. c. in nostra, & cle. dudum, §. hm̃oi. eo. tit. Presbyter autẽ parochianus loci, in quo fugitiuus ꝑ pestem obijt, nõ põt dicere se esse parochianum defuncti, qui neq; aĩo, neque facto se illi submiserat, nec ibidem cõstituerat domicilium, l. domicilium, ff. ad muni. ergo, &c. & ita tenuit Host. tit. de parochia. §. pen. ad fi. Quod intelligit uerum d. Phil. Fran. in d. c. is qui, si fugitiuus decessit durante peste, secus si ea finita, quia tunc præsumitur aĩus defuncti fuisse uel habitare in illo loco, & transtulisse domiciliũ.
199 ¶ Vigesimoprimò † licèt gabellarij, qui ex conductione gabellarum notabile lucrũ fuerunt consecuti finita ɔductione teneantur sub eisdem legib. & reconuentionib. reconducere, si tãti nõ possint alteri locari. l. cotem ferro, §. qui maximos. ff. de pub. Tamen si finita conductione subesset pestis, uel guerra, non tenentur reconducere, ſm Firma. in trac. de gabel. in 5. q. 2. par. q̃a dispositio d. l. cotem ferro, debet intelligi reb. si se habentib. & nõ mutatis a tpe prioris locationis. l. ꝙ Seruius. ff. de condi. ob cau.
200 cum alijs plenè reductis ibi per Mod. ¶ Vigesimosecundò † licèt de iure nemo debeat baptizari, nisi in ecclesia, in qua sacri fontes sunt specialiter deputati, ut in Auc. vt in priua. dom. sacr. miste. non fiant, tamen fallit tpe pestis, quo periculosum est ire ad ecclesiam, tunc poterit sacrum baptisma in priuata domo conferri. cle. j. de baptis. & ibi gl. ibi exemplificat tpe hostilitatis. Qđ etiã de hostilitate Dei. i. de peste, intelligo, iuxta tradita s̃. in præ-
201 ludijs. ¶ Vigesimotertiò, licèt † maritus non possit negare debitum uxori ẽt leprosæ, nec ab ea discedere, c. j. de coniug. lepro. tenetur. n. maritus uxorem morbis, & dolorib. confectã, & quicqđ etiam horribile patientẽ sustinere. c. si uxorem. 32. q. 5. Non tamen credere, ꝙ teneretur reddere debitum, & habitare cũ uxore pestifera labe maculata, per ea quæ dixi s̃. in q̃nto priuilegio, arguendo de matrimonio spirituali ad carnale, c. inter corporalia, de transla. præl. Licèt autẽ liberet coniugem a debito carnis, non tñ credas ꝙ pestis cõiugẽ liberet ab alijs seruitijs & onerib.
202 coniugalib. Et ideo † tenetur subuenire coniugi morbosę de medicinis, cibarijs, & alijs necessarijs. l. quod in uxorem. C. de nego. gest. etiam si uxor sit indotata. l. pe. ff. ut in pos. leg. l. quod si nulla. ff. de reli. & sump. fun. & ita consuluit Ro. cons. 67. in casu proposita consultationis, in j. dubio Alex. cõsi. 7. col. j. lib. 2. traditur per Bar. & alios in d. l. quod in uxorem, & in l. si cum dotẽ, §. si au
203 tem in sæuissimo. ff. sol. mat. ideo † si maritus tẽpore pestis aufugeret uxore infirma non prouiso sibi de alimenris & medicinis, priuaretur donatione ꝑ nuptias & lucro dotis, quod ex forma statuti debetur, ſm Bal. Raph. Alex. & Mod. in l. si ab hosti. §. j. ff. sol. mat. Nec isto casu donatio facta ab uxore marito confirmaretur morte, cum possit culpa imputari marito, cur uxor fuerit mortua, ſm Bal. in l. si tibi, C. de don. ante nup. quẽ sequitur Fel. in c. nostra, corollario 37. in fi. de rescr. Et ita limitanda est l. cum
204 hic status. §. j. cum sim. ff. de don. inter uirum, & uxo. Idem † dicerem, si maritus aufugisset propter pestem non traducta uxore sana secum, sed ea uolente secum venire dimissa in loco pestifero. Nam si moriatur tunc ex peste, etiam perderet lucrum dotis, & donationem propter nuptias, nec donatio sibi facta morte con
205 firmaretur. Nam uasallus † relinquens dñm in bello humano perdit feudum. c. j. quibus mod. feu. amitt. Sic dicamus in marito
206 relinquente uxorem in bello Dei. Sic † etiam filius derelinquẽs patrem in captiuitate, quẽ poterat liberare, priuař hr̃ditate p̃ris moriẽtis in captiuitate. §. si vnũ de p̃di. Auct. vt cũ de app. cogn.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum tempore pestis factum cum minori numero testium ad id requisitorum, an & quando ualeat. & seq.*
2 *Priuilegium rusticis concessum, quòd ruri possint condere testamentum cum quinque testibus, an & quando ualeat. Et ibi, an testamentum ciuis ruri conditum cum quinque testibus ualeat. & nu. 3.*
4 *Argumento de bello Dei ad bellum hominum, an & quando ualeat.*
5 *Testamentum militis absque iuris solennitate conditum, an & quando ualeat.*
6 *Extensio in priuilegijs non est licita etiam ex maioritate rationis.*
7 *Testamenti solennitas, scilicet quòd unico contextu fieri debeat, an & quando remitti possit.*
8 *Codicillandi facultatem, an habeat qui & testandi, etiam si non inueniat sufficientem numerum testium.*
9 *Extensio ex rationis identitate conceditur in limitatorijs.*
10 *Testamentum, in quo propter humanam uiolentiam non potest haberi testium numerus a iure requisitus, non ualet.*
Et idem argumentum censetur, ubi concurrit diuina uiolentia. ibidem.
11 *Pestis ut priuilegijs a iure sibi concessis gaudeat, notabilis esse debet, non autem leuis contagio.*
12 *Pestis, si in terris ecclesiæ sæuiat, & sit magna, quot & qui testes requirantur in confectione testa. Et ibi, quid si grassetur in terris imperij.*
13 *Testandi facultas ne tollatur in dubijs opinionibus, tenenda est ea, per quam testamentum fouetur.*
14 *Testandi facultatem cum duobus testibus ij habent, qui pestis tempore resident in ciuitate pestilenti pro tuenda repu. & pro subueniendo egenis ac infirmis.*
15 *Milites armatæ militiæ pro repu. militantes possunt, dum sunt in acie, testari quomodo uelint, aut possint, habentque substituendi facultatem. nu. 16.*
17 *Medicus, qui pro reipublicæ salute, ac pro subueniendo egenis, ac infirmis, in ciuitate remanet pestilenti, gaudet priuilegijs testandi cum quibus potest testibus, & immunitate, ob omnibus muneribus.*
18 *Mulier, an & quando possit testis. & nu. 22.*
19 *Mulier, an & quando testis esse posit in subsidium.*
20 *Specialia non sunt multiplicanda.*
21 *Testis qualiter dicatur deponere in subsidium.*
23 *Mulier potest esse testis in militis testamento.*
24 *Mulieres etiam duæ tantùm possunt esse testes in testamento inter liberos.*
25 *Testamentum mulieris tempore pestis cõditum absque præsentia duorum proximorum, an ualeat ubi uiget statutum, quòd mulieris testamentum cessante dicta solennitate nullius sit ualoris.*
26 *Statutum disponens, quòd mulieris testamentum non ualeat, nisi adsint duo proximi, intelligitur si eos habeat.*
27 *Proximos habere non dicitur, qui tempore contractus habet absentes.*
28 *Testamentum tempore pestis cum quinque testibus, uel absentibus proximis conditum, an ualeat, si testator qui testamentum condidit superuiuat, & euadat pestis periculum. Et quid de testa. militis in acie facto cum duobus testibus, an ualeat, si miles saluus domum repetat. nu. 29.*
30 *Priuilegij causa cessante, cessare debet, & priuilegium.*
31 *Statutum, quod mulieris testamẽtum absque presentia duorum proximorum non ualeat, an habeat locum in testamento, quod mulier ante dictum statutum condidit, habuit tamen facultatem post editum statutum mutandi testamentum, & adhibendi duos ex agnatis.*
32 *Testamentum in peregrinatione conditum cum minori numero septẽ testium, an ualeat si post conditum testamentum domum repetat.*
33 *Statutum, quod pro conditione, & temporis necessitate conditum fuit, an & quando cessante dicta necessitate debeat, & ipsum cessare. & nu. 40.*
34 *Testamenti conditi tempus est inspiciendum quantum ad solẽnitates in eo adhibendas.*
25 *Testamentum ruri conditum cum quinque testibus, an irritetur si post conditum*

tum teſtamentum ruſticus effectus ſit ciuis, & ciuitatis incola.
36 *Teſtamentum militis ad hoc ut iure militari ualeat quot requirantur. & nume. 37.*
38 *Teſtamentum ſecundum formam antiquam conditum, an ualeat, ſi noua legis diſpoſitio poſtea euenerit.*
39 *Noua lex quando ligare dicitur.*
41 *Cauſa ceſſante, an ceſſare debeat effectus iam conſummatus.*
42 *Teſtamentum tempore peſtis conditum, an ualeat ſi teſtes in eo nominati non fuerint rogati.*
43 *Teſtatoris condictio poſt mortem teſtatoris non impleta, an & quando infirmet, & faciat legatum eſſe nullum.*
44 *Conditio mixta ſi propter caſum deficiat, an & quando habeatur pro impleta. & nu. 45.*
46 *Donatio cauſa mortis quinque teſtium præſentiam requirit, niſi tẽpore peſtis.*
47 *Statutum diſponens, quòd in teſtamento ſufficiant quinque teſtes, an cenſeatur diſponere, quòd in codicillis ſufficiant.*

De priuilegiis ultimarum uoluntatum cauſa peſtis.

VEnio ad ſecundam particulam ſecundæ partis principalis, videlicet ad ſpecialia ul-
1 timarũ uoluntatũ. ¶ † Et primò quæro, an teſtm̃
factũ tpe peſtis cũ minori numero ſeptẽ teſtium
valeat? Bal. Sal. & d. Iaſ. in l. fin. C. de teſta. rñdet, ꝙ
ſic. idem tenent Raph. Comen. in l. conficiunt. §.
codicilli, ff. de iu. codi. Flo. de S. Petro in l. milites. C. de teſta. mil.
Alex. in l. ſcriniarios, per gl. ibi. C. eo. tit. Ang. in §. fi. Inſt. de teſta.
dicens idẽ velle Bar. in l. j. ff. de bo. poſſ. ex teſta. mil. licèt pl̃es ſint,
qui Bar. aliud uelle dicant. Sequitur Chriſto. Por. Inſt. de teſtam.
mil. vbi voluit, ꝙ peſtiferatus poſſit teſtari cum duobus teſtibus,
etiam non rogatis: ſanus aũt exiſtens in loco contagioſo poſſit
teſtari cum duobus teſtibus, dumtñ ſint rogati. Et iſtam opinio.
ſequitur Barb. in c. cũ eſſes. col. 8. de teſta. Pro hac ſñia adducun-
2 tur plura. Primò tex. in d. l. fi. vbi † conceditur ruſticis teſtari cum
quinq; teſtibus, quia in iure pauci teſtes reperiuntur. Idem ergo
tpe peſtis, quo tpe pp imminens periculũ pauci reperiuntur, q
velint eſſe teſtes. Ad iſtud fundamentũ rñdent aduerſantes, ꝙ ſo
la inopia teſtiũ non eſt cã finalis, quare ruſtico ſit conceſſum te
ſtari cũ quinq; teſtibus, ſed cauſa finalis fuit ſimplicitas & impe-
ritia ruſticana, vt in præfatione. d. l. fi. dicitur. Quæ pręfatio deno
tat cauſam finalem. l. fi. ff. de hær. inſt. Ex quo infertur, ꝙ diſpoſi-
tio illius legis nõ hẽt locũ in ciue habitante ciuitatem, qui teſta
tur in iure, ſ̃m Iac. de Are. Ful. Are. & d. Iaſ. ibi. ¶ Tu uerò aduer-
te inquantum iſti dñt ꝙ ſimplicitas ruſticalis fuit cauſa finalis,
quare remiſſa fuerit ſolẽnitas numeri ſeptem teſtium. Nam nõ
uidentur rectè ſenſiſſe, quod ſic oſtendo. illa lex ſ̃m Doct. *cõiter*
procedit tam in teſta. in ſcriptis, quàm in teſta. nuncupatiuo. vn
de fateor, ꝙ ſolennitas ſcripturæ, quæ exigitur in teſtãte, & teſti-
bus, fuit remiſſa propter ſimplicitatem & imperitiam. Sed ſolen
nitas numeri teſtium fuit remiſſa propter inopiam ipſorum te-
ſtium. Hinc eſt, ꝙ ſi ſit tale rus, in quo ſit copia hoĩum, non cen-
ſetur in tali loco hæc ſolennitas remiſſa, ut expreſsè ibi dr̃ in lite
ra. Itẽ ibi duæ rõnes aſſignant̃, ergo ſufficit vnam militare. §. affi-
3 nitatis, Inſt. de nup. † Vnde vr̃ falſum, ꝙ ciuis non poſſit ruri face
re teſtm̃ cũ quinq; teſtibus, & ꝯrium tenent Cy. Alb. Bal. & Sal.
in d. l. fi. Et dato, ꝙ non poſſet procedere, qñ ciuis eſſet ſanus, &
poſſet reuerti in ciuitatem ad teſtandũ, uel qui potuiſſet ſecum
teſtes a ciuitate ducere: ſecus ſi a caſu ibi infirmaretur, & uellet
ibi teſtari, tũc quia pp neceſſitatẽ impediretur habere plures te-
ſtes, ualeret teſtm̃ cũ quinque teſtibus, ut dr̃ in d. l. fin. ¶ Secũdò
adducitur tex. in d. l. milites, & in d. l. j. ff. de bon. poſ. ex teſta. mil.
4 & l. pe. C. eo. cum ſi. arguẽdo † de bello hoĩum ad bellum Dei. Ad
iſtud rñdet Alex. ꝙ argm̃ non ualet iſto caſu, quia nõ militat ea-
5 dem rõ. Nam † militibus conceditur teſtari abſque iuris ſolẽnita
te pp publicam utilita. quia proprio corpore rempublicã defen
dunt, quæ rõ ceſſat in ciuib. tpe peſtis. Põt ẽt aliter rñderi, ꝙ mili
tes ex priuilegio teſtãtur cũ duob. teſtibus, dũ ſunt in expeditio-
6 ne. In priuilegijs † aũt non eſt licita extenſio, ẽt ex maioritatę ra-
tionis, ſ̃m gl. in l. bene a Zenone, in uer. cũ. n. C. de quadrien. præ
ſcr. & in l. a diuo Pio, in gl. 2. ff. de re iudi. & bene facit tex. in l. j. ff.
de conſt. Princ. ¶ Tertiò allegatur tex. in l. caſus, in argu. C. de te-
7 ſta. ubi ſi propter † contagionem, ſeu morbum ſuperuenientem
in perſonam vnius teſtis, neceſſe ſit interrumpere continuatio-
nem teſtamenti, ſuſtinetur teſtm̃. Et ſic propter neceſſariũ im-
pedimentũ remittitur ſolennitas, quæ eſt ꝙ vnico contextu fiat
teſtm̃. l. hac conſultiſſima. §. at cũ humana. C. de teſta. eodẽ mo-
do dicamus remiſſam eſſe ſolẽnitatẽ numeri teſtiũ. Sed tu aduer
te, quia tex. in d. l. caſus, in fi vr̃ apertè decidere, ꝙ pp neceſſariũ
impedimentũ non poſſit omitti numerus ſeptem teſtium. Et ſi
dixeris, ꝙ ille tex. non loqtur de morbo peſtifero. Rñdeo, ꝙ loq-
tur de morbo, qui ſolet teſtes deterrere. Et ego intelligo de iſto
contagioſo, quia aliæ ægritudines non ſolẽt facilè deterrere te-
ſtes. ¶ Contrariã opin. ꝙ nõ valeat niſi interueniant ſeptem te-
ſtes, tenẽt Raph. Ful. Pau. de Ca. Fran. de Are. & d. Alc. in d. l. fi. ad
ducentes exẽplum d. Aquiliæ vxoris do. Sign. de Homo. Mediol.
Doctoris inſignis, q̃ peſte percuſſa, nõ ualẽs habere teſtes, fecit ſe
portare in uiã publicã, vt haberet teſtes audiẽtes ſuã uolũtatem,
ſequitur Lud. Rom. in rep. auth. ſil̃r. C. ad l. Falc. in 34. ſpeciali. &
Ang. in d. l. cõficiuntur. §. j. Raph. Comen. in l. fi. C. de teſta. milit.
Alex. conſ. 70. Viſo conſi. col. pen. lib. 2. & conſ. 127. Viſo thema-
te, col. 3. eo. lib. Et vtrobiq; dicit, ꝙ iſta opinio eſt *cõis* & idẽ ẽt te-
nuit Io. Firma in trac. de gabellis, q. 24. 2. par. & Barba. in rub. de
teſta. uer. 39. conſ. 58. col. 7. & ſeq. lib. j. Mouentur in primis aucto
ritate Bar. in d. l. j. ff. de bo. poſ. ex teſt. mil. dicentes ꝙ Bart. in illis
verbis bonum eſſet prouidere, ꝙ teſtamentum ualeret, innuit
quòd ſi noua lege non ualidetur, ꝙ ſit nullum. Sed certè Barto.
ibi uoluit ꝯrium, ut s̃. dixi, in eo dum dicit, & facit iſta lex, ꝙ ua-
leat teſtamentum tẽpore cũ duobus teſtibus. Et licèt ſubdat, ꝙ
bonum eſſet ita ſtatuere, non tamen recedit ab argumento ſum
pto ex illo tex. ſed dixit bonum eſſe ita ſtatuere, ut omnis dubita
tio tollatur. Præterea, & ſi Bar. uellet nõ ualere cũ duobus teſti-
bus, non tamẽ negat ꝙ non ualeat cũ quinque, ut alij s̃. pro con
traria parte allegati cõcludunt per tex. in d. l. fi. Secundò mouen
8 tur per tex. in d. l. cõficiuntur, §. codicilli. vbi † dicitur, ꝙ habẽs fa-
cultatẽ teſtandi de iure, habet ẽt facultatem codicillãdi, tamet-
ſi tpe, quo codicillatur, facultatẽ teſtandi de facto non habeat,
vt qa ſufficientẽ numerũ teſtiũ nõ inueniat. Ecce tex. clarus, ꝙ
defectus ſeptẽ teſtium impedit facultatẽ teſtãdi, unde non uale-
bit teſtamentũ, ẽt ꝙ propter peſtem nõ poſſit haberi perfectus
numerus teſtiũ. Conſidera ſi poſſit reſpõderi, ꝙ ille tex. loquitur
de eo, q tpe codicillorũ nõ habeat ſufficiẽtẽ numerũ teſtiũ actu,
vt probat in uer. eo tpe, quo codicillatur. quaſi dicat, tunc & in
extremitate illius tẽporis, l. 4. ff. de cond. & dem. habere tamẽ po
tuiſſet intra aliquod breue tẽpus. Nos loquimur, quando ꝑpter
peſtem nõ eſt ſpes intra breue tẽpus habendi teſtes, uñ cum exi-
ſtẽs in loco peſtilẽti dicat in periculo mortis conſtitus, ſecundũ
Cor. cõſ. 13. In hac, lib. 4. quò ad eũ impoſſibilitas reperiẽdi ſuf-
ficientẽ numerũ reputatur perpetua, ſicut ſi rus aliqđ inhabita
ret. d. l. fi. ¶ Tertiò iuducũt tex. in d. l. fin. per locũ a ſpeciali. Nã ſi
cõceſſum fuit ruſticis, ut cũ quinque teſtibus, militibus exiſten-
tibus in acie cum duobus, & ſil̃r peregrinis, dũ ſunt in peregrina
tione, cum duobus teſtibus teſtari poſſint, in Auct. omnes pere
grini, in uer. liberam hẽat facultatẽ, C. commu. de ſucceſ. quem
Ang. ibi, & in §. ꝙ aũt. in Auct. de non alien. ad hoc notauit. Er-
go in alijs ſtabit firma regula, ꝙ requirantur ſeptẽ teſtes ad eui-
tãdas falſitates, l. fi. C. de fideicom. Sed ad iſtud põt reſpõderi, ꝙ
9 tex. in d. l. fi. C. de teſta. continet diſpoſitionẽ limitatoriã, & † in
limitatorijs licita eſt extẽſio ex rationis idẽtitate. l. libertus, §. Se
natos. ff. de ritu nupt. Bart. in l. ſi conſtãte, in 9. q. j. par. ff. ſol. ma-
trim. Pan. in c. cum omnes, col. 5. de cõſtit. Soc. cõſ. 38. col. 2. lib. j.
Ratio aũt ibi aſſignata cõſiſtit ſuper inopia teſtiũ, quæ maximè
militabat tẽpore peſtis, ergo &c. Et ꝑ iſta opinione adduco, qđ
10 cõſuluit Bal. conſi. 285. Si qs iuris ciuilis, lib. 3. ubi † conſuluit te-
ſtamentũ factũ ab eo, q erat in quodam caſtro, ad quod nõ pate
bat acceſſus (ex eo ꝙ dñs caſtri inſtitutus in primo teſtamento
neminẽ patiebatur ingredi) non ualere propter carẽtiã ſeptem
teſtiũ, dato ꝙ ſex interuenerint. Et pro iſta deciſio. Bald. eſt caſus
in l. ſi qs dolo, ff. ſi quis aliq. teſta. prohib. quam Bal. nõ allegauit.
De quo miror, cum nihil ignorauerit. Iſte text. multum ſtringit
pro hac parte. Si enim non ualet teſtamentũ, qñ integer nume-
rus haberi nõ põt propter uiolentiam humanam, eadẽ ratione
nõ debet ualere, qñ haberi non põt ꝑpter uiolentiã diuinã. Po-
teſt reſponderi, ꝙ ille tex. nihil facit, quia vult, ꝙ nõ ualens habe
re teſtes nõ poſſit teſtari. & iſtud cõceditur. Sed iſte nõ eſt pun-
ctus noſter, qa nos dicimus, ꝙ habẽs quinque teſtes tpe peſtis, re
ctè teſtatur. Nec text. ille hoc negat, nec ſe ad numerũ ſeptena-
riũ reſtringit. Ad deciſ. Bald. põt dici, ꝙ non eſt uera. & ꝯrium te
nuit idẽ Bal. in d. l. fin. & ſequuntur. Nico. de Mattar. & Salic. ibi.
Quid tenendũ? Ego in hoc puncto diſtinguerẽ. Aut peſtis nõ eſt
magna, & tũc nõ ualeat, niſi interueniant ſeptẽ teſtes, & ita pro
cedat ſecũda opin. & ita intelligo tex. in d. l. caſus. ubi pp morbũ
vnius teſtis non remittitur ſolennitas numeri ſeptem teſtiũ. Et
11 † generaliter, ubi dixi peſtem habere ſpecialia, intelligo de peſte
notabili, quia leuis cõtagio non excuſat, ſ̃m Card. Alex. in c. per-
uenit. 18. diſtin. facit, quia leuis febricula non facit ſeruum mor-
boſum. l. j. §. proinde. ff. de ædil. edic. nec leuis quartana excuſat a
contumacia. l. quæſitum. ff. de re iud. Aut peſtis eſt magna, & val
12 de ſæuit in loco, & tunc aut ſumus in terris eccleſiæ, & tũc † ſuffi
ciunt duo teſtes cũ parochiano ẽt tpe ſanitatis. c. cum eſſes, de
teſta. ubi Pan. & alij, & iſta eſt *cõis* ſententia Cano. licèt aliq con
tradicant, ſ̃m Cor. conſ. 31. lib. 2. Vel corã quatuor teſtibus ſine
parochiano, ſ̃m Pan. & Barb. in d. c. cum eſſes. Ludo. Ro. in auct.
ſimiliter, in 34. ſpeciali. C. ad l. Falc. Aut ſumus in terris imperij,
& tunc teneo ꝙ tẽpore peſtis ualeat teſtamentũ factum coram
quinque teſtibus per tex. in d. l. fin. C. de teſta. Nec obſtant ratio
nes Mod. quia tolluntur ex ſupradictis. Et iſta opinio eſt magis
æqua, maximè cum faueat teſtamentis, quorum conſeruatio pu
13 blicam reſpicit utilitatem. l. uel necare. ff. quemad. teſt. aper. † Et

in dubijs opinionibus tenenda eſt illa, per quam teſtm̃ ſuſtine-
tur.l.ſi pars.ff.de inof.teſta. Et ſi aliter diceremus, eſſet tempore
peſtis quaſi interdicta teſtandi facultas,qua nihil dulcius,& quę
nulli eſt deneganda,poſt quã iam aliud velle non põt,l.j. C.de ſa
croſ.eccl.Et bonũ eſſet, vt dicit Bart.ꝙ ſtatueretur,teſtm̃ tp̃e pe
ſtis ualere cũ duob.teſtibus,dumtamen eſſent omni exceptione
14 maiores.¶Illud autem† ſcias, ꝙ illi qui remanent in ciuitate pe-
ſtilẽti pro tuenda Republica, & pro ſubueniẽdo infirmis & ege
nis(vt nuper fecit nobilis d.Io.Pugetus, dñs loci de Caſtellio)ha
beant priuilegiũ teſtandi cum duob.teſtibus, ſ'm Alex. & d.Iaſ.
in d.l.fi.quia iſti non minus pro republica militant in bello Dei,
15 quàm milites armatæ militiæ in bello hominũ,quo milites† con
ſtat,dum ſunt in acie,habere priuilegium teſtandi q̃uo velint,&
quomodo poſſint.l.fi.ff.de teſta.mil.l.j.C.de bono.poſſeſ. ex te-
ſta.mili.& l.milites,C.de teſtam.mili. Et ſi iſtud dictũ uerum eſt,
ſummè notari,debet,quia cum talib.hmõi priuilegium cõceda-
tur ꝑꝑ uitę diſcrimen,in quo ꝑꝑ ſalutem Reipublicę ſe ꝯſtituũt,
dicendum ur̃ ꝙ ẽt eis concedi debeant cætera priuilegia militi-
bus in teſtando conceſſa.Quæ plura ſunt,& traduntur per Bart.
in l.neque.n.ff.de teſt.mil.& per Bal.in d.l.milites. Poterunt er-
16 go tales ſubſtituere directo maiori, iuxta text.in l. † Centurio.ff.
de vulg.& pupil.Quod addere poteris ad ea,quæ ſcripſi ibi anno
17 præterito poſt Nouiſſimos.Credo† ẽt,ꝙ medici,qui remanẽt ad
curandũ infirmos,habeant iſta priuilegia,& immunitatẽ ab om
nibus muneribus.l.j.C.de profe.& medi.lib.10. ¶Secundò quæ-
18 ro,an† mulier tp̃e peſtis poſſit eſſe teſtis in teſta.Tempore.n.ſani
tatis non eſt idoneus teſtis in teſta.l.mulier.§.qui teſtamento.ff.
de teſta.l.fi.C.de fidei.d.Iaſ.in d.l.fi.determinat ꝙ ſic, quia in ſub-
19 ſidium † mulier admittitur ad teſtimonium in caſibus, in quib.
aliàs non admittitur, ſ'm Io.An.in addi.ad Spe.tit. de te,§.j.Ale.
conſ.24.Animaduerſis.col.4.li.2.¶Cõtrariã ſñiam firmat d.Ale.
conſi.70.Viſo conſi.lib.3.per text.in c. cum eſſes,de teſta.ubi de
iure cano. fuit diminutus numerus teſtium, & tñ requiritur ꝙ
ſint idonei.Sic ẽt in teſta. facto ruri fuit diminutus numerus ꝑꝑ
inopiam teſtiũ,d.l.fi.& tñ requiritur ꝙ teſtes neceſſarij aliàs ſint
idonei,ut ibi oẽs concludunt.Et licèt ꝑꝑ peſtẽ diſpenſatũ ſit ſu-
per numero, non tñ ſuper idoneitate reperitur aliquid immuta
tũ,ergo cur ſtare prohibebit. l.præcipimus,C.de appel.Et ꝓ hoc
20 bene facit, quia † ſpecialia non ſunt multiplicanda.l.ſi qñ,C.de
inof.teſt.¶Non ob.ꝙ mulier,qñ mares non habentur, in ſubſi-
21 dium admittatur in teſtẽ,quia cõceditur:ſed dr̃† in ſubſidiũ, qñ
maſculi teſtes haberi nõ pñt habitu & potentia. Sed qñ maſculi
haberi pñt potentia,licèt actu non reperiantur,non habet locũ
regula ſubſidiaria,ſ'm d.Ant.de Butr. in c,tertio loco,de probat.
Pan.in c.de cætero,de teſti. ubi vult, ꝙ laici poſſint eſſe teſtes in
ſubſidium ꝯ̃ clericum.Et dr̃ in ſubſidiũ,qñ nulli clerici habitant
in loco illo,& ſic qñ nec actu, nec potentia ueriſimiliter pñt re-
periri,qui teſtimonium perhibeant:ſecus ſi in loco illo plures eſ
ſent clerici,dato ꝙ actui, de quo quæritur, præſentes nõ fuerint.
Et idẽ docent Pan. & Fel.in c.j.in fi. & in c.j.s̃.e. de teſti.cogen.&
d.Iaſ.in l.j.col.fi.& in 2.lec.col.11.C.de ſum.Tri. & fi.catho. & la-
tius in l.fi.C.de his,quib.ut indig.Alex.conſ.64.col.fi.lib.j. Tem-
pore aũt peſtis actu & potentia ueriſimiliter maſculi magis,q̃ fę
minæ pñt reperiri,ergo dici nõ põt,ꝙ mulier admittatur in ſub-
22 ſidiũ.Faterer† tñ mulierẽ admitti in teſtẽ in teſta. eius,q in ciui-
tate permanſerat,vt labenti Reipublicę ſubueniret,ſicut in teſt.
23 militis, in quo mulier põt eſſe teſtis. † Quod ſic probari põt,ubi
remiſſa eſt ſolẽnitas iuris poſitiui,ibi ſufficiunt duo teſtes,,ẽt fę-
minæ,ſ'm Bar.in l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.C.de teſta.
24 ubi concludit teſtm̃ inter† liberos cũ duob. teſtibus ẽt fœminis
valere,quia in teſta. inter liberos remiſſa eſt ſolẽnitas iuris poſiti
ui,quod ẽt tenent gl.in Auct.ꝙ ſine.C.eo.Alex.in d.conſi.70.&
in conſ.140.lib.j.Panor.conſ.98.& conſ.105.col.2.lib.2. & eſt *cõis*
opi.quam ẽt ſequitur Guido Papæ deciſ.538. in teſta. aũt militis
remiſſa eſt ſolennitas iuris poſitiui.l.j.ff.de reſta.mil. ergo ſequi-
tur, ꝙ in eo mulier poterit eſſe teſtis. ſi in teſta.militis põt,ergo
etiã in teſt.eius, qui militat in bello Dei, per ea quæ s̃. dicta fue-
25 rũt.¶† Tertiò quæro,an ſtatutũ diſponens,teſtm̃ mulieris factũ
abſq; pñtia duorum proximorũ non ualere, habeat locũ etiã in
teſta.mulieris facto tp̃e peſtis?Cor.conſ.131.In hac lib.4.& conſi.
53.eo.li.determinat teſtm̃ factũ abſq; pñtia ꝓpinqnorũ tp̃e pe-
ſtis valere,non obſtante ſtatuto. ¶Sed tu aduerte, ꝙ ſi prætẽda-
tur teſtm̃ ualere,qa propinqui oẽs aufugiſſent, tunc deciſ.Cor.
26 erit ueriſſima,quia† ſtatutũ ꝙ mulier teſtari nõ poſſit abſq; prę-
ſentia duorũ ꝓximorũ,intelligitur ſi eos habeat,ſ'm Bal.in l.j.C.
unde uir,& ux.& d.Iaſ.in l.Stichũ,q meus,s̃.de leg.j.Fel.in c.pro
27 poſuiſti,col.3.de ꝓba.habere† aũt ꝓximos nõ dr̃, q eos hẽt abſen
tes tp̃e,quo actus expeditur.c.pñtata, & ibi Fel. poſt Pan.not.de
teſt.Si uerò ꝓximi prætendant eſſe pñtes, tunc iſta deciſio Cor.
erit ualde dubia & pendet ab his,q̃ dicta ſunt in prima qõ.huius
particulæ,& vide q̃ dixi s̃.in 13.ſpãli .i. particulæ huius ſcđæ par-
28 tis.Quartò quæro,qd † ſi teſtator, q ꝯdidit teſtm̃ tp̃e peſtis cum
quinq; teſtibus, uel abſq; pñtia ꝓximorũ ſuperuiuat, & euadat
periculũ peſtilentiæ,an tale teſtm̃ rumpat̃ & irritet̃? Vr̃ ꝙ ſic,qa
29 † teſtm̃ militis factũ in acie cũ duob. teſtibus irritatur, ſi miles
ſaluus domũ repetat.l.pe.C.de teſta.mil.& Inſt.eo. §.illis. ubi gl.
30 dicit,ꝙ† ceſſante cã priuilegij debet ceſſare priuilegium, & facit
tex.in l.Titia,§.vſuras.ff.de le.2. ¶Scđò ꝓ hac parte facit, qđ de-
cidit Ang.in §.ꝓuinciarũ,in Auct.ut factæ no.conſt.per illũ tex.
31 Pone, † mulier fecit teſtm̃, poſtea facta eſt conſtitutio, ꝙ teſtm̃
mulieris nõ ualeat,ſine pñtia duorũ agnatorũ, dicit Ang.Aret.
ꝙ ſi poſt ꝯſtitutionẽ mulier habuit facultatẽ mutandi teſtm̃,&
adhibendi pñtiam agnatorũ, & illã nõ adhibuit, teſtm̃ irritabi-
tur.Idẽ dicamus in caſu noſtro,cũ ceſſan te peſte,potuerit teſta-
tor adhibere debitas ſolẽnitates, & idem uoluit Ang. in Auc.ut
cũ de app.cognoſ.in prin.& hanc deciſ.Ang.ſequitur,& dicit eſ-
ſe valde notandã Fel.in c.fi.col.3.de conſt. Tertiò facit quod di-
xit Pau.de Ca.in l.nutritorib.C.commu.de ſucceſ.ubi vult,quòd
32 † teſtm̃ peregrini cõditũ in peregrinatione cũ minori numero
ſeptem teſtiũ ualeat,ſi peregre moriatur, ſecus ſi domũ repetat.
33 ¶Quartò facit,qa quod ꝓ† neceſſitate tp̃um ſtatutum fuit, ceſ-
ſante neceſſitate debet euaneſceret.c.quod pro neceſſitate.j.q.j.
& hanc opin.tenet d.Chriſt.Por.conciuis meus,in §,j.Inſt.de te
34 ſta mil.¶Pro ꝯ̃ria ſñia facit,quia† quãtũ ad ſolẽnitates adhiben-
das in teſta.inſpicimus tp̃s conditi teſtĩ.l.j. C.de teſtam. ¶Scđò
facit,quod in terminis noſtris decidit Bal. in l. ſi quis hæredẽ. C.
35 de inſt.& ſub.ubi † vult, ꝙ teſtm̃ factum ruri cũ quinq; teſtibus
non irritet̃,licèt teſtator efficiat̃ ciuis & incola ciuitatis. ſequun
tur Iaſ.& Mod. in l.fi. C.de teſta. Sicut ergo non irritatur teſtm̃
ruſtici ꝑꝑ abundantiam teſtiũ ſuperuenientẽ, ita nõ irritabitur
teſtm̃ factum tp̃e peſtis,licèt ſuperueniat ſanitas. Et ita reperio
tenere Cor.conſ.53.In hac,col.fi.lib.4.& hanc partem credo ue-
riorẽ.Pro qua ur̃ tex.in §.ſed hactenus.Inſt.de teſta.mil.Et ꝓ qua
facit rõ,quia numerus ſeptem teſtiũ, & agnatorũ pñtia exigun-
tur in teſtĩs ad euitandas falſitates.l.fin. C.de fideicom.ſi modo
dicamus teſtm̃ factũ cũ minori num.teſtiũ,& abſq; agnatorum
pñtia,ualere tp̃e peſtis,ſi moriat̃ tunc teſtator, quaſi tũc p̃ſuma-
tur non interueniſſe falſitatẽ,certè ſi ſuperuiuat, & in ead. uo-
lũtate perſeueret,multò magis debet valere, qa ꝑꝑ p̃ſeuerãtiam
euidentius uera ꝯprobat̃ uoluntas,arg.l.athletæ.§.dat remiſſio-
nẽ,& qđ ibi no.per gl.ff.de excu.tu. ¶Non obſt.adducta in ꝯ̃riũ.
Et primò fundm̃, ꝙ irritet̃ teſtm̃ militis factum in expeditione,
non eſt uerũ,& in ꝯ̃riũ ex tex.in d.§. ſed hactenus. ¶Ad tex.in d.
l.milites,& in d.§.illis,cũ ſim.rñdet̃, ꝙ loquuntur in teſta.militis
facto domi,qđ non ualet,niſi ſeruata iuris ſolẽnitate,non aũt ꝙ
irritetur factum in caſtris iure militari, ſi reuertatur domum.d.
§.ſed hactenus.Et ſi dicatur tex.in d.§.ſed hactenus, probat con-
trariũ,quia dicit,ꝙ poſt annũ irritetur. Rñdeo,ꝙ ad hoc,vt poſt
annũ irritetur,eſt neceſſe ꝙ ẽt teſtator fuerit miſſus a militia.Et
ſic poſt miſſionẽ,& poſt annũ irritatur non per ſolũ lapſum an-
36 ni.¶Vnde ſcias, † ꝙ ad hoc,ut teſtm̃ militis ualeat iure militari,
duo reqruntur.vnũ ꝙ teſtet̃ in caſtris,ſ'm ꝙ ſit miles.Iſta ſecun-
da qualitas requirit̃ per modũ cauſæ permanẽtis,ideo ea ceſſan-
te ceſſat priuilegiũ,d.§.vſuras.vnde poſt miſſionẽ non ualet,niſi
miles moriat̃ intra annũ.d.§.ſed hactenus. Prima aũt qualitas,ꝙ
teſtetur in caſtris,uel in loco peſtifero,requiritur ꝑ modũ cauſæ
principiantis,ſeu habilitantis. Ideo eſto ꝙ miles reuerſus fuerit
37 domũ,niſi miles ſit miſſus a militia, teſtm̃ ſuſtinebit, † quia ceſ-
ſante cã reqſita ꝑ modũ principiantis,non ceſſat diſpõ, ſ'm Inn.
in cle.2.de reſc.Et dicebat Bal.aut qualitas acqrit̃ ꝑ modũ cauſę
fiendi,aut ꝑ modũ cauſæ eſſendi.Primo caſu qualitate ceſſante,
non ceſſat diſpoſitio,ſed ſecundo caſu bene ceſſat. Ita Bal.in d.l.
ſi qs hæredẽ.C.de inſt.& ſubſt.Quod latius cõprobaui in l.ex fa-
cto.ff.de vul.& pup.¶Ad deciſionẽ Ang.in d.§.ꝓuinciarum,re-
ſpõdeo ꝙ nõ eſt uera,& ꝯ̃riũ tenet Pau. de Ca. per tex.clarũ in l.
iubemus.C.de teſta.Nec ob.ponderatio, q̃ ibi facit d.Iaſ.ꝓ Ang.
dum dicit,ꝙ illa uerba,qd.n.peccauit, qa nouæ legis inſcius pri-
ſtinã formã ſeruauit,a ꝯ̃rio ſenſu innuunt,ꝙ is qui ſuꝑuixit poſt
legẽ nouã,peccauit. qa ſciuit legẽ,& eã non ſeruauit,qa iſta cõ-
ſideratio meo iudicio non eſt digna uiro.Nam arguẽdo hoc mo
38 do lex illa nõ hẽret dubiũ,dicit ille tex.† vtrũ teſtm̃ factũ ſ'm for-
mã antiquã ualeat,non obſtãte diſpõne nouæ legis dãtis aliã for
mã,ſi tu intelligas iſtã legẽ caſu,quo teſtator moriatur ante ha-
bitã notitiã nouæ legis,ut intellexit d.Iaſ. Rñdeas mihi, an tunc
39 ſit neceſſe fateri illã legem fruſtra fuiſſe editam, qa† noua lex an
te notitiã uerã,uel præſumptam,neminem ligat,c.cognoſcẽtes,
de conſt. Nam niſi lex ſit publicata,& lapſi duo menſes a die pu
blicationis,non ligat ignorantes, poſt uerò lapſum duorũ men-
ſium a die publicationis,oẽs ligat, quia quilibet præſumitur ha-
buiſſe illius notitiã,ut in Auc.vt factæ no.conſt.per totũ. Secun
dò rñdeo,ꝙ d.Iaſ.non bene ſumit argm̃ a ꝯ̃rio eo modo, quo ip-
ſe arguit,quia illa uerba,quid peccauit q huius legis inſcius pri-
ſtinã formã ſeruauit,hñt relationẽ ad tp̃s præteritum, & ſic Le-
na,ſm Io.de Pla.in l.ne diutius.C.de nu.& act.li.12. per illū tex.
Eligendi autem ſunt erogatores eo modo & ordine, quo anno-
140 næ ſuſceptores, ſeu cuſtodes eligendos eſſe ſ.deſcripſimus.†Qui
actuarij in prin.officij idē præſtabunt iurm, ꝙ ſuſceptores pſtare
debere docuimus.Et vlterius iurabūt ſe ꝓpria manu,& non per
alium quicꝗ erogaturos.l.per hāc.C.de erog.mil.an.¶Et aduer-
141 tēdū † maximè eſt ne ad iſtud erogationis officiū aliqs eligatur,
qui ſit in dignitate ꝯſtitutus, ne rōne dignitatis fiat audacior ad
142 fraudandū publicā utilitatē,l.nemini,C.de nu.& actu.†Prudē-
ter aūt erogatores officiū ſuū exercebūt,ſi nihil de nouis fructi-
bus tangāt priuſquā ueterē erogauerint annonā,l.j. C.de cōdi.
in publ.hor.¶Quod de frumento & ſimilib. eſt intelligendum,
143 non aūt de uino,†qa uini ueteris erogatio poſt cal. Nouemb.di
ſpendium affert.l.iubemus.C.de erog.mili.an.quam legem dixit
ſing.Lud.Rom.ſing.376.incip.Scires tu mihi ꝓbare.& ibi refert
Bal.fuiſſe a Duce Mediol.interrogatum, quo tpe incipiendū ſit
potare uinum nouum,& quia Bal. bene ſtudebat,ſciuit ibi alle-
gare dictam legē.Et dñt ibi Bar.& Io.de Plat. ꝙ tutor,qui calen.
Nouemb.dat familiæ uinum uetus,cum poſſit dare nouum,te-
netur actione tutelæ emendare damnum pupillo. Quod eſt ad-
mittendum,niſi qualitas familiæ ipſius pupilli exigeret uinū ue
tus,ſm do.Lanc.Dec.in l.cum quid,ff.ſi cer.pet.dicens ſe ita Se-
nis obtinuiſſe,ar.l.ſeruis urbanis,cum gl.ff.de leg.3.& in l.idēq;.
§.Labeo.ff.mād.bene faciunt, quæ ſcribit Pan.in c.cum omnes,
144 col.3.de conſt.¶Item†animaduertenda eſt fructuum qualitas:
nam ſi tales ſint, qui diu conſeruari non poſſint, ij ante omnia,
quàm primum,uel diſtrahendi ſunt,uel erogandi.l.is autē.§.qui
145 legatorum ſeruādorum,& ibi gl.ff.ut in poſ.lega.Et ſi † frumen
tum uetus,uel nouum ſit adeo corruptum, ꝙ de per ſe uēdi uel
erogari ſine querela licitè non poſſit,tunc licebit actuarijs illud
corruptum cum frumento bono miſcere.ita.n.fiet, ꝙ velata cor
ruptio Rempub.a damno conſeruabit.d.l.j.C.de condi. in publ.
hor. Sic ēt opportunum eſt miſcere malum uenenum cum bo-
no,quia hoc modo fit optimum antidotum.l.quod ſæpe.§.vene
ni. ff.de contrahen.emp.& l.qui uenenum. ff.de uer.ſig.Et ſi di-
catur,talem mixturā in ſe pactū habere per ea, quæ dixi ſ.in fi.,
remedij. Rñdetur ſm Io.de Plat.in d.l.j.ꝙ illa ꝓcedunt,quando
corrupta cū incorruptis taliter incorporantur,ꝙ ſciri uel diſcer
ni nō pōt mixtura ſeu fraus,tunc quia ꝯhens decipitur, pactum
eſt,ſecus qñ mixtura patet,& cognoſci pōt.Nō.n.tunc pōt ꝯhēs
allegare dolū uel fraudē.l.j.§.intelligatur. & l.quæritur. §.fin.ff.
146 de ædil.edic.†Et ideo dicebat Ang.in d.l.j.licere aromatario mi-
ſcere ceram corruptam cū cera noua, ut uelamento nouæ uen-
dat corruptā.Quod intelligo ſanè procedere, niſi nouā deſuper
corruptam ponat taliter, ꝙ emptoribus nō pateat mixtura cor-
147 ruptæ per prędicta.¶Item†vtilius & ſalubrius eſt in pane cocto
potius,ꝗ in frumento erogationē facere,ne ſi detur frumentum
pauperibus,illud diſpergant,& in alios uſus conuertant.l.j.C.de
148 frum.vrb.Conſt.lib.11.†Et ex hoc infero, ꝙ Capitulum obliga-
tum ad dandum tot panes, & tot uini amphoras ſingulo die in-
tereſſentibus diuinis, non poterit dare frumentum, uel pecu-
nias,ſecundum Io.de Plat.in d.l.j. Quod malè obſeruant Cano-
nici Auenionen.Nam ſi panes & uinum dietim acciperent,quę
vſui ſupereſſent,pauperibus piè erogarent:ſed quia frumentum
recipiunt ex pretio,quandoque theſaurizant, & ex auro aurum
149 quærunt.† Quod non cōuenit, maximè uiris eccleſiaſticis, qui
aliena rapere conuincuntur,ſi quicquam vltra neceſſaria ſibi re
150 tineant,c.ſicut hi,47.diſt.& in ſumma,diſt.43.Omne.n. † quod
malè poſſidetur,alienum eſt:malè autem poſſidet, qui malè uti
tur.c.quid dicam,24.q.4.Malè autem utuntur eccleſiaſtici red-
ditibus eccleſiæ, ſi detractis alimentis cætera pauperibus nō ero
gauerint,uel in fabricam eccleſiæ non cōuerterint, c.de redditi
151 bus,12.q.2.& §.fin.12.q.j.† Et ex iſtis iuſtificatur celeberrimum
dictum Archi.in c.j.44.diſtinc.ubi notabiliter determinat,cleri-
cos abutētes redditibus eccleſiaſticis obligatos eſſe ad reſtitutio
nē,ac ſi fures eſſent & latrones.De quo ꝑ Fel.in c.poſtulaſti,col.
8.de reſcrip.vltra quem addere poteris text.in c. ꝙ ſicut, in fi.de
elec.& quæ ſcribit Soc.conſi.32.col.2.lib.j.Eſt autem publica an
nona per actuarios illis erogāda, quibus erogari debere manda-
runt Decuriones, ſeu annonæ præfecti. l. his ſcholaribus, C. de
erog.mili.ann.Si ciuitas uelit annonā, uel potius panē coctum,
ut ſ.dictū fuit tēpore peſtis inter pauperes diſtribuere, hunc or-
dinem adhibere poterit.primò erit inquirēdum quot, & quales
ſint pauperes in ciuitate,& ſi facultates ſuppetant, piū erit om-
152 bus ſubuenire.¶†Eſt enim omnis donationis immēſitas in pau
peres menſura,§.finimus,in Authen.de nō alie. Quorū paupe-
rum nomina,& ſingulorum habitationes in uno lib.debent de-
ſcribi,& cuilibet aſſignādi ſunt unus,uel duo panes, ſingulo die
ſecundū uires redditūum ipſius ciuitatis, argum.l.fi. C.de frum.
Alex.Qui panes debent per hominem ad id electū deferri ad ha-
bitationes ipſorū pauperū, ne pro eleemoſina contagioſi pau-
153 peres diſcurrāt urbem,& diſcurrendo alios inficiant. † Quod ſi
redditūum tenuitas obſtet, quominus omnibus ſubueniri poſ-
ſit,ſolùm deſcribantur pauperes originarij eiectis forēſibus.l. fi.
C.de ann. ciui. ſecundū intellectū Barto. *cōiter* approbatum.Sic
epiſcopus legatus,executor,& quilibet alius deputatus ad diſtri
buendum bona defuncti inter pauperes, tenetur prius ꝓuide
re pauperibus loci, ubi teſtator habebat domicilium,quàm alie
nigenis,l.nulli,& l.ſi quis ad declinādam,C.de epiſco.& cle.tra-
ditur per Barto.in l.quæ cōditio,§.cum ita, ff.de cōdi.& demon.
Et dicere ſolebat Cicero potiores nobis ſint ciues, quàm pere-
grini.Sic beneficia ciuibus magis, quàm forenſibus ſunt confe-
renda,c.bonæ,2.ibi,nec uellemus perficere alienū, de poſtu.præ
lat.l.in eccleſijs.C.de epiſc.& cler.& 71.& 72.diſtinc.per totum,
154 & c.fin.de cler.peregri.† Et ideo ſi alienigena impetret benefi-
ficium a Papa,non expreſſa ſua natione, uel patria, impetratio
utpotè ſubreptitia,nihil ualet,ſecundū glo. & Pan.in c.ſi propo
155 nente,de reſcrip.† Valet ergo ſtatutum,quo prius ciues, quàm
extranei uocantur ad honores & officia.l.ut gradatim,§.& ſi le-
ge.ff.de mune.& hono. Quod optimè ſeruant ſapientiſſimi Ve-
156 neti. † ¶Si uerò omnib. originarijs & incolis nequeat Reſpub.
ſuccurrere, tunc infirmis, & inualidis prius eſt ſubueniendum,
§.ſi quis autem unum,in Auth.de eccl. tit. & d.l.ſi quis ad decli-
157 nandā.† Et data paritate erogatio eſt facienda pauperibus ma-
gis dignis,ſecundū Io.And.in c.j.de teſta.in Nouel. arg.l.cū qui-
dam.ff.de leg.j.& ita ēt dixit Feder.de Sen.conſi.282. Factum ta
le eſt.Et magis digni ſunt, qui maioribus abundant uirtutibus,
l.j.C.de ann.ciui.nā licèt omnibus miſericordia debeatur, iuſto
amplius,can.non ſatis,86.diſt.Et pauperibus monialibus magis,
158 quàm uiris etiā religioſis eſt faciēda eleemoſina,†quia indigen-
tia in monialibus eſt magis periculoſa,c.j. de ſta.reg. li.6,Et quia
uiri conueniētius pñt operari,quàm fœminæ.l.quiſquis, uer.ad
filias.C.ad l.Iul.maieſt.ita determinat Bal. in l.cum mulier,C.de
159 dona.ante nup.†Vbi etiam ſubdit,ꝙ in dubio monaſterium mo
nialium præſumitur pauperius,ideo præferēdum eſt in eleemo-
ſinis faciendis. d.§. ſi quis autem unum. Et hoc etiā ante Bal.di-
160 xit Feder. in d.conſi.282. † Et potius pauperibus nobilibus ero-
ganda eſt publica annona,quàm ruſticis,ut dixi in quinto reme
dio.Et potius ſenioribus,quàm iuuenibus, c.cōſiderāda 86.diſt.
161 † Et ſi ordinatum non ſit,quibus in ſpecie ſit erogatio facienda,
culpan-

culpandus non ur̃ erogator, qui suos consanguineos pauperes
alijs anteponit, c. est probanda, ead. dist. Nam etiam prælati lici-
tè pn̄t redditibus ecclesiæ subuenire consanguineis indigentib.
162 c. omnia, cum gl. 31. dist. & c. j. de cohab. cler. & mul. † Et ēt pn̄t
sorores & affines inopes dotari de prouentib. ecclesiasticis, ſm
163 Pan. in c. peruenit, de arb. † Sic etiam testamentorum executo-
res licitè distribuunt bona testatoris in suo consanguineos, ſm
164 Pet. de Anc. conſ. 387. in themate. Quinimò† pōt executor sibi-
ipsi erogare, si pro ueritate sit pauper, ſm Pau. de Eleaza. in cle.
unica, de test. Cuius opin. sequitur Soc. consulendo conſ. 11. Cir
ca pn̄tem, lib. j. licèt plures sint, qui ɔ̄rium teneāt, maximè Pan.
in c. fi. de insti. Hæc est. n. naturalis & ordinata charitas. l. præses.
C. de serui. & aqua. & c. qui vult ordinatè, de pœn. dist. 3. Et quan-
tò fortius est naturale vinculum, tātò maior est obligatio, auth.
itaque. C. cōmu. de succes. Quæ oīa intelligo procedere. vbi con
sanguinei erogatoris sint in euidēti necessitate ɔstituti, ſm Bal.
in l. id qđ pauperib. C. de epis. & cle. & Anc. in d. conſ. 387. ¶ Item
165 intelligo† ꝓcedere, dummodo prælatus erogator, seu executor
cōsanguineis suis moderatè ꝓferat, non, si immoderatè, & cā eos
ditandi, bona in eos ꝓfundant, c. peruenit. j. q. 3. nā paupertas, &
natura sunt quæ cām erogationi ꝓstant, nō gratia, nec affectio,
d. c. cōsideranda. Nō. n. licet de bonis, quæ Dei sunt, cognatis qc-
quā dare, ꝙ si pauperes sint, eis vt pauperib. largiat̃, non sub pau
pertatis occasione, quæ sunt ecclesiæ defraudentur, c. quisqs. 12.
166 q. 2. † Sic prælatis concessum fuit conferre beneficia eorum co-
gnatis merentibus, dumtn̄ intuitu meritorum, non carnalitatis
affectu moueantur, c. graue, de pręb. traditur per Pan. in d. c. fin.
de inst. Sed hodie prælati sunt cęci circa nepotes, ſm glo. in d. c.
167 peruenit. † Et hodie caro & sanguis, non Spūs sanctus reuelat
Pontificibus, ut plurimos Card. de sua agnatione faciant, quasi
ambitā Papatus dignitatē uelint in familia conseruare, ſm Bal.
168 in l. tutor, § quæ tutorib. ff. de excu. tut. † Et ista notanda sunt ɔ̄
prælatos, qui ex pecunijs & redditib. ecclesiæ emunt ꝑdia in per
sonam consanguinei. Hos. n. lex anathematizauit. c. Apostolos,
169 & c. quicunque. 12. q. 2. † Et si alleget, personam consanguinei
fuisse suppositā in fraudem ecclesiæ, agi poterit corā iudice ec-
clesiastico, ēt ɔ̄ laicum possidentem, ſm Pan. in c. cum sit gn̄ale,
col. 3. de fo. comp. per tex. in c. inquirendū, de pec. cler. & idē te-
170 nuit Lap. alle. 77. Per† prædicta dicendū ur̃, ꝙ prelati nō possint
infeudare alicui suo consanguineo res ecclesiæ ēt solitas alijs in-
feudari, quod tenuit Bar. in auth. quibuscunq; modis, per illum
tex. C. de sacrosſ. eccl. sequitur Fulg. conſi. 220. Nobiles de Forcia-
te. Sed in hoc opinio cōtraria est fortè verior, q̄ tenuit Bal. in c. j.
col. 3. qui feu. dare poss. & in d. auth. quibuscunq; modis Fed. de
Senis consil. 52. Quidam prælatus. Et hanc dixit esse *cōem* sn̄iam
insignis Iureconsul. pr̄, & præceptor meus obseruandissimus, d.
Fran. Cur. in suo eleganti tractatu de feudis. q. 7. 2. par. declaran-
do, ut ibi p eū. Et vltra adducta per eū, hanc ēt opin. sequit̃ Pan.
cōſ. 41. Videndū est in effectu, lib. j. Barb. conſ. 44. col. 3. lib. 2. Et li
cèt ſm cōem Doc. sn̄iam possit infeudare cōsanguineos, nō tn̄
debet facere, qn̄ pōt ꝓbabiliter ꝓsumi, ꝙ hoc exēplo alij prælati
inducent̃ ad dandū bona ecclesiæ ēt suis cognatis minus meren
tibus, uel ubi aliud scandalū posset suboriri ſm S. Thomā quoli
beto quarto, quem refert & cōmendat Card. Alc. in c. decenter,
171 89. dist. † Et ideo Papa, qui agnatos & affines bonis ecclesiasti-
cis impinguescit, tot mortibus dignus est, quot ad subditos per-
172 niciosa exempla transmittit. c. magnæ, de uoto. † Nam etiā Papa
peccat, si pecuniā ecclesiæ det agnatis, ut palatia construant, ut
bella faciant, ut Italiā (proh dolor) subuertant, ſm Archid. post
Hug. in c. non liceat Papæ, 12. q. 2. Pan. in c. constitutus, col. 4. de
relig. domi. & in c. dudū, 2. col. pen. de ele. ¶ Vnū mirabilius dixit
173 idem Pan. in c. cum venissent, col. 4. de iud. ꝙ† Papa posset depo-
ni, si in dando terras ecclesiæ suæ suis attinentibus esset incorri-
gibilis, sequitur Fel. in c. ad audientiam, in princ. de præscript. &
in c. quæ ecclesiarum, col. 4. de constit. Non plura de his, quæ s̄.
nos. Christus (vt spero) tuebitur cām suam, & spiritum tandē in-
fundet successoribus, ut ipsi bene construant, & euertant a præ
174 decessoribus malè constructa. ¶ † Item intelligo præmissa data
paritate paupertatis, tunc cognatis est magis subueniendum, se
cus si alij sint in extrema necessitate, & cognati non, tūc extra-
neis prius succurrendum est, ſm glo. j. d. c. non satis. Et in summa
175 † modus erogationis optimus erit, si ad tria erogator aīaduer-
tat, uidelicet ad honestum, necessarium, & debitū, nam assigna-
re determinatā prælationis regulam in singulis, impossibile ui-
detur: quia singulares conditiones, quæ cōsiderandæ sunt, dinu-
merari facilè non pn̄t. Erogatorem ergo deceat rō, & prudētiæ
176 consiliū. Sed quid si ciuitas hēat annonā non distribuendā in-
ter pauperes, sed quā conseruabat, vt obuiaret futuræ inediæ, &
contingat tāta vbertas, ꝙ expediat fortè pp uetustatem eā uen-
dere, nec sit q emere, velit, quō Reip. indemnitati erit consulen-
dum? Respondeo, poterit Respub. ordinare ꝙ quilibet ciuis te-
neatur emere certū quid de dicta annona plus & minus, & ſm
ratam patrimonij. tex. ad hoc sing. ſm intellm̄ Bar. in l. j. C. ut ne-
mi. lic. in emp. spe. se excu. lib. 10. Quod dixit Bar. se practicasse in
ciuitate Perusij pro sale Reipub. uendendo. Quod sanè arbitror
intelligendū, vbi necessitas uendendi urget, ita clarè cantāt uer-
ba d. l. j. secus si cā lucri, & mercimonii, ciuitas uellet grauare ci-
177 ues, quia non posset. l. nec emere. C. de iu. delib. ¶ † Ex hoc colli
gitur, ꝙ Principes, qui cā lucri mercantur sal, & subditos com-
pellunt illud emere pro num. capitū, non iure agūt, & maximè,
quia angariant eos emere pluris q̄ valeat. Quod est peccatū mor
tale, ꝑ quod Papa & Metropolitanus possent interponere par
tes suas, & prohibere, ne de cætero maiori precio uendatur, q̄ sit
iustus ualor. c. j. de emp. & uend. Et ꝙ Princeps semota necessita
te, non possit subditos cogere, ut emāt, uel locent res ipsius, nec
pluris quàm cōiter uenderentur, uel locarentur, diuus Adr. re-
scripsit in hæc uerba: ualde inhumanus mos est iste, quo retinen
tur conductores uectigaliū publicorū & agrorum, si tantidē lo-
cari non possint. l. 3. §. diuus Adrianus. ff. de iu. fis. & fuit de men
te And. de Iser. & Alua. in c. j. quæ sint reg. dū dn̄t, ꝙ hodie Prin-
cipes vsurparunt ius uendendi sal eorum subditis certo modo.
Sed (heu) miseræ Insubriæ tecum deterius agunt exactores, q de-
bitores salis seuerissimis extorsionibus acerbisq; concussionib.
excoriant, ut ego referendario Papiensi, assistens re ipsa aliquan
178 do cognoui. † Et licèt ɔ̄ tales exactores iura insurgāt. l. 2. & l. ne-
mo carcerem, C. de exa. tri. & l. ɔ̄ nostra. C. de exec. & exac. tn̄ prę
fecti officio salis, quia participes prædæ sunt, uel talia scire dissi-
mulant, vel si sibi denuncietur, falsa esse cōclamant, & querelan
tes inuoluunt litibus, & processib. Quo fit, vt nullus audeat que
179 relare. ¶ † Vltimo loco erogatores debent uillicationis suæ ra-
tionem reddere soli, & absq; ullo numeratio, seu calculatore, ne
astutia sua doceāt actuarios calculādo facere Treb. i. detrahere
180 Treb. l. nemo diutius. C. de mun. & actua. lib. 12. † Et si erogaue-
rint pauperib. tenentur intra 30. dies, de erogatione fidem face-
181 re per publicū instr̄m, l. actuarij. C. de ero. mil. ann. † & breues. i.
quietātias singulorū demonstrare, l excellentia. C. eo. tit. Et qua
liter, & qn̄ ɔ̄ erogatores agēdū sit, docet Sal. in l. nulli. C. de epis.
182 & cle. ¶ † Septima cā, quæ ex participatione, & cōuersatione cū
morbosis ɔ̄hitur. l. ædiles, §. Pedius. ff. de ædil. edic. facilè submo-
183 uebitur, † si contagiosi, & suspecti, ac eorum bona ab ingressu lo
ci arceantur. Constat. n. eis ingressum posse denegari, ne grex to
tus in agris unius scabie cadat, & prurigine porci. ¶ Circa istud
remedium tria principaliter sum facturus. Primò disputabo ad
quos spectat elect. custodum. Scdō, quia ad onus custodiæ gra-
uari possint. Tertiò uidebimus quale esse debeat officiū eorum,
qui ad custodiā portarū sunt deputati. Et circa quālibet qō. prin
cip. annectā accessorias quæstiunculas, quæ mihi in mentem ue
184 nient. ¶ † Quæro igitur primò, an elec. custodū spectet ad ordi-
nem Decurionū, an ad dn̄m loci? Vr̃ ad dn̄m spectare. Inquit. n.
Cæsar, salutem ciuitatis nulli magis arbitror conuenire, q̄ mihi.
l. nam salutem. ff. de offi. præfe. uig. Tenetur. n. dn̄s custodire ter-
ritoriū, & suos subditos tueri ab omni malo, alias ad damna iu-
stè conuenitur, ſm Bar. in l. ne quid. ff. de incen. rui. naufr. qa hac
rōne dn̄atur, ac iurisd. & pedagiorum emolumenta consequtur,
ſm Arch. in c. si quis Romipetas, 24. q. 3. & dixi s̄. Conuenit ergo,
ut ad eum spectet custodū electio, ad quem spectat custodiendi
onus. ¶ In ɔ̄rium, ꝙ ad Decuriones pertineat, ur̃ casus in l. j. ff. de
185 decre. ab or. fac. † vbi dr̄, ꝙ ius eligendi medicos in ciuitate, non
prouinciæ præsidi, sed ordini cōcessum est, qa cōuenit, ut ipsi eli
gant, q se, liberosq; suos in manu medicorū cōstituunt. Ipsi er-
186 go eligant custodes. q uitā in manu custodū ponunt. † Et bn̄ fa
cit, qa ēt electio ꝓfessorum, obstetricū, & similiū spectat ad De-
187 curiones. l. j. §. j. ff. de var. & extraor. cog. ¶ Ad idem † facit, qa ele-
ctio saltuariorum. i. custodum agrorum. l. quæsitum, §. saltuariū,
ff. de fun. instru. & l. instrumenta, in fi. eo. tit. spectat ad uniuersi-
tatem, ſm Pet. Antibolum in trac. munerum. in ult. par. ubi hos
saltuarios appellat bannerios. sic eos Galli nominant, Itali uerò
188 camparios dn̄t. ¶ † Ad idem & quartò facit, quia custodia cla-
uium spectat ad sindicos vniuersitatis, ſm d. Guid. Papæ consi. j.
In actione negato. col. 3. per l. tutores. C. de ope. pub. quæ lex pa-
rum facit. Et ɔ̄rium quidā tenuerunt per tex. in l. officium. §. of-
ficium Tribunorum, ff. de re mil. ibi, claues portarum suscipere,
qđ in pręsentiarū non examino. Sed quātū ad quest. nostrā con-
suetudo obtinuit, ꝙ electio custodū spectet ad Decuriones. Et
fortè ista opi. ɔ̄suetudine approbata, est ēt in pūcto iuris verior.
Et ꝓ resolutione ɔ̄triorum distinguēdū puto: quidā sunt officia-
les habentes nudā administrationem bonorū ipsius Reipub. vel
nudam custodiā corporū, vt sunt sindici, medici, thesaurarij, pro
fessores, custodes annonæ, & similes, & horum oīum electio spe
ctat ad Decuriones ciuitatis, l. 2. & l. nominatim, C. de decur. lib.
189 10. l. item eorum. §. si Decuriones. ff. quod cuiusq; uni. no. † Qui-
dam sunt, q habent exercitiū iurisd. seu eorū, quæ sunt cōsecuti-
ua, uel præambula ad iurisd. exercendā, vt sunt magistratus, appa
ritores, & sines, & istorū elec. spectat ad dn̄m loci, l. 3. ff. de iurisd.
omn. iud. & ita procedunt ɔ̄ria. & ita dixit Io. de Plat. in rubr. C.
190 de admi. Reip. lib. 11. ¶ † Credere tn̄, custodes portarū electos ꝑ
Decuriones esse a dn̄o loci confirmādos, qa officium custodien
di portas habet in se pręeminentiā quandam, & in ɔ̄nam hēt in-

 clusam

clusam iurisdi. Quia qñq; deferunt iurm, volentib. tñ ingredi, an
191 a 40. dieb. fuerint in loco suspecto, † quæ delatio iuri iurisd. esse
vr, vt ex diffinitione iurisd. de qua in l. j. ff. de iurif. om. iud. mani-
feste colligitur, & ꝓbatur in l. admonẽdi, uer. solent aũt, ff. de iu-
reiur. Et quia arcere aliquẽ ab ingressu portarũ sapit præeminẽ-
tiam, vt j. subijciã. Et qa ẽt agitur de interesse dñi, ꝙ locus suus a
pestilentia præseruetur, d. l. nam & salutem. Et ꝙ custodes porta
rũ, sint a superiore in officio confirmandi, vr mihi in simili text.
192 in l. j. C. de Irena. li. 10. vbi deciditur, ꝙ Irenarchæ, † q̃ disciplinæ
publ. & corrigẽdis morib. præficiunt, l. fi. §. Irenarchæ. ff. de mu.
& ho. sunt ab ordine Decurionum eligendi, & iudicio præsidis
idonei dñt reputari, & sic præsidis iudicio sunt confirmãdi. Sed
193 subintrat † dubitatio. qd si dñs recuset electos confirmare, an do
nec de confirmatione disceptatur, electi possint eorũ officium
exercere? Vr ꝙ non per tex. in l. reus, §. cũ, ꝯ quem, ff. de mune. &
hon. & per tex. in arg. in c. auaritiæ, de elec. lib. 6. Pôt forte dici, ꝙ
ea quæ sunt nudæ custodiæ, poterunt exercere, sed non ea quæ
sunt iurisdictionis. Et sic deferre non poterunt iusiurandum, ar.
eorũ, quæ not. in c. uenerabilem, de ele. & in l. bene a Zenone. C.
de quadr. præscr. & in c. transmissam, de elec. Nisi opponeret no
torius defectus ꝯ personã custodis electi, nam tũc dicerem eum
non posse interim exercere etiam ea, quæ sunt nudæ custodiæ,
quia per suspectũ custodem posset ciuitas contaminari, arg. l. tu-
tor quoque. §. præterea. ff. de suspe. tut. nam etiam custodes con
firmati, si apparet de eorũ sufficientia, uel suspicione debent re-
194 moueri, c. j. de off. cust. ¶ † Sed quæ requirantur ad hoc, ut custo
des electi dicantur sufficientes & idonei? Respõdeo tria esse ne-
cessaria. s. ꝙ sint discreti, industrij, & fideles, cle. j. §. sane, & ibi no.
195 Car. & Imo. de hær. † Et tu etiam notabis illũ tex. ꝙ duo debent
esse custodes portarum, sicut ibi dicit Papa, quia nõ ita fraudan
196 di patet occasio duobus, sicut vni soli. † Debent etiam custodes
electi in manibus dñi confirmantis iurare, ꝙ oẽm diligentiã, &
omnem, q̃ poterũt, solicitudinem adhibebunt circa custodiam,
præstabuntq; iurm fidelitatis de exercendo legaliter, & fideliter
eorũ officiũ, d. cle. j. §. porro. Qui. n. custodit ciuitatẽ, non dormi
197 tabit, neq; dormitet, ſm Psalm. & c. oportet, 81. dist. ¶ † Sed qd si
Decuriones elegerint scienter inhabiles, an pro ea uice saltem
ius eligendi deuoluatur ad dñm loci? Vr ꝙ sic, per text. in c. cũ in
198 cunctis, §. clerici, & c. innotuit, de ele. † Et non solũ eligentes, sed
etiam patroni præsentãtes scienter indignũ, sunt ea uice priua-
ti potestate pñtandi, ſm glo. Pan. & cõiter scrib. in c. cum uos, de
off. ord. Et idem in postulantibus sciẽter indignũ, ſm gl. & Pan.
& alios in c. j. de postu. præla. Quod ius eligendi & præsentãdi ad
superiores deuoluitur gradatim, c. bonæ memoriæ, de ele. ¶ Cõ-
199 trarium forte dicendũ est in casu isto, † qa nulla lex est, q̃ talem
pœnam imponat, vnde nec nos impositã fuisse dicere possumus,
secundũ gl. in c. fi. de iurepa. ꝓ qua est tex. in l. at si quis, §. diuus,
ff. de relig. & sump. fune. & in §. optimũ. in Auth. de non eligen.
200 secundo nuben. ¶ † Et istud maxime uerũ esset, si aliqui ex ordi-
ne electioni non consensissent, quia tunc ad eos, non ad superio
res deuoluitur ius eligendi, iuxta tradita per Pan. post alios in d.
c. dudum. col. 3. & in c. cum Vintoniensis, in j. no. per illum text.
de elec. Et illi, qui non consenserunt, poterunt nouos idoneos
custodes eligere: & si placuerit secum ad electionem faciẽdam,
poterũt omnes admittere, d. c. cum Vintoniensis, & ibi Abb. in
2. not. ¶ Ad tollẽdum ergo omnem dubitationem, cũ dubitatur
ne ex electione generetur eligentib. aliquod præiudiciũ, caute-
la salubris est, ꝙ aliqui ꝯdicant, ex quorũ contradictione ius col
201 legij conseruabitur. ¶ † Sed pone, ꝙ cõitas negligat, uel nolit cu
stodes deputare, quid agendum tunc per dñm loci? Rñdeo, du-
202 plici utatur remedio. † Primo per pœnas & mulctas & captis pi
gnorib. poterit compellere sindicos, & consiliarios ad deputan-
dum custodes. c. peruenit, de immu. eccl. in ver. compellantur. &
& l. fi. in prin. & §. j. ff. de mun. & hon. Per quæ iura d. Guid. Papę
in deci. parlamenti, decis. 631. in ci. In quadam causa, in 5. dub. de
203 terminat, subditos † posse per dñm cogi facere guaytũ & echar-
204 guaytum. i. excubias. † Secundo poterit præcipere consiliarijs, vt
intra certum terminum habeant deputare custodes, cum com-
minatione, ꝙ elapso termino ipse deputabit, tunc elapso termi-
mino & constito de negligentia Decurionum, dominus poterit
ipse eligere, & deputare custodes, c. irrefragabili, de off. ord. facit
tex. in l. si eo tempore, ff. de remis. pigno. & in c. j. & per totum. de
205 sup. negl. præla. ¶ † Sed quid si semel sunt iam electi per Decu-
riones, & confirmati per dñm, an ipse dñs possit alios custodes
addere? Ego dicerem, ꝙ si dñs nõ confidat de custodibus primis,
posse alios deputare, quia sua ẽt interest locum non infici. ¶ Et
pro hoc adduco tex. singularem in l. si ita legatus. §. dñs proprie
206 tatis. ff. de vsu, & habi. † vbi conceditur domino proprietatis po
nere saltuarios ad custodiam predij inuito usufructuario. Et per
illum tex. determinat ibi Alb. de Ros. quod incolę habẽtes vium
nemoris alicuius nobilis, possunt apponere custodes, si dubitẽt
207 ne nobilis ligna incidi faciat. † Et dicit ibi Albe. de Ros. ꝙ domi
nus si dubitet de subditis, uel de inimicis, potest iuste uassallis
tenere milites in loco, qui ipsum custodiant, sequuntur Bald. &
Cardi. Alex. in c. j. §. quid ergo, de inuesti. de re alien. facta. Quod
uerum est, dummodo dominus sine dolo, & fraude, ac malo in-
genio tales custodes apponat, c. quoniam, de prohib. feud. alien.
per Lotha, & dummodo custodiam communitatis non eijciat.
208 l. pen. ff. vsufr. quemad. cauea. † Sed pone, ꝙ subditi uelint reuo-
care suam custodiam, ex eo ꝙ dominus alios custodes apposuit,
an eam reuocare possint inuito domino? Bar. in l. si ut certo. §. si
me, ff. commo. in simili casu concludit, ꝙ possunt, per text. cũ gl.
in d. l. pe. & idem tenet d. Card. Alex. in d. §. quid ergo, & clarius
Bal. in l. ex diui, C. loca. ubi distinguit, aut dominus prius posuit
custodes, q̃ subditi, & isto casu ur in se custodiam suscepisse. Aut
adhibuit custodes post, & tunc non censetur remisisse custodiã,
ergo bene sequitur ꝙ subditi isto casu suam custodiam non po-
209 terunt auocare. ¶ † Secundo quæro principaliter, an dominus,
aut subditi teneantur satisfacere custodibus? Vr ꝙ dominus te-
netur, quia obligatus est custodire territoriũ, ut s. dixi. Contra-
rium credo uerius, per tex. in l. fi. §. inter personalia, ff. de mun. &
hon. & quia iustum uidetur, ut custodes mercedem ab eis reci-
piant, pro quorum salute laborant, c. cum ſm, de præben. & hãc
210 opi. consuetudo approbauit. ¶ † Sed quæritur, an quilibet cogi
possit ad custodiam tpe pestis, aut saltem conferre ꝓ impensis,
quæ in custodiendo fiunt. Et sic quęro, an clerici, Doctores & si-
miles tpe pestis excusentur ab hoc munere personali custodien
di portas. Est. n. istud onus regulariter personale, d. l. fi. §. inter per
211 sonalia. Decisiue procedendo facio conclusionem, † ꝙ clerici,
Doctores, Decuriones, & similes, excusationem habent ab hoc
munere, quia est munus uilissimũ, ſm glos. in l. ne quis, C. de dig.
lib. 12. constat autem existentes in dignitate ab omni sordido, &
uili officio excusari. l. maximarũ. C. de excus. mu. lib. 10. & l. j. C. a
quib. mu. nemi. li. se excu. Et quia humilioribus officijs non con
uenit doctores, clericos, Decuriones, & similes occupari. l. humi
lioribus. C. de suscep. & arca. lib. 10. & ibi expresse Io. de Pla. di-
cit Decuriones ad custodiam portarum non teneri, quia est vile
officium. Sed nec etiam scholares puto teneri, qa studentes arti
bus liberalib. a muneribus personalibus excusantur. l. j. C. q̃ æta.
& ibi Bart. in specie exemplificat illũ text. in onere custodiendi.
Quod verum est usq; ad 25. an. Post uero scholares excusatione
non habẽt, ut Imper. ibi determinat, quasi ſm Bar. præsumatur,
212 † quod elapsis 25. an. non possit scholaris proficere, nã Impe. in
l. j. C. de stud. lib. vrb. Romæ, iubet adolescentiam liberalibus arti
213 bus instruendam, non senectutem, neq; iuuentutem. † Nouitia
enim mancipia simpliciora sunt, & ad oĩa ministeria aptiora &
dociliora: trita uero & ueterana difficile est reformare, ut inqt
Vlpian. in l. præcipiunt. ff. de ædil. edic. Nam qui in tenera ætate
non didicit, nunq̃ poterit esse perfectus, ſm glos. in l. unica, C. de
athle. lib. 10. Et sæpe a nostris rusticis Italicis prouerbialiter lo-
quentibus audiui hæc uerba, ann. 20. natus ignorans, 30. nihil ha
bens, 40. nihil potens, ignarus semper, pauper, & impotens erit.
214 ¶ † Medicos insuper, Grammaticos, & cæteros literarũ professo
res ab omnib. muneribus & publicis, ac ẽt ab onere suscipiendi
milites certũ est immunitatẽ habere. l. medicos. C. de profes. &
med. Et ſm Bar. post gl. lex illa quantum ad onera personalia est
generaliter intelligenda, licet quo ad patrimonialia restringat
leg. illam ad legentes tm, qd hic non discutio, qa pendet difficul
tas ab hoc, an priuilegium immunitatis cõcessum Doctoribus,
censeat̃ concessum rõne exercitij, & magisterij, an uero rõne di-
215 gnitatis. ¶ † Constat. n. doctoratum esse dignitatem, c. quanto, de
magist. & ibi Pan. & uoluit Bar. in l. fi. C. de Iud. & in prima cõst.
216 Cod. & in l. oẽs, C. de decur. lib. 10. † Constat ẽt priuilegiũ immu-
nitatis ab onere custodiendi portas fuisse cõcessum rõne digni-
tatis, d. l. humilioribus, & d. l. maximarum. bene ergo sequitur, ꝙ
Doc. ẽt actu non legẽtes ab hoc onere excusantur, & vr casus in
l. sancimus, C. de aduo. diuer. iu. & ibi no. Bal. Et si clerici in mu-
nes sunt, ne ab offi. diuino distrahant. l. prætor ait, ver. vel si q sa-
cerdotũ. ff. de vac. mu. Si ẽt scholares vacationẽ hñt, ne a studio
217 auertant, cur ẽt immunes non erũt aduocati? † Qui si, ut decet,
postulando legibus vtant, meliorem, durioreq; vitã agũt q̃ fra-
tres ꝓdicatores, & mẽdicantes, ſm Host. in proœ. suæ Sũmę, col.
4. & ſm Cassia. Quid dignius aduocationis officio, ꝙ peregrinũ
negotiũ ad suas trahit molestias, ut laboribus subueniat alienis?
218 † Sed, heu, misera tpis ꝯdõ, hodie ad subuersionem ueritatis, nõ
ad lucidationem iustitiæ exercetur, ideo exclamabo cum Ber. de
consideratione lib. j. Miror quemadm. aures diuinæ audire pñt
huiusmodi disputationes aduocatorũ, & pugnas verborum: cor
rige, Deus, prauũ morem, ꝓcide linguas uaniloquas, & labia do-
losa claude. hi sunt qui docuerũt linguas suas loq mendaciũ, di-
screti aduersus iustitiam, eruditi ꝓ falsitate, sapientes sunt, ut fa-
ciant malũ, eloquentes, ut impugnent uerũ, hi sunt, q̃ instruũt a
quib. fuerant instruendi, astruũt nõ ꝯperta, sed suas astruunt ca-
lũnias innocentiæ, destruũt ueritatis simplicitatem, & obstruũt
219 iudicij uias. ¶ † Sed dubitare qs posset, nũquid licẽtiatus tm ex-
cuset ab hoc onere? Vr ꝙ non, qa licentiatus nullam hẽt dignita
tem, & ideo priuilegia concessa doctoribus non competunt li-
centiatis, secundum Bald. in l. athletæ, per illum text. in uersicu.
coronati.

coronati.ff.de excu. tut. & in auth.habita.col.4.C.ne fil.pro pa-
tre.& ita vr̃ determinasse d.Pe.Antibolus,antiquissimus Docto.
prouin.Massilien.in suo trac.de munerib.Sed ego credo ab one
re custodiendi portas etiam licentiatos excusari, qa si dicamus,
220 † φ in fauorabilib.licentiatus habeatur p Doc.ut tenuit Bal.in
l.j.col.pe.ff.sol.mat.& Pet.de Anch.in proœ.Sexti,quorum sñiam
dixit *cõiter* approbari Alex.in l.mulier,§. non dubitandum,ff.ad
Treb.& sequitur Fel.in rub.de maio.& obe.post princ.tunc ne-
cesse est fateri,φ ẽt ipsi licentiati excusentur.Si uerò dixerimus,
quòd scholares adhuc reputent,vt tenuit Bal. in d.auth. habita,
adhuc habeo propositũ,qa scholares immunes sunt, vt dictum
est.Si aũt dicatur, φ tertiam speciem faciant; tunc quæro an li-
centiati altiorem gradũ sint consecuti? scio φ nemo negabit li-
centiatos digniores esse,q̃ sint scholares, ergo sequitur φ ẽt ipsi
221 immunes erunt. qđ eo fortius dicendũ vr̃,† qa omnes artifices
etiam fusarij,docentes artes mechanicas, admissi ad docendum
in ciuitate ab onere hmõi excusantur,l. fi.ff.de iu.immu.in l.j.in
fi.C.de excus.artific.cur ergo licentiati ẽt approbati iudicio Do-
222 ctorum non sint excusandi? nulla ratio proponi posse vr̃.¶† Se
nes quoque an.55.nati a custodia cæterisq; oneribus personali-
223 bus excusationem habẽt.l.fi.C.qui ætate. † Sed & fœminæ,qui-
bus corporalia munera sexus ipse denegat,ad custodiam non te
nentur.l.qui originem.§.corporalia.ff.de mun.& hon. Excusan
tur etiam ualetudinarij.l.j.C.qui morb.& plures alij,de quibus.
C.de excu.mu.& ff.de uac.mu. & C.qui æta.& ff.de iure immu.
224 † Quorum oĩum exemptio,& excusatio, debent cessare, ubi pp
tam maximam conuicinorum contagionem tm̃ periculi immi
neat,φ absq; auxilio exemptorũ locus facilè custodiri nõ possit,
tunc vocat labor ultimus omnes, & istud est, qđ decidit Papa in
c.peruenit,de immu.eccl.vbi deciditur,clericos teneri ad custo-
diam murorũ, & ad excubias pro defendenda ciuitate ab incur-
su & inuasione Saracenorum. Ad idem tex.in l.2.C. qui æta.ubi
dr̃,propter inopiam ciuiũ scholares,senes, & minores cogi pos-
se ad personalia munera,a quib. aliàs excusantur. Ad idem tex.
in l.vt gradatim.§.quoties.ff.de mune.& hono. & in l.cum te.C.
quemad.ciu.mu. In subsidium ergo exempti pñt compelli subi-
225 re onus custodię. † Ad quam etiam prædicti tenentur, si ex con
suetudine obtentum sit eos teneri, qa consuetudo derogat cui-
cunq; immunitati.l.2.in prin.ff.de uac.mun. & l.non tm̃.§.fi.ff.
de decur. Discussa hac qõ. de munere personali, restat discutere
quæstionem de onere patrimoniali, an ad impensas necessarias
pro conseruanda & liberanda ciuitate a pestilentia quilibet col
226 lectari possit? hanc q. subdiuido in duas partes. ¶† Prima est,an
ad expensas,quæ fiunt in salarijs custodum,quilibet teneatur p
rata,etiam si sit immunis asi onere personali ipsius custodiæ? Vi
detur φ sic, nam collecta dr̃ onus patrimoniale, l. munerum.§.
patrimoniorum.ff.de mun.& hon.declarat Bar.in l.j. vers.uenio
ad fm̃.C.de mun.& in quo loco. unde dato,φ aliquis sit immu-
nis a personalibus, nõ tñ sequitur φ etiam immunis esse debeat
a patrimonialibus.l.in honorib.§.Philosophis. ff. de uac.mune.
Vnde puto animaduertendum, an custodes, pro quorũ salarijs
fuit imposita collecta,fuerint deputati ad releuandũ onus per-
sonale singulorũ.i. ne singuli dietim vocarentur ad custodiam,
& tunc immunes ab onere custodiæ personali non credo tene-
ri contribuere in hmõi collecta subrogata in locũ muneris per-
227 sonalis: † nam subrogatum debet seruare naturam eius, in cu-
ius locum subrogatur.l.si eũ,§.q iniuriarũ.ff.si quis cau.c.eccle-
sia,vt lit.pen.aliàs exempti p non exemptis grauarentur. Quod
fieri non debet.l.j.C.vt nul.ex vica.pro ali.deb. &c. & ita decidit
Bar.post Gul.in d.l.j.ver.quæro ergo vtrum, C.de mu. & in quo
loco. Aut alia ex cã fuerunt deputati,fortè, quia magis expedie-
bat custodire & continuè locũ per expertos, quàm dietim p sin
gulos, & tunc exempti ab onere personali non excusabũtur ab
228 hac collecta: † quia quando ad diuersum finẽ fit subrogatio nõ
habet locum regula d.l.si cum.§.qui iniuriarum,fm̃ Bar.in l.pa-
ter.col.6.ff.de inoffi.testa.& facit qđ decit d.Ias. in l. quod in re-
229 rum.§.si nauem,ff.de leg.1. ¶ Secundò quæro,† an ad alias col-
lectas,quæ imponuntur propter pestem teneantur hi,q habent
generalem immunitatem ab omnib.muneribus? Videretur pri-
ma consideratione dicendum eos non teneri,qa collecta impo-
sita pp pestem,dr̃ onus extraordinarium, cũ per accidens impo-
230 natur.† Ea.n.onera,quæ non hñt certam,& determinandã for-
mã præstationis,ẽt respũ tpis extraordinaria dñr,fm̃ Bar.in d.l.j.
ver.itẽ quæro,cũ in iure.Gem.consi.116.col.1.ab extraordinarijs
aũt priuilegiũ immunitatis gñale absq; dubio defendit priuile-
giatũ,l.in onerib.§.qui muneris. ff.de vac.mune. ¶ Item pro hac
parte facit,quia beneficia Principum sunt latè interpretanda.l.
fi.ff.de const.Prin.c.cum dilecti de dona.per quam rationem de
cisum fuit, φ priuilegium immunitatis a decimis, ẽt de decimis
prædiorũ acquirendorũ intelligatur.c.quia circa,de priuil.¶ Itẽ
facit,quia(vt dixi in præludijs) bonũ est arg. de bello ad pestem.
Sed habentes priuilegium immunitatis ab omnib. onerib. non
tenentur ad onera,quæ imponuntur rõne guerræ,fm̃ Rayn.Io.
de Imo.Pau.de Cast.& Aret.in l.si ex toto, in princ. ff. de lega.j.
ergo etiam non tenebũtur ad onera, quæ indicuntur ratione
pestis,& maximè, quia concedens potuit saltem in genere cogi-
tare casum pestis, ergo ad ipsum concessio generalis extendẽda
vr̃,arg.l.qui iure militari.ff.de testa.mil.& ita reperio consuluisse
d.Alex.consi.30.Ponderatis narratis.lib.5. ¶ Sed præmissis non
obst.contrarium,& probabilius & æquius existimo. Et in primis
231 retorqueo fundamentum s̃. factum de bello ad pestem: † nam
cõis est Doctorum sententia, φ generalis immunitas ab omnib.
oneribus non extendatur ad onera imponenda ratione guerrę,
secundũ Dy.Alb.de Ro.Sal.& d.Alex.d.Ias.& Mod.in d.l.si ex to
to.& ita consuluit Alex. consil.215. Nec arguendi sumus,col.6.
lib.2.idem tenuit Io.And.in add.Spe.tit.de censi.§.2.uer.scien-
dum est.& d.Ant.de But.in c.peruenit,de immu.ecc.¶ Mouen-
tur omnes,per tex.in l.j.C.ut nem.lic.in empt.specierum se exc.
qui optimè probat in ratione decidendi,ibi,vrgente necessitate
publica.Et licèt loquatur de necessitate causata ex inedia, tamẽ
idem dicendum est de necessitate causata ex peste,cum utraque
concernat salutem publicam.ad idem bo. tex.in l.2.C.a qui.mu.
nemi.lice.se excu.ibi,ut cum tempus exegerit,priuilegio nõ ob-
232 stante,collationi succumbant.† Sed certè,ut docet experientia,
nullum tẽpus magis exigere videtur priuilegiorum derogatio-
nem,q̃ tempus pestis,quo nullum calamitosius dici põt. ¶ Ter-
tiò facit tex.in l.iubemus. C. de sacrosan.eccle.& per illam dicit
233 ibi Bal.† φ generalis immunitas nõ includit casum publicæ uti
litati contrarium. Quartò si clerici ad instructionem murorum
& pontium tenentur,l.ad instructionem.C.de sacrosan.eccle.ea
rõne, qa ẽt de ipsorũ clericorũ interesse agitur, φ ciuitas muris
cincta ab oppressionib. & hostiũ incursionib. tueatur,eadẽ rõ-
234 ne dicendũ vr̃,φ ẽt teneantur patriam tueri a pestilentia.† Et li-
cèt Pan.in c.non minus,de immu.ecc.uoluerit d.l.ad instructio-
nem,esse correctam,tñ *cõis* opinio est ꝯ ipsum.nam ꝯrium tenẽt
Pet.Cy.Bal.& cõiter alij in d.l.ad instructionẽ. Inn. Car.Io.And.
& communiter alij in d.c.non minus.Bal,consi.246.lib.4.ubi sic
exorditur.Antiqua querela laicorum est,quia ecclesiæ de die in
diem ditantur,& laici ab oneribus strangulãtur. & idem tenuit
Bal.consi.312.Si de iure commu.lib.3.& Cępo.in tracta. seruitu
tum,sub rubr.de serui. viæ.char.ult.d. Ias.in l.placet. C.de sacro-
san.eccl.post Sal.ibi Alex. consi. 68. Viso & bene discusso,col.7.
lib.2.Cor.consi.72.In hac,lib.4.dominus Guid. Papæ decisio.88.
ubi attestatur sic fuisse obseruatum suo tempore,quo guerra ui
gebat inter Delphinum,& Ducem Sabaudiæ.¶ Et dato,φ eccle
siastici ad reparationem murorum non tenerent, tamen ad col
lectas impositas propter pestem,nullam posse videntur excusa-
tionem prætendere, quia tales collectæ communem vtilitatem
principaliter & pietatem respiciunt, quo casu(secundũ ipsum-
met Pan.) etiam ecclesia obligatur. Et hoc modo saluat dictum
Barto.in l.nullus,C.de cursu publ. vbi dicit, ecclesiam teneri ad
collectas inductas pro expellendis hostibus,qui occidẽdo, & de-
predando uadunt per Comitatum, quia tales collectæ respiciũt
principaliter utilitatem etiam ipsius ecclesiæ.Et illud dictũ Bar.
etiam sequitur d.Ias.in d.l.placet. quia si vrgente necessitate te-
nentur ad onera personalia. d.c.peruenit, eadem ratione etiam
tenebuntur ad collectas. illud dictum Bart.commendat Barba.
consi.j.lib.3.& idem consuluit Pet.de Anch.licèt de Bar. non fa
ciat mentionem,consi.96. Super dicto dubio. Et quod ecclesia
teneatur ad onera respicientia communẽ vtilitatem, facit quod
dixit Io.de Plat. in l.ad reparationem, per illum tex. C.de aquæ-
duc.lib.12.& retuli.s̃.in 2.remedio.¶ Concludo itaque ad colle-
ctas,quæ ob pestem imponuntur, etiam teneri habentes exem-
ptionem generalem ab oneribus personalibus, realibus, & mix-
tis,etiam in forma,q̃ docet Bar.in l.si qui,ff.de iure immu.Quod
intelligo vrgente necessitate,aliàs secus.d.l.j.ibi, urgente neces-
235 sitate.¶† Item intelligo , nisi exemptio concessa esset tempore,
quo iam vigebat pestis in loco,quia tunc apparet concedentem
cogitasse etiam casum pestis,fm̃ Dy.in d.l.si ex toto. ¶ Tertiò ea
dẽm ratione intelligo, nisi locus ipsius priuilegiati esset sui na-
tura,& a communiter contingentibus,subiectus pestilẽtię,quia
apparet ex hoc φ concedens uoluit cõcedere immunitatem ẽt
tempore pestis,arg.l.si fundum,C.de ædil.edic.& eorum,quæ di-
xi in 3.speciali contractum,uer.potes tamen notare. ¶ Quartò
236 † intelligo illud,quod dixi de clericis, procedere dummodò au-
ctoritate ordinarij ecclesiastici ad talia onera compellãtur:quia
notum est , quòd laici nullam coerctionem habent in clericos,
c.ecclesia S.Mariæ,de constit.& c.si diligenti.de foro compet.&
ita tenent Pan.& alij in d.c.non minus . dominus Ias. in d.l. pla-
cet,Bal.& alij in d.l.ad instructionẽ. ¶ Aggredior tertiam prin-
cipalem quæstio.quod, & quale esse debeat officium horum cu
237 stodũ.† Et primò quæro , an possint arcere quoscunque ab in-
gressu loci:In hoc puncto considerandi sunt tres casus. Aut con
stat uolentes ingredi non esse contagiosos, nec de contagione
suspectos,aut constat esse contagiosos, aut dubitatur. ¶ Primo
casu clarum est,& expeditum, quòd repelli non possunt,qa con
238 tra non suspectos cessat cã custodiæ.& si † arcerent ab ingressu,
eis competeret, uel interdictum de locis & itinerib. publicis.l.j.

ff.de loc.& itin.publ.& l.2.§.fin.ff.ne qd in loc.pub. vel actio in-
239 iuriarum,§.si quis me ꝓhibeat.ff.de iniur.¶ Sed pone,† ꝙ ab or-
dine fuerit factum decretum, ꝙ nullus forensis recipiatur in lo-
cum vsq; ad octo dies, quæritur an huiusmodi decretum ualeat,
& obseruationem mereatur? Videtur prima facie,ꝙ non valeat,
240 † tum quia prohibere ne quis ingrediatur, & transeat per uias
publicas,est de regalibus,c.j.quæ sint rega. ergo spectat ad Prin-
cipem prohibere,non ad consilium ciuitatis, tum quia decretũ
vr̃ iniquũ & inhumanum,ergo &c.Non.n.est lex,quæ iusta nõ
241 est.c.erit aũt lex.4.dist. † Quid.n.pōt magis esse contra charita-
tem,q̃ hospitium denegare aduenis & peregrinis, qb.ecclesia in
subsidiũ portas aperit,c.nulli,42.dis.iniquissimũ quippe est alijs
facere quod nobis fieri nõ uellemus,c.j.j.dist.¶ Et ꝓ ista opinio-
oe ur̃ tex.in §.oēs peregrini,de statu.& ꝯsuet.ꝯ liber.eccl.condi.
in feu.& in auth.omnes peregrini,C.cõia de succes. Dr̃ ibi,adue
næ,& peregrini liberè hospitentur,vbi uelint, ꝯrijs statutis,con-
suetudinibus,& priuilegijs non obstãtibus. pondera, ꝙ statuta
242 non obstant. † Quod ēt de statutis futuris intelligendũ est ſm
Bar.in l.si mihi & tibi,§.fi.ff. de lega.j. & ibi latè Mod.& Albe.de
243 Ros.in l.si seruitus,ff.de serui.vrba.præd. in fi.† Pondera ēt uer-
bum,liberè,ꝙ idem est,ac si dictum esset,absq; vllo impedimen-
to,& absque ulla contradictione,c.licèt eps,de præb.lib.6.c.j.vbi
244 diffusè per,Barb.de officio ordinarij.† Ad idem ur̃ tex.in c.inno-
uamus, de treuga & pace.vbi dr̃,peregrini & rustici, euntes & re
deuntes,plena securitate lætentur,ergo eis introitus non est de-
negandus,nec pro represalijs capi pñt. Qđ Bald. & cæteri affir-
mant in d. auth.oēs peregrini.¶ In contrarium facit, quia qlibet
pōt prohibere,ne quis iter faciat per agrum suum. l. per agrum.
C.de serui. & aqua. Et pro hac parte vr̃ clarus tex. in l.mercato-
res, C. de commer. & merca.ubi dr̃,mercatores posse prohiberi,
ne in prouinciam se conferant, & hoc ne illius regni scrutentur
arcana.Quid tenendum? Circa hanc dubitationē duo sunt con
sideranda.Primò,an facultas prohibendi competat populo? Se-
cundò,an ꝓhibio sit iusta,uel ne? Circa primum,aut uniuersitas
non recognoscit superiorem,& tunc quia habet regalia non est
dubiũ,ꝙ pōt oĩa,quæ pōt Princeps,ſm Bar.in l.infamē,ff.de pu-
bli.iudi.& Pan.in c.quæ in ecclesiarũ,col.2.de const.Aut superio
rem recognoscit,nullãq; hēt iurisdictionē, & tunc ur̃,ꝙ nõ pos-
sit ꝓhibere ingressum alicui, sed ius ꝓhibendi spectet ad Princi-
pem habentem regalia.d.c.j. quæ sint reg. Et quia ius terrendi.i.
summouendi a territorio spectat ad dñm territorij.l.pupillus,§.
territoriũ. ff.de uerb.sig.Et quia statuere circa ea.quæ non con-
cernunt administrationem ipsius populi,est iurisdictionis, ideo
populus carens iurisdictione non ur̃ posse talia statuta facere se
cundũ Bar.in l.omnes populi.in j.e.ff.de iusti.& iure. Nisi fortè
vniuersitas tale ius ꝓhibendi præscripsisset, c. super quibusdã,§.
præterea,de uerb.sign. Et in plerisq; locis similes prohibitiones
245 fieri uidi nõiē uniuersitatis. Pōt†.n. in istis plurimum consuetu
do,quæ dat iurisdictionem non habenti.l.uiros. C.de diuer.offi.
cũ suis concor.¶ Circa ſm dico,ꝙ tale decretũ sine causa,ut po-
tè iniquissimum non valet,per iura primo loco deducta.Cũ cau
sa uerò tenet & obseruandũ est, d.l. mercatores.ibi, ne regni se-
creta scrutentur.Similiter si dubitetur, ne forenses admissi usur
246 pent imperiũ,pōt eis dñs denegare introitũ,† ut habetur Nume
ri 20.& 21.c.& ita in proprijs terminis distinguit Andr.de Iser.in
rub.quæ sint regalia,& ibi addit, ꝙ si Rex dubitet ne exteri infi-
ciant aĩos subditorũ,eos tũc arcere pōt a suo regno, & eis introi
247 tũ denegare. Qua de causa uidemus, ꝙ sępe expellunt † Iudeos.
Et hac ratione crederē ꝙ hi, qui uenerũt ad habitandũ in ciuita
te,ut superstitiones & vsuras exerceant, quas in sua patria tutè
exercere non poterãt,uel exercere erubescebant, oēs eijci & ab
ingressu repelli possint, ne subditos imitatione deteriores red-
dant.l.ædiles,§.quid ergo.ff.de ædil.edic. Secundo casu,qñ con-
stat petētes ingressum esse contagiosos:tũc ēt clarũ est,ꝙ custo-
des dñt eos non admittere,qa ēt admissi eijci & expelli pñt,ut di
cam ĩ.de reme.curatiuis. nam turpius eijcitur,q̃ non admittitur
248 hospes,c.quemadmodum,de iureiur.† Sed hic occurrit dubita-
tio,an etiam dño loci,quem constat esse infectum,possint custo
des denegare introitum? Vr̃ fortasse dicendũ,ꝙ non ꝓpter iur̃m
fidelitatis,quo promiserunt uitam dñi tueri,& utilitatem ipsius
procurare.Sex enim continet iur̃m fidelitatis, quæ sunt notissi-
ma,c.j.de form.fid.& c. de forma, 22.q.5. Dño ergo infirmo dñt
opem ferre,non aũt eum a propriis larib.& a sua domo expelle-
re.Et ꝓ dño facit,quod decidunt Io.And.& Gem.in c.grãdi, de
249 supplen.negligen.præla.per illũ tex. Dñt†.n.non esse audiēdos,
subditos, qui uolunt pacisci cum dño suo, ꝙ non possit,nisi cũ
certo numero hominũ armatorũ locum intrare.refert & sequi-
tur d.Iac.de S.Geor.in tract.suo feu.sub rub. de Roydis. col.fin.
¶ Item ꝓ dño facit, qa custodes tenentur eum tueri etiã aduer-
sus proprium filiũ,& aduersus fratres, c.j.hic finitur lex Fed.&c.
ergo etiam aduersus oēs, & singulos de loco eum debent tueri,
non aũt ingressum prohibere.In ꝯrium facit, quia licitũ est uim
dñi ꝯria vi repellere,ſm Archid.in d.c. de forma. Cardin.in d.c.j.
250 ¶ † Item qui iurauit defendere dñm, non tamen tenetur aduer
sus seipsum,quia in gñali sermone non comprehenditur perso-
na loquentis.l.inquisitio.C.de sol.& est tex. in terminis in c.pe-
titio,ubi gl.de iureiu.sequitur Fel.in c.ego N.col.3.eo.tit.cũ igi-
tur agatur etiã de periculo uitę ipsorũ custodũ,ur̃ ꝙ possint re-
sistere dño pestilenti ne ingrediat̃, & locũ contaminet. ¶ Scđò
pro hac parte facit,qa subditi magis patriæ tenent̃ q̃ dño, l.mini
251 mè.ff.de relig.& sumpt.fun.per quam dixit Alb.ibi,† ꝙ uasallus
non obstante fidelitatis iur̃o tenet̃ patriam defendere aduersus
arma dñi,nisi constaret ꝙ dñs iusta arma moueret, & idē tenuit
gl.in d.c.de forma.& ibi Archid.& firmant And.de Iser. Cardin.
Alex. & alij in c.j. de forma fide.& Iaco.Alua. in d.c.j.hic finitur
lex Fed.& cę.traditur per Mod.in l.ueluti. in l.ut uim, ff.de iust.
& iure. Non ergo custodes ad interitum patri intromittere dñt
252 dñm infectum.¶ † Tertiò facit, quia subditi ad malum peragen
dum non dñt dño opem ferre,d.c.hic finitur,ex Fed.nec contra
iustitiã tenent̃ ei auxiliari.c.Iulianus.ca.qui peccantibus. 11.q.3.
cum igitur dñs uelit iniustè uirus pestiferum in patriam immit-
tere,æquum est,& iustũ prohibere,& ei nõ cõsentire.Et ista opi-
nio uerior est,& tutior,vt patebit ex resolutione contrariorum.
Et primo non obst.iur̃m fidelitatis,quia iurans non intelligitur
promisisse dño defensionem aduersus seipsum, nec aduersus pa
triam,ut in primo & secundo fundamentis factis ꝓ hac parte di
ctum fuit,nec ēt si dñs uelit alios indebitè opprimere, ut in ter-
253 tio fundamēto. † Præterea pari modo tenetur dñs ad illa sex,de
quib.in iuramento fidelitatis,licèt ipse non teneatur simile iura
mentũ subditis præstare.d.c.j.§.fi.de for.fide. Et si dñs nõ defen-
dat subditos,cum possit priuatur proprietate feudi. c.j. qual.do.
prop.feu.priue.poterunt ergo subditi dño infecto uolenti intra
re,& sic locũ pestilētem reddere,opponere exceptionem.l.cum
254 proponas.C.de pact.¶ † Attamen crederem subditos non posse
dominum suum infectũ ex toto expellere, quia licèt nõ tenean-
tur salutem propriã saluti sui dñi anteferre,ſm gl.in c.j.in princ.
qua.feud.amit.& in c.j.§.fi.de ali.feu. pater. & utrobiq; Doct. Si
tamen salua salute propria dñm periclitantem non adiuuerint,
puniri dñt,c.j.§.item si dñm,quæ fue.pri.cau.benefi.amitt. Pro-
uidebunt ergo dño suo in aliquo loco territorij de congrua, &
separata habitatione,nec prætextu impensarum ullo modo pos
255 sunt se excusare,† quia dño existenti in periculo mortis,tenētur
vltro suis impensis subuenire,c.licèt, si de feu. fuerit controuer.
256 inter domi.& agnat.uasal. ¶ † Item dubitatur,quid si forenses a
loco infecto fugientes petant, ꝙ eis liceat facere casulas in terri
torio alterius,an eis istud possit denegari? Breuibus responden-
do,ego arbitror ꝙ si aer proprij territorij,a quo fugiunt,non sit
corruptus,ꝙ non solum ingressus loci,sed etiam territorij & ca
sulæ possint denegari,per ea quæ dixi s̃.in j.casu. Si uerò in pro-
prio territorio sit aer corruptus,dubito,quòd teneantur territo
54 uatiuis demonſtrauimus.†Et ſalubrius eſt ad montana caſtra di
uertere.Dei.n.Angelus dixit Loth,in montē ſaluū te fac, & Pe-
trus exn̄s in monte dixit, Dn̄e bonum eſt nos hic eſſe, Matt.17.

SVMMARIVM.

1 *Medicorum auxilio ſæpe ſanantur, qui aliàs morituri erant.*
2 *Medicorum electio ad quos ſpectet.*
Et quot medicos debeat ciuitas habere,& reliqua loca,nu.3.
4 *Ciuitatum quædam dicuntur maximæ, quędam maiores, & quædam minores.*
Et quot medicos unaquæque ipſarum debeat habere, uide in dictione medicorum,num.3.& 4.
5 *Medicus quis dicatur.*
6 *Medicorum appellatione qui ueniant.*
Et num.9.10.11.12.& 13.
7 *Vulnerans non tenetur de homicidio, ſi vulneratus moriatur eo caſu,quo fecit vulnus incantari.*
8 *Medicus an poſſit quis dici,etiam ſi non ſit Doctoratus.*
14 *Medicus nouellus,qui ut plurimum dici ſolet parentum occiſor,an computari poßit in numero eligendorum pro ciuitate.*
15 *Aduocatus nouus litium confuſor.*
16 *Tyronis appellatione comprehenditur quilibet quantuncunque inexpertus.*
17 *Senis umbra,ut uulgus ait,iuuenis ſuperat eloquentiam.*
18 *Iuuenes ſunt gloriæ cupidi, promptiores, & peeſpicaciores quàm ſenes.*
23 *Medicus debet artis peritiam ad unguem ſcire.*
24 *Medicorum errores cum mortuis ſepeliri dicuntur.*
25 *Medici imperiti homines officioſißimè occidere dicuntur.*
26 *Medicina, ſecundum Lucam de Penna, eſt ars, in qua coniectura præualet rationi.*
27 *Medicos honorare decet propter neceſſitatem.*
28 *Medicus imperitus tanquam ſicarius eſt cauendus.*
29 *Medici imperiti unico. medicaminis genere omnes ægritudines ſanare ſe putant.*
30 *Doctores indocti omnia argumenta unica ſolutione reſoluunt.*
31 *Medici peritia quomodo, & quibus indicijs cognoſci poßit.& ſeq.uſque ad finem tractatus medicorum.*
33 *Medico licèt interdum ſe laudare,& ſeq.*
34 *Medici imperiti quare parabolani dicantur.*
37 *Medico debent infirmi obtemperare,aliàs peccant.*
Et quando excuſetur,ſi aliquid nociturum medico prohibente,ſumunt,nu.38
39 *Medicamina congruo tempore exhibita proſunt, nimis autem properata, uel retardata nocere ſolent.*
42 *Medicamina multa adinuenit præteritorum malorum experientia.*
43 *Medicina pluries reiterari,niſi urgeat neceßitas,non debet.*
44 *Medici ſcientia parum prodeſt,niſi adſit ſolertia.*
45 *Medicus ut perfectus poſſit dici,quibus opus habet,& ſeq.*
46 *Doctori conſulenti tria ſunt neceſſaria, ut perfectus poßit appellari, & numero 50.*
47 *Medicus peritus & diligens, debet adeſſe aromatario componenti medicinā, ne,ut fieri ſolet,immiſceat quid pro quo.*
48 *Medicus debet adeſſe infirmo in mortis periculo conſtituto, nec excuſatur ſi minus idoneum ad cuſtodiam dimiſit.*
Et an teneatur ad perſonalem cuſtodiam infirmi de morte non ſuſpecti,nu.49
50 *Doctor aduocationis officio fugens,ad nullum aliud officium uacare debet.*
51 *Medicum oportet bonis,& Chriſtianos neceſſarijs moribus eſſe præditum.*
52 *Iudæi operam in infirmitatibus ſuis implorantes,mortem magis quàm uitam optare credendum eſt,& ibi,quàm ſint & Chriſto,& Chriſtianis inimici Iudæi.& num.ſeq.*
Vbi quis corpus uitamque ſuam Iudæo committit,excommunicari debet.
57 *Iudæorum medicorum operam,an & quando liceat implorare.*
Et utrum Iudæi,& Chriſtiani perfidi uita deterior ſit,nu.58.& 59.
60 *Medico plus cæteris conuenit manſuetudo, pudicitia,& ſobrietas,& nu.61.*
64 *Medico ut mors infirmi non imputetur, quot & quæ requirantur, & nu.65.*
66 *Medicus, imperitia cuius mortuus eſt infirmus, qua pœna ueniat mulctandus.& ſeq.*
Et ibi an ualeat argumentum de iudice ad medicum.
73 *Iudex,qui de facto, uel per imperitiam fecit hominem ſuſpendi,uel decapitari,an teneatur ſimilitudine ſupplicij.& nu.67.*
76 *Medicus an teneatur de homicidio,ſi ob eius negligentiam ſit mortuus infirmus.& nu.80.*
77 *Negligentia an, & quando adſcribatur culpę.*
78 *Medicus qualiter conuincatur inſidiatum fuiſſe uitæ defuncti.*
Et an,& quando iſto caſu teneatur ad damna,& intereſſe.& nu.79.
81 *Medicus,qui leuem infirmitatem magnam fecit, & breuem longam,qua pęna plecti debeat.& nu.82.& ſeq.*
85 *Libelli forma contra medicum colligitur ex Spe.tit.de magiſtris,circa fi.*
86 *Medico non licet paciſci de ſalario cum infirmo,nec cum eo contrahere.*
87 *Doctor,ſeu Aduocatus, quia ex induſtria litem protrahit, uel qui in aliqua excep.patitur ſe uinci, ut ſibi augeatur ſalarium, eſt infamis.*
88 *Medicus an,& quando poſſit cogi mederi.90.& ſeq.*
89 *Doctor an,& quando compelli poſſit,ut litigantibus conſulat. & nu.92.*
93 *Medicus an,& quando teneatur mederi gratis.& nu.ſeq.uſque ad nu.102.*
94 *Doctor an, & quando poßit uendere iuſtum conſilium,& Aduocatus iuſtum patrocinium.*
Et an,& quando teneatur gratis conſulere.ibi.& nu.ſeq.
95 *Medicus non debet ex arrogantia ſalutem infirmo polliceri.*
96 *Doctor non debet clientulo promittere uictoriam, quæ iacet in iudice non in ipſo.*
102 *Medicus ſalariatus de publico,pauperum curam quemadmodum,& diutium ſuſcipere debet aliàs priuandus uenit ſalario, & expellendus ab officio.*
103 *Medicus an poßit mederi infirmis nolentibus.*
104 *Medicus an dare debeat infirmo medicinam, de qua dubitat,an utilitas, uel damnum ex ea proueniat.*
105 *Medicus contrahens matrimonium cum relicta defuncti,quem curauit,eſt ſuſpectus de morte.*
106 *Medicus quis,& quando æquiparatur obſtetrici,& nu.ſeq.*
109 *Medicus ſi liber eſt, æquiparatur profeſſoribus artium liberalium, maximè quoad ſalaria,& ea gaudet immunitate, qua legum Doct.*
110 *Medicus Papæ,uel Imperatoris ęquiparatur Duci.*
111 *Medicus ſalariatus de pub.an & quando poſſit ab infirmis aliquid exigere,et multis ſeq.*
Et an poterit a ſanis oblata recipere.nu.119.ſeq.
115 *Mutuans, an poſt ſolutum mutuum poſſit licitè, quod ſibi ſpontè offertur,ſuſcipere.*
116 *Notarius epiſcopi an,& quando poßit aliquid recipere pro inſtrumentis ordinum collatorum.*
117 *Iudex an poſt latum ſn̄iam poßit licitè accipere,quæ ſibi ſpontè offeruntur.*
118 *Doct.ſalariatus de publico,an a particularibus poſſit aliquid recipere.*
121 *Sanis non ſunt adminiſtranda medicamina, nec medicinaliter uiuere debent.& num.122.*
123 *Medicus conductus a communitate,qui finita locatione medicatur, ut prius, an intelligatur tacitè reconductus.*
224 *Medico an,et quibus debeatur ſalarium,licèt non ſit conuentum.*

125 Medico ſalariato de pub. quo caſu merces ei debetur ab infirmo, an & quando petere, & exigere debeat mercedem præſtitæ ſeruitutis. nu. 126. & ſeq.
128 Argumentum de Aduocatis ad medicos ualet.
129 Medico forenſi, cui conſtitutum fuit ſalarium diurnum, an debeatur ſalarium pro eo tempore, quo ſtetit in itinere, & ſeq.
Et an poßit petere ſalarium pro die feriata in honorem Dei. nu. 131. & ſeq.
Et quid ſi uno die egit iter trium dierum, qd nã erit ei dãdum ſalariũ. n. 134.
133 Doctor Iuriſta an licitè petere poßit honorarium pro conſilio, quod fecit die feſto.
135 Medicus forenſis, cui conſtitutum eſt ſalarium diurnum, & qui in itinere eſt infirmatus, an debeat conſequi tantum ſalarium, quòd ſufficiat pro reuertendo ad domum.
Et quid ſi equus ab ipſo conductus ei derobetur in itinere, an ſibi competat actio contra infirmum ad pretium. nu. 136.
137 Medicus, qui ſalarium recepit pro curanda podagra alicuius, qui paulopoſt occiſus fuit, an teneatur reſtituere dictum ſalarium.
138 Medicus, qui cum infirmo, uel Repub. conuenit curare infirmos tempore peſtis pro certa mercede ſibi poſt liberationem exoluenda, an & quando teneatur ipſo eodem pretio eos liberare, ſi paulopoſt infirmus recidiuauit, uel peſtis eſt reuerſa. & ſeq. uſque ad nu. 146.
140 Recidiuans incontiuenti, præſumitur ex cauſa præcedentis infirmitatis recidiuaſſe.
141 Equus, qui intra triduum a tempore uenditionis, uel locationis mortuus eſt, pręſumitur mortuus ex morbo, quo tenebatur dicto tempore locationis, uel uenditionis. & nu. 143.
142 Vulneratus ſi intra modicum tempus moriatur, præſumitur mortuus ex uulnere, ſecus ſi decedat longo interuallo poſt.
144 Crapula eſt omnium infirmitatum fomes.
147 Medicis qualiter conſtitui debet ſalarium, ut citius infirmi liberationem conſequantur.
Et a quibus repetere poterit Reſpu. dictum ſalarium, & qua actione, nu. 149.
148 Auri ſacra fames quid non mortalia pectora cogis?

1 MEdicorum Auxilio ẽt hæc ſummouet ĩ-
firmitas, † nã q aliàs moreret
auxilio medici ſæpe ſanat, c. fi. de pen. diſt. 7. Hic
tria br̃ pſtringã. Primò, quot & quales, & a qbus
medici ſint eligẽdi. Scdò, qb. ſint pęnis plectẽdi,
ſi in exercitio eorũ peccauerint. Tertiò, de ipſo-
2 rum ſalarijs aliqua ſubijciã. † Circa primũ, medici ſunt a Decurio
nũ ordine eligẽdi, l. j. ff. de decre. ab ord. faci. Poſſet tñ medicorũ
electio, uel ex ↄſuetudine, uel ex reſcripto Principis ad alterum
3 ſpectare, l. parabolani, C. de epi. & cle. ¶ † Quot aũt medicos hr̃e
poſſit ciuitas, tradit in l. q duas. §. j. ff. de excu. tut. vbi dr̃, Maxime
ciuitates dcẽ hẽant medicos. Maiores ſeptẽ, minores verò qnq;.
4 † Maximæ aũt dñr metropolitanæ. Maiores q̃ cognitionẽ cãrũ
hñt tã ciuiliũ, q̃ criminaliũ. Minores, q̃ nullã hñt cãrũ cognitio-
nẽ, ſed ad ſupiorẽ p̃ſidẽ recurrũt, ſm Io. de Pla. in l. nec ĩ. C. de p-
feſ. & medi. Sed ueritas eſt, ꝙ in ciuitate pñt eẽ tot medici, quot
ibi ſine ſalario habitare uelint. Sed cũ ſalario publico, & cũ im-
munitate nõ pñt Decuriones retinere ĩ ciuitate plures medicos
q̃ ſ. dictũ fuit, l. j. C. de pfeſ. & medi. nã in Alexẽdria erãt ſexcenti
5 de collegio, & numero ordinario, d. l. parabolani. ¶ † Sed p intel
ligẽtia q̃ro, qs dicat medicus. Rñdeo, medicũ accipimus, q alicu
ius partis corporis, uel certi doloris ſanitatẽ medicinæ ſcĩa, & ex
6 perimẽto pollicet, † nõ incãtationib. aut impcationib. Etſi mul
ti ſint, q incãtationes, & imprecationes ſibi pfuiſſe affirmẽt, l. j.
7 §. j. ff. de uar. & extraor. cog. † Vñ ſi vulneratus. faciẽs ſe curari p
incãtatores moriat, nõ poterit uulnerãs intitulari de homicidio
tũ qa vulneratus nõ dr̃ adhibuiſſe medicũ, q vulnus curaret, tũ
qa p partẽ dãnatã curã ſui pcurauit, & ſic fuit in culpa, ſm Bar.
Soc. cõſ. 78. Primò aſpectu, col. fi. li. 2. q poterat alleg. tex. Aug. in
c. qm̃, 88. diſt. Matres, inquit Aug. infideles filijs dolentib. q̃runt
ligaturas ſacrilegas, & incãtationes, oĩa iſta peccata ſunt homi-
8 num. † Sed hic ſuborit qõ, an ad hoc vt dicat medicus, requirat,
ꝙ ſit doctoratus, & approbatus? Bar. in l. ſciendũ, §. dictum, ff. de
Aedil. edic. tenet, ꝙ non, inferẽs ad declarationẽ, c. j. de ſtatu reg.
lib. 6. Cauet ibi, ꝙ nullus q̃tuncunq; honeſtæ uitæ poſſit ſub ex-
cõicationis pęna ingredi monaſteriũ monialiũ, niſi ſit medicus:
dicit Bar. ẽt nõ graduatus, q ſe medicũ pfitet, ingredi poterit, ſe-
quitur d. Ale. in l. j. in add. ad Bar. ff. de uen. inſp. & cõſ. 15. Viſo p
9 ceſſu, col. fi. lib. j. ubi cõprobat, † qa ſerui medici eſſe pñt l. j. §. ne
aũt, C. de cõmu. ſer. ma. & tñ ſerui non pñt ad Doctoratus digni
10 tatẽ pmoueri, l. j. & l. fi. C. q mili. non poſ. ¶ † Hinc in cõi ſermo
ne hr̃, ꝙ medicũ, & ſtultũ qlibet ſe pt appellare. Nã obſtetrix ẽt
medica nũcupat, l. j. §. j. ff. de ua. & extraor. cog. l. itẽ ſi obſtetrix,
11 ff. ad leg. Aq. † Sed ẽt chirurgici medici dñr, c. tua nos. de homic.
12 † & nõ ſolũ curãtes hoĩum corpora, ſed ẽt curãtes aĩalia bruta,
13 medici appellant, ſm gl. in l. j. C. de excuſa. artifi. li. x. † Nõ tñ ap-
pellatione medicorũ cõprehẽdunt barbitonſores, ſm gl. in d. c.
j. in uer. rõnabilis cã, de ſtatu mona. li. 11. Debẽt aũt aĩaduertere
q medicos eligere uolũt, primò ad ætatẽ, & experientiã. Eligẽdi
. n. ſunt medici ſenes, & experti non iuuenculi, vel tirones, ſm
14 Ang. in l. j. §. pueritiã, ff. de poſt. † vbi dicit nõ eſſe cõfidẽdum de
15 medico nouello, qa eſt occiſor parẽtũ. Nec de † nouo Aduocato
16 qa eſt litiũ confuſor. ¶ † Sciendũ aũt eſt, quẽlibet in expertũ ti-
ronẽ dici, ſm Vegetium de re mi. Miles. n. nõ exercitatus, ſp tyro
17 eſt. † Et dici ſolet, ꝙ plus ualet umbra experti ſenis, q̃ eloquentia
iuuenis, ſm Bal. in c. j. de renũ. & Io. de Ana. in rub. de deli. pue-
18 ro. ¶ † Laudo tñ, ꝙ ſimul cũ antiqs, & exercitatis eligat aliqs iu-
uenis medicus, qa iuuenes ſunt cupidi gloriæ, & ppea cũ maiori
diligentia ægroti ſanitatẽ pcurãt. Antiq aũt, vt plurimũ, ſunt de
ſides, & remiſſi. Sicut de Aduocatis dixit Spe. ti. de aduo. §. nonò
19 ver. itẽ cautus ſit antiquus. † Promptiores. n. ſunt Doctores iuue
nes, tanq̃ ex ſtudij fornace nouiter educti, arg. c. liqdò, de conſe.
20 diſt. 2. Solẽt † ẽt eſſe pſpicaciores, † qa memoria in iuuene tena-
21 cior eſt, iuxta illud Sene. Solebat mihi bonæfidei eſſe memoria,
& q̃ ei cõceſſerã, citò reſtituebat: nunc aũt ætate caſſata, & lõga
22 deſidia, q̃ iuueniles aĩos diſſoluit, q̃ noua audio. † Sũt ẽt in iuue
ne ſenſus acutiores, & ad capiendũ ualociores, ſm gl. in l. Gallus
in pri. ff. de lib. & poſth. & in l. cũ qd, ff. ſi cer. pet. no. Pan. in c. quo
23 ties, in 3. no. de teſt. Scdò aduertãt ad artis peritiã. † Dẽt. n. medi-
cus hr̃e ſcĩam medicinalẽ, l. j. ff. de decre. ab ord. faci. & in ſcrinio
24 pectoris tenere tradõnes artis, c. ad aures, de æta. & quali. ¶ † Sed
qualr̃ ſciri poterit medicũ eſſe peritũ, cũ errores medicorum ſe-
pulti eſſe dicant cũ his, quos interemerũt? Et ſi in eorũ manibus
qs in fata cõcedat, neceſſarias pducũt rões, qbus apertè oſten
25 dunt, ꝙ uita illius non erat ulterius ptelãda. † Et hi ſunt, ſm Lu
cã de Pẽna, in rub. C. de pfe. & medi. q hoĩes officioſiſſimè occi-
26 dũt, † nã ſm cũ medicina dr̃ ars, in qua plus ualet cõiectura q̃ rõ.
& fuit dictũ Macrobij ĩ Saturnalibus, ppè finẽ. Sed abſit, ꝙ ego
27 detrahã medicinali ſcĩæ, & medicis eruditis, † quos ſaltẽ pp ne-
ceſſitatẽ dẽmus honorare, ut hr̃ Eccleſiaſtici c. 38. nã publicę ne
ceſſitati ſæpe cõſulũt, & ſanitatẽ ægroto reſtituũt, l. fi. C. in q. ca.
28 ceſſ. lõg. tẽp. p̃ſcrip. † Imperiti aũt medici nõ minus, q̃ ſicarij odio
ſunt hñdi. Hi. n. ſunt, q rẽpublicã deſtruũt, l. illicitas, §. ſicut, ff. de
offõ p̃ſid. Hi ſunt, q iã mortuis, quos longa inedia pdiderũt, ſor-
29 biũculas faciũt, & delicatos cibos. † Hi ſũt, q uno collyrio oĩum
30 oculos ſanãt, c. fi. 29. diſt. & ibi gl. dicit, † ſic faciũt indocti Legiſtę
q unica ſolone q̃cunq; argumẽta reſoluunt. Et ſi malũ medicũ
uolueris rõnibus, & opprobrijs cõfuſum reddere, ad Pliniũ, Se-
31 necã, Sidoniũ, & Franc. Petrarchã recurras. ¶ † Cognoſcit autem
medici peritia, ſi ægritudinis cãs ſciat exprimere, ſm Hypocr. in
32 plogo pnoſticorũ. † Et q ſe medicina peritũ eſſe affirmat, tria ſe
ſcire p̃ſupponit, uidelicet, in ſingulis ægritudinibus p̃terita, i. uñ
infirmitas originẽ traxerit. Pñtia. i. in quo ſtatu, & gradu exiſtat
ægritudo. Futura. i. utrũ curabilis ſit, an mortalis, ſm Car. Flor. ĩ
d. c. ad aures. ſed qs eſt hic, & laudabimus eũ? Pauci, quos ęquus
amauit Iupiter. Multi tñ ſunt, q ſe peritos in hac medẽdi arte p
fitent, ſed an uerũ ſit, Deus ipſe nouit: ſe tñ ut eruditos exhibẽt,
33 ut dr̃ ĩ d. c. ad aures. & ibi no. Car. † ꝙ licet medico ſe laudare. Qđ
plurimi faciunt, qbus, ut refert Lucas de Pẽna in d. rub. de pfeſ.
& medi. nihil deeſſe ur̃, p̃ter effectũ operis. ſi is deſiderat. Ab eis
ſingularũ rerũ naturas, ſanitatis, & ægritudinis cãs accipies; ipſi
ægritudinis initiũ, augmẽtũ, ſtatũ, & diminutionẽ indicãt. Quid
34 plura? cũ eos audio, uñr mihi poſſe mortuos ſuſcitare. † Nec mi-
rũ, parabolani. n. appellantur, quia multa hñt parabolas, ſm gl.
35 in l. parabolani, C. de epiſ. & cle. ¶ † Non puto tñ exercendos pe
ritos medicos, q apud ignotos modeſtè ſe profitentur tenere me
dicinæ ſcientiam. Licet. n. apud incognitos ſe laudare, nam pro-
conſul in ſui commendationem tranſmittit prouincialibus lr̃as
priuſq̃ puinciam ingrediatur, l. obſeruare, §. anteq̃, ff. de officio
proconſul, & apud Didonem ſe extollebat Aeneas dicendo,

Sum pius Aeneas, raptos ex hoſte Penates
Claſſe ueho mecum, fama ſuper ęthera notus.

36 ¶ † Crederẽ ẽt, ꝙ liceret ſe pro ueritate laudare in pñtia ægroti
uolentis ſumere nocitura ↄ̃ mãdata ipſius ad effectũ, ut retrahat
infirmum ad rectã normã uiuendi, ſicut faciebat Paulus, q ut in
fideles traheret ad catholicã fidem, palã dicebat ſe hr̃e ſpiritum
ſãctũ, c. ſicut. n. 28. q. j. Sic nos edocuit dñs noſter, Ieſus Chriſtus,
dũ dicebat, Sancti eſtote, quia ego dñs ueſter ſanctus ſum, c. te-
37 nere, 31. diſt. ¶ † Peccat, n. grauiter infirmi, q ↄ̃ medici præcepta
ſumunt nocitura, qa ↄ̃ charitatem faciunt, quæ uult, ꝙ ſibi non
noceant, c. ſi non licet, c. placuit, 23. q. 5 non æſtimemus, 13. q. 2.
38 † Sed nitimur in uetitũ. Et interdũ grauior eſt ſitis q̃ febris, & do
loris impatiẽtia ſępe cogit patiẽtẽ in ſeipsũ ſæuire, l. fi. §. ſi qs aũt
ff. de his, q ſibi mor. ↄſciue. Cognoſcit ẽt medici peritia, ſi oppor
39 tuno tpe nouerit lãguentibur medicinã præbere. † Nã pperata
nimis, uel retardata remedia, nõ pfutura p̃ſtant, c. abſit, 50. diſt.

Temporibus medicina ualet, data tempore proſunt,
Et data non apto tempora, uina nocent.

Nã oĩa tp̃s habẽt, & ſuo tpe ſunt ſingula expediẽda, c. quis igno-
40 ignoret. 33. q. 4. l. oẽs iudices, C. de fer. l. iuſtas, C. đ iure fiſci. † Pro
batur ẽt medicum hr̃e ſcientiam, ſi nouis morbis noua ſciat an-
tidota præparare, c. cæterum, de iura. cal. l. j. ff. de uen. inſpi. Sciũt
. n. optimi medici ↄ̃ quẽlibet morbũ congruam inuenire medi-
41 cinã, c. qualiter, & qñ, §. uerum, de accu. ¶ † Prudens. n. medicus
ↄſiderata qualitate pſonæ, cauſa infirmitatis, tpe, & loco, medi-
cinam

cinā adhibet oportunā, c.sciēdū,29.di. dēt ēt experimenta pteri
torū morborū añ oculos suos pponere, qa ut scribit Aug.ad Bo
41 nifaciū, †Cogunt nos multas inuenire medicinas multorū expi
43 mēta malorū,c.vt cōstitueret, 50.di.† Nec toties medicinā reite-
ret,si necessitas nō urgeat. Toties.n. reiterata nocet,potiusq̄ p-
44 sit,c.quis,de pen.dist.3.¶†Tertiò electores diligēter aduertant,
an medicus sit diligēs,qa sola scia non sufficit in medico,nisi cū
45 scientia sit cōiūcta solertia,c.ad aures,de æta. & qual.†& ibi no.
Pan.tria ad faciendū perfectum medicum esse necessaria.Primò
ꝙ sit eruditus.Scdò,ꝙ experiat̄ ſm artis traditiones.Tertiò,ꝙsit
46 diligens in artis exercitio.† Quæ tria ēt exigunt in Iurista cōsule
te.Qui dēt esse peritus. Idē dēt cōsulere ſm cōes opi. nō aūt ſm
sophisticas.Tertiò dēt esse diligēs in examinādo bñ factū.Medi-
cus.n.circa curā infirmi tenet̄ oēm diligētiā adhibere,c.tua nos,
de homic.& ibi Inn. & Io.de Ana. dīt non satis esse, ꝙ medicus
pparet bonā medicinā ſm canones Physicales, nisi ēt aduertat,
ꝙ aromatarius non immisceat qd p quo, & nō cōficiat medici-
nā ex corruptis,vel vetustissimis speciebus,q̄ magis nocere solēt
47 q̄ prodesse.†Iō ꝯcludunt,ꝙ medicus dēt esse præsens,qñ aroma-
48 tarius cōficit medicinā.¶†Itē medicus vidēs infirmū in pericu-
lo mortis si vult,q̄ dēt,diligētiā adhibere, non dēt a latere infir-
mi discedere,quia ad custodiā tenet̄, nec excusat̄ ēt si alium mi-
nus idoneum ad custodiā dimiserit, ſm Host. in Sum. de æta.&
quali.§.ordo.uersi.ex post facto,p tex.in c. ea quæ,de offi.archi.
49 in arg.†Vbi aūt ægrotus nō est in discrimine uitæ cōstitutus,nō
tenet̄ medicus psonalē custodiā,sed sufficit,ꝙ ægrotū uisitet bis
in die,& ei dictet regimen,& dietam,ſm Host.& Car.in d.c.tua
nos.Caueat ergo medicus,ne tot suscipiat curas, ꝙ oībus vaca-
re non possit,nā pluribus intentus, minor est ad singula sensus,
50 c.diuersis falacijs,de cler.cōiu. †Sic aduocatus in suo officio vti
dēt solertia,& iō dū aduocationis officio incūbit,ad nullū aliud
offm pōt aspirare, ne cū in utrunq; festinet, neutrū bñ peragat,
51 l.nemo,C.de asses.†Quartò sup oīa electores dēnt aduertere ad
mores medici,qa oportet prius aīas, quā linguas fieri eruditas,l.
magistros,C.de profe.& medi. Et iō Vlpianus alloquit̄ Decurio
nes his uerbis,Certi probitate morū, & artis peritia medicos eli
gatis qb.uos , uestrosq; liberos in ægritudine corporū cōmitta-
52 tis.† Ego aūt alloquor Auen. q se,suosq; liberos in infirmitatib.
cōmittunt Iudæis pfidis, & Christianorū inimicis: nā si Christū
psecuti sunt,credendū est,ꝙ nos ēt psequent̄:aliàs si ꝯriū credi-
tis,eritis illis siles,q Christū mēdosum,& pphetā asseuerāt. Ego
aūt Christianus sum,& agnosco ueritatē Christi dicentis, Si me
psecuti sunt,& uos psequētur. mortē pfectò appetit,q a Iudæo
sanitatem exquirit,qa sine auxilio Christi se sanū fieri putat, c.q
sine,27.q.2.Bonus medicus prius monet, & inducit languētem
ad implorādum auxilium Christi,ad confessionē, ad pniæ bñdi-
ctionem,q̄ uiaticū appellamus, c. cū infirmitas,de pen.& remis.
Hæc qualiter docebit Iudæus,nisi in contēptum Christianæ reli
gionis?Et si tu ægrotus patiaris redēptorē nr̄m ludibriosè noīa-
ri p Iudæū,mortaliter peccas,& iō in assidua ægritudine pmane
53 bis.†Prohibentur.n. Iudæi nomen Christi inuocare,qa illū quē
inuocant,negligunt,& cōtēnunt,ſm Bar.& scrib.in proe.Dige.
54 †Sunt.n.Iudæi inimici nr̄i,& Crucis Christi,c.licèt uniuersis,de
testi.ergo Christianus, q se Iudæo inimico suo cōmittit, uitæ re-
nunciat,l.Princeps,C.de Prin.agen.in reb.lib.xj.Fidei nostræ ho
stes sunt Iudei,c.in ciuitatē,& ibi gl.de iud.Blasphemi noīs Chri
55 sti,c.j.c.cum sit nimis,eo.tit. † ac peiores,& deteriores sunt oīb.
gentilibus,& oībus sodomitis,c.none.j.q.j.Sed qd rōnibus con-
tendo psuadere Christianis,ne corpus uitamq; suam credāt Iu-
56 dæis? † lege ipsa sub excōicationis pœna phibitū est Christianis
ne in eorum infirmitatibus utant̄ opera alicuius Iudæi. Audi er
go qd Sancta synodus septima disposuerit,nullus eorum, q in sa
cro sunt ordine,aut laicus azyma Iudæorū manducet,aut cū eis
habitet,aut aliquē eorū in infirmitatibus suis uocet, aut medici
nam ab eis percipiat,aut cū eis in balneo lauet. Si uerò qsq̄ hoc
fecerit,si clericus sit,deponat̄,si laicus sit excōicetur,c.nullus,28
57 q.j.†Reperio tñ,ꝙ Fel.in d. c.tua nos,intellexit istud procedere,
ubi reperiant̄ medici Chr̄iani,sed ubi non reperiant̄,tūc in sub-
sidiū,& pp necessitatē excusat̄ infirmus , q implorat auxilium a
58 Iudæo,arg,c.discipulos,de consecra.dist.5.¶† Ex præmissis satis
edocemur,ne pfidum Chr̄anū in medicum assumamus,qa mali
li Chr̄iani deteriores sunt q̄ Iudei, cū minus peccet, q uiam dñi
non agnoscit,q̄ qui post agnitā retrocedit, c.qdā,de apost.c.si re
59 fugientes,de peni.dist.4.† Vir.n.scelestus,lippus est,nec cās mor
borū pōt discernere,qa carnalis uitæ operatio illius sensus hebe
tes fecit,& illis oculos carnalia desideria obscurarunt.Cuius.n.
oculi studere,& recta uidere p ingenium poterant,usu prauorū
actuū caligantur,c.hinc etenim, uer.in lippis,48.dist.Sed medi-
60 corum uitia amplius non execremur,inquiramus uirtutes.†Mā
suetus medicus esse dēt,nec ulli magis conuenit mansuetudo q̄
Medico.Nam qui uulneribus sanādis præest,uino debet,& oleo
uti,exemplo Samaritani,qui in uino morsum discretionis adhi-
buit,in oleo mollitiem pietatis.Per vinum mundantur putrida,
61 p oleū sananda fouentur.c.disciplina,45.dist.†Sobrietas,& si ab
omnibus seruanda sit,a medico est maximè amplectenda, qa vē
ter pinguis,& uino æstuans,facilè despumat in perniciem ęgro
62 tantiū.c.j.sexta die 35.di.¶†Pudicitia ualde medicū exornat.Lu
xuriosus medicus a populo hr̄ odio, pudicus aūt oībus charus
existit,c.pter hæc,32.dist.in fi.Non.n.pōt toto corde ægrotanti-
bus medicari,q fœminarū nexibus alligat̄,c.hospitiolum tuum,
63 ea.cā & qō.† Caueant ergo medici,ne in cura formosæ mulieris
sese uerbo,aut actu impudicos oñdant, nec cās morbi p cādida
brachia quærant. ¶ Nunc uideamus, qñ mors infirmi sit medi-
co imputanda,& qua pœna puniendus sit,si eius culpa ægrotās
occūbat.Pro expeditione huius q.intendo commentari. l. illici
tas.§.sicuti.ff.de off.præsid.Cuius tenor seqtur.Sicut medico im
putari euentus mortalitatis nō dēt, ita qd imperitiam cōmisit,
imputari ei dēt,ptextu.n.humanę fragilitatis delictum decipiē-
tis in periculo hoīs innoxium esse non dēt. Vt sensus huius tex.
perfectè habeatur,formabo quamplures qōnes,ex quibus perfe
64 cta cognitio resultabit. Quæro igitur primo loco,†an excusetur
medicus a casu mortis infirmi,quem curabat?rñdeo si quæ s̄.di-
cta sunt obseruauit, certum est eum excusari,ut dr̄ in primo rñ-
so huius tex.& qa non est in medico sp releuetur , ut æger,gl.in
65 c.ad aures,de æta.& qual.Et ſm Inno.in d.c.tua nos,ad hoc,† ut
mors non possit medico imputari,quatuor sunt necessaria.Pri-
mò,ꝙ officium medicandi sibi congruat.i.ꝙ sit laicus,non cleri
cus,aut religiosus , cui nō ꝯueniat ars chirurgiæ, c.sñiam sangui
nis,ne cleri.uel mona.& d.c. tua nos. Scdò,.ꝙ ſm artis traditio-
nes medicinam ægroto ppinauerit,d.c.ad aures. Tertiò,ꝙ oēm
diligētiam adhibuerit.Quartò,ꝙ ægrotum informauerit de oī-
66 bus,q̄ ægritudini ꝯria sunt. Quæro scdò, †qua pęna puniri dēat
medicus,ex cuius imperitia mortuus est ęgrotās?Nam ei isto ca
su mors imputatur,ut in 2.rñso huius §.¶ Mart.Silli.& Albe. de
Ros.hic dicūt,medicum exrra ordinē esse puniendū,arg.l.respi-
ciendum,§.delinquunt,& quæ ibi traduntur,ff.de pœn.idem te
net Aug.de Ari.in add.ad Ang.in tract. malef.in uer.fama publi
ca,in 7.q.ubi arguit de iudice ad medicum,nam ſm eum si iudex
per imperitiam aliquem posuerit ad torturam , & tortus ex tali
67 tortura moriatur , tunc extra ordinem est puniendus.† In ꝯriū,
ꝙ medicus teneatur pęna homicidij,& sic legis Corn.de sicarijs
probari ur̄ sic.Iudex,q de facto facit aliquem suspēdi , tenet̄ simi-
tudine supplicij,ſm Bal.in rub.C.de pœna iud.qui malè iud. Et
istud ur̄ uoluisse gl. in l.2.ff.ꝙ quisque iur.dū dicit idem in medi
co,qd in assessore,qui p imperitiā cōsuluit.Facit qd decidit Bar.
in l.lege Cornelia,ff.de sica.¶ Et istam partē tenuit Iac. de Aret.
quia in dolo ur̄ medicus, qui asseruit se peritum in arte, cū non
68 esset.†Tacitè.n.se peritum asseuerat,qui se in medicū eligi patit̄,
l.Iulianus, §.qd tñ,ff.de act.emp.l.si qs fundum,§. si qs uitulos,
in arg.ff.loc.& hoc dixit gl. in d.l.2. Et qa non pōt medicus alle-
gare imperitiā,cū se peritum asseruerit,uñ ur̄ dicendū,ꝙ p dolū
ꝯria medicamenta exhibuerit:si dolo occidit,ergo reus est mor-
69 tis,ut ī.subijciam.¶†Facit,qa medicus,qui secuit per imperitiā,
tenetur ex maleficio, nō aūt ex quasi maleficio, ut tenet̄ iudex,
l.ex maleficijs,in prin.& ibi gl.iuncto §.si tñ iudex. ff.de actio.&
obli.& bñ facit tex.in l.idem iuris, §.fi.ff.ad leg. Aqui.ubi dr̄,ne-
minem dr̄e affectare id , in quo scit, uel scire debet imperitiā suā
70 alteri nociturā.¶†Et hanc sñiam seruant Aegyptij , ut scribit
Herodotus de antiquorum gestis,lib. 2.Ait. n.Aegyptiaca lex,
Medici ex publico uictum sumant , ægros secundum legem cu-
rent ab antiquis medicis , comprobatisque scriptoribus traditā,
si qs normam sacri libri secutus infirmum sanare nequierit, om
ni caret culpa,si præter ea,quæ libris cōtinentur, illum curaue-
rit,morte puniatur. Quid tenendū? amplector primā partem p
tex.in l.3.§.j.ff. de sica.ubi dr̄, qui poculum amatorium libidinis
causa dedit,ex quo mulier,quæ illud bibit decessit,relegetur, nō
pœna legis Corneliæ feriatur.Sic dicēdum ur̄ in medico, qa aīo
sanandi,non necandi p imperitiam malam medicinam propina
71 uit.†Scdò,quia pœna homicidij non tenetur,nisi q dolum com
misit,l.cum autem excipitur,ff.de Aedil.edi.tradit Bar.in l.qd er
go,§.pœna grauior,col.4.ff.de infa.do.Ias.in l.j.col.pe.ff.de legi-
bus ubi plura ad istud congessit,quæ repetijt in l. in actionib. ff.
de in lit.iurando.& in l.4.§.qd prætor,ff.ne quis eum qui, & idē
72 firmat Dec. consi. 9.per totum.Imperitia† aūt culpæ ascribitur,
73 & non dolo,d.l.si quis fundum,§.si quis uitulos,ff.loca.¶†Hinc
dicebat Alb.de Ros.in d.l.2.ꝙ iudex,q p imperitiam decapitari
iussit unum,uel plures,non est ipse decapitandus,nisi probetur
dolus,quia in dubio potius ex imperitia , q ex dolo præsumitur
iudicasse ꝯ ius.Qd dicit facere ꝯ Cremonenses, qui decapitari fe
cerunt suum Potestatem,qd est bene notandum. Nec ob. deci-
sio Bal.in d.rubr.C. de pœna iud.quia loquitur in iudice,qui de
facto,& sine debito processu suspendi iussit hominem , & sic po
test intelligi , quando ut priuatus per dolum iussit,nos loqmur
quando per imperitiam iudicauit. Quod intelligas procedere,
nisi statuto caueretur, ꝙ qui homicidium quocunque modo
commiserit,decapitetur,tunc etiam qui per latam culpam illud
commiserit,decapitari poterit,ſm Sal.in l.j.col.3. C. de noxa.&
74 d.Ias.in d l.in actionib.col.7.†Ex his satis liquet, medicū esse reū
mortis,

mortis,si ꝑ dolum ęgro dederit ꝯria medicamenta,ex qbus mortuus sit,l.3.in prin.& l.lege Cornelia, ff.de sica. Et ita intelligenda est decisio d.Car.Alex.in c.absit,in fi. 50. dist.ubi vult medicum de homicidio teneri,& uti homicidam esse puniendum,& ita etiam tenuit Ange.in l.necessarios,§.fi. ꝑ illum tex.ff.ad Syl.

75 ¶†Tertiò quæro, an infirmus in dubio ꝓsumatur mortuus culpa medici? Rñdeo,pro medico faciendã esse ꝓsumptionem, ar.l. Herennius §.Caia, ff.de euic. & bñ probatur in d.c. tua nos, & hoc expresè vult Spec.tit.de dispens.§.iuxta præpositionis, uer. item exercens artē chirurgiæ,per tex.in c.de occidendis, 23.q.5.

76 Quartò†quæro,an medicus, cuius negligētia mortuus est ęgrotus,teneatur de homicidio? Constat.n.medicum ad exactam di-

77 ligentiam teneri,vt dixi,s.uer.tertiò aduertant.†Breuiter videretur idem concludendum , qđ de imperitia dictum fuit ꝑ eadem fundamenta:nam negligentia ēt culpæ ascribit, non dolo, l.idē iuris,in prin.ff.ad leg. Aql. Crederē distinguendū inter negligētiam,& negligentiã.Quædam.n.est negligentia,quę accedit malitiæ,c.ꝑ tuas,& ibi no.Pa.de test.& isto casu si medicus ex malitia deferat curam infirmi,pœna legis Corneliæ tenetur,qa dolo non caret.Dissoluta.n.negligentia, dolus est,l.magna culpa, ff. de uer.sig.Et ꝑꝑ negligentiam dissolutam ita degradat̄ sacerdos

78 sicut ꝑꝑ delictum dolosè patratum,c.dictum, 83.dist. ¶†Duob. n.modis probatur medicum insidiatum fuisse uitæ infirmi. Primò,si illi adulterina medicamina scienter prębuerit.Scđò,si tēporibus opportunis neglexerit infirmum curare,l.necessariò,§. fi.ibi,si uel iniuria,uel insidiis medici necatus fuerit, ff. ad Sylla. & ibi ita expresè decidit Ang.In foro aũt poli certum est medicum, q negligit mederi ægroto existenti in periculo, teneri ac si ipsum occidisset,c.j.81.dist.& ibi hoc clarissimè firmat do.Card.

79 Alex.† An aũt medicus isto casu teneatur hæredib. defuncti ad damna,interesse,& expensas?Iac.de Are.in d.l. qua actione,§.fi. ff.ad leg. Aqui.distinguebat.Aut infirmũ gratis curabat,& tunc non tenetur,qa potuit qñ uoluit curam relinquere. Aut erat salariatus de publico,uel ab infirmo,& tunc tenetur.Alb.de Ros. aliter,& melius(vtputo)distinxit.Aut medicus assumpsit expressè curam illius,aut expresè dixit,se nolle teneri ad uisitandum, & curandum,aut nihil dixit,sed simpliciter incepit illius curam hr̄e,& postea deseruit,uel neglexit.Primo casu constat,eum teneri ad damna , & interesse, ēt si gratis medicabatur , tanquam ægrotus uideatur sui curam illi mandasse,& ipse mandatum suscceperit,quo casu ēt de culpa tenet̄,l.a procuratore,C.mãd.Secundo casu constat non teneri. Tertio casu perseuerare tenebatur,quia incipiendo simpliciter curam infirmi , uī totum onus suscepisse,cum cura infirmi sit unum totum cõnexum,ar.l.tres

80 tutores.§.idem in eo.ff.de adm.tut. ¶†Scias ēt,ꝙ magis peccare uī medicus,si ꝑꝑ eius negligentiam moriatur infirmus,q̃ si ꝑpter imperitiã,nãm q negligit facere iustitiam,tenetur ad totale interesse.l.4.§.in eum,ff.de damno infec. & tñ q̄ iudicat ꝯ ius per imperitiam,solũ tenetur ad id,qđ iudici æquum uisum fuerit,qđ minus est,q̃ integrũ interesse,l.si filius,ff.de iu.Inst.de obl. q̄ ex quasi delic.in prin. Rō ēẽ pt. qa negligētia nō ita faciliter excusari pt,sicut imperitia,nisi fortè impitia esset supina, tũc.n. ad uerum interesse teneret,ſm gl.Inst.de obl.q̃ ex quasi delic.in

81 prin.Alex.in l.fi.in apost.ad Bar.ff.de uar.& extraor.cog. †Quintò quæro,qua pœna sit castigandus medicus,q leuem infirmitatem fecit magnam , & breuem fecit longam ꝑ aduersa medica-

82 menta,uel aliter,ut ægroti bursam uacuaret.† Solēt.n.auari medici multas excogitare fraudes,ut languentes excorient,ſm Plinium iuniorem in prin.sui operis. Breuiter rñdeo,arbitrio iudicis puniendum esse, l.medicus.ibi , in ciuile factũ præses ꝓuin-

83 ciæ coerceat,ff.de uar.& extraord.cog.¶†An aũt teneat̄ ęgroto restituere pecunias extortas;Dicas,ꝙ sic,per d.l.medicus,ubi decidit,ꝙ ægrotus,q uendidit medico prędium cõpulsus ꝑꝑ medicamenta aduersa,officio iudicis obtinebit rescissionem ꝯtus.

84 & traditur ꝑ Bal.in l.interposita.C.de trãsa.†Plus dixit Pan.in c. qa plerique,in x.q.post Inn.de imm.ecc. ꝙ medicus non solũ in foro aīæ tenet̄ restituere oē id,qđ ultra debitũ accepit,sed ēt tenet̄ in foro fori,ꝑ tex.in d.l.medicus.qa oē datũ medico vltra debitũ,ꝓsumit̄ datũ ꝑꝑ sanitatē recuperãdã, & ꝑꝑ euitãdũ periculũ mortis:qnimò ēt tenet̄ ad dãna,& interesse passa ex dilatione infirmitatis,l.idem iuris,& l.itē si obstetrix,§.j.ad leg. Aq.ibi, ꝑsuasum alicui medicamentũ infuderit, uel ore, uel clystere.Et

85 si uelis scire†formare libellum ꝯ medicum,uide Spe.tit.de magi

86 stris, circa fi.†Ex istis bñ sequr, ꝙ promissio facta medico ꝑ infirmum,nō est obligatoria,tanq̃ ꝓsumatur meticulosa, & sic nō licet medico pendente infirmitate pacisci cum infirmo sup salario,ut est tex.in l.archiatri,C.de profes.& medi. sicut etiam non licet aduocato pacisci de quota litis,l.quisquis,§.præterea,C.de postu. Sicut ēt non licet aduocato ullũ ꝯtũ inire, uel ullum pactũ facere cum eo,quem in propriã recepit fidem,neque iurgiũ ex industria protrahere,c.infames,c.præterea,3.q.7.& d.l.qsqs.

87 †Et dixit gl.in d.§.præterea,ꝙ infamis est aduocatus,qui patitur se uinci in aliqua exceptione, ut asserat nō posse fouere diutius cãm,nisi sibi augeat salarium.Adduxit exēplũ medici,de quo in

88 l.medicus.†Sextò quæro,an medicus cogi possit inuitus mederi.Rñdeo,ꝙ medicus lege precepti tenetur,aliàs mortaliter peccat,& est ſm legem Dei reus homicidij,si infirmus moriatur,qa mortem inferre cõuincitur, q eã cum possit,nō excludit, c.j.83. dist.& ibi do.Car. Alex.hoc pluribus cõprobat rõnib.poterit ergo cõpelli ꝑ epm,ut a peccãdo desistat, c.nouit,de iud. Sed etiã credo,ꝙ officio iudicis cogi possit mederi,& ægroto consulere.

89 †Sicut Doctor cõpelli pōt cõsulere litigantib.ſm gl.in l.2.C.de proxi.sacro.scri.& probatur in l.sancimus,C.de aduo.diuer.iud. ubi Bar.& Sal. no.licèt Bal.ibi ꝯriũ teneat,& malè: nã opi.gl.& Bar.est uerior,& magis *communis*,ſm Fel. in c. si ꝑ debilitate,col. fi.de of.dele.& Par.de Put.in trac.de syndicatu, uer.ptās cũ esset

90 in offō.† Postq̃.n. medicus offm̃ medicandi assumpsit, uī posse cõpelli,ut operas præstet,qa est munus publicũ, qđ qlibet inuitus subire tenet̄,l.munerum, §.iudicandi, ff.de mun.& hon.& l.

91 pen.§.duo,ff.de uaca. mu.†Sed quid si desperetur de salute infir

92 mi,an tunc medicus ēt tenebitur medicari?† Vī,ꝙ non,qa Doctor Iurista non debet , neque arctari pōt suscipere ꝓtectionem causæ desperatæ,l.rē non nouam,§.patroni,C.de iud.c.si habes, 24.q.3.& hoc etiam dixit gl.in l.j.§.diuus, ff.de uar.& extraord. cog.In ꝯrium est ipsa ueritas, quia medicus suscipiendo curã desperatam,neminē lædit,sicut Aduocatus,qui ꝓtegendo cãm iniustam,lædit aduersariũ,pares ergo non sunt termini ſm S.Thomã. 2.2.q.71.art.3. quem sequr Fel.in c. pastoralis,col.3.in fi. de

93 iud.†Sed quæritur,an teneatur mederi gratis,an ita demum si salarium condignum sibi ꝓsteur? Vī, ꝙ gratis teneat̄,aliàs incurrat simoniam:Giezi.n.grãm sanitatis Naaman Siro uendidit,eãdem gratiam Eliseo uendicante leprosus factus amisit,c.qui studet,j.q.j.& Prouerbiorum 23. Noli uendere sapientiam,doct.&

94 intelligentiam, gratis accepistis, gratis date,c.j.de magistris.† In ꝯrium facit,qa licèt Doctori uendere iustum ꝯsilium , & Aduocato iustum patrociniũ,c.non licèt.11.q.3.l.unica,C.de suffrag. Facit,quia si merces non esset,nemo studeret,nam metu inopię etiam iustitia deseritur,c.si quis,j.q.2.c.habebat,12.q.j.

Nec facilè inuenies multis ex millibus unum,
Virtutem pretium, qui putet eße suum.

& dicitur Prouerbiorum 18. De fructu oris replebitur uenter eius,& c.12.de fructu oris eius quisque replebitur bonis,& dicit Sapientia c.8.Diuitiæ mecum sunt.& dicunt Iuristæ,

Dat Galenus opes, & sanctio Iustiniana.
Ex alijs paleas, ex istis collige grana.

¶Et ista pars uerior est,pro qua est tex. in c.non sanè,14.q.5.Nã si Doctor non tenetur gratis cõsulere, ut s̄.dixi,nec Aduocatus postulare,l.j.§.ait prętor,ff.de postu.multò minus tenebitur medicus gratis mederi , qa & si professorum, & medicorum ead.cã uideatur iustior,tñ est cã medicorum,cum hi salutem hoīum agant,illi studiorum curam,l.j.§.medicorum,ff.de uar.& extraor. cog.& ita tenent gl.& scrib.in d.c.q studet.Pan.& alij in d.c.ad aures,de ætate,& quali. Ad ꝯria rñdet gl.in d.c.q studet,ꝙ medicus nihil dēt recipere pro sanitate restituenda infirmo , cum illud fit grã , & ita procedat ille tex. sed pro labore suo licitè recipit,sicut professor recipit salarium pro suo labore, non ꝓ sciã,q̃

95 docet.†Qđ facit ꝯ arrogantes medicos,q superbè sanitatem pollicentur ægrotis,c.quoniam,83.dist. Nam sanitatem promittere nihil aliud ēst,q̃ gratiam polliceri, q non est in medico, sed in Deo,c. porrò,uer.hinc aũt , & uer.nunqd medici resuscitabunt

96 mortuos,de pœn.dist.j.†Malè ēt faciunt Consultores,& Aduocati,qui clientulo uictoriam promittunt . Quia uictoria, non est in Aduocato,sed in iudice,l.j. ff.de aboli. & c.notandum.2.q. 3.nec ꝑ laborem sequitur effectus, c. nisi cum pridem,§.qppè, de ren.Item rñdet ead. gl. ꝙ nihil medico debetur pro sanitate, sed pro honore,pro qua facit tex. in d.c.non sanè.ibi, nec medico reddere uolunt honorem suum. Sic ēt propheta in signũ honoris munera recipit,c.iudices,j. q.j. Sic Deus in signum honoris recipit decimas,c.decimæ,16.q.j.Et hac de causa quæ Doctoribus debentur,honoraria dñr,non mercedes,l.j.§.proinde,& §. in honorarijs,ff.de uar.& extraord.cog.& dixi s̄.in 2.parte prin.

97 †Insuper dubitatur, an medicus, cui nota est cura,& infirmitas absque reuolutione librorum, teneatur gratis curare,gl.in d.c.

98 non licèt,mouet hanc dubitationem in consultore,†& tenet,ꝙ teneatur gratis consulere.sequitur Spec.tit. de salarijs, §.sequtur de aduocatorum salario, in prin. idem ergo dicendum in medico.Sed in utroque ꝯrium uerius est, & ꝯrium tenet Ioã.And.in add.Spec.loco præall.qa sequeret̄ maximum absurdum,ꝙ deterioris cõdõnis essent,q bene laborarunt in studio, q̃ illi q parũ in scholis , & in studio insudarũt.Item deterioris cõdõnis esset uir practicus,promptus,resolutus,& ingeniosus, q̃ grossus,& inexpertus. Vnde concludo habendam esse rõnem præteritorum laborum,l.studiorum labor, C.de asses.nec tam pro labore, q̃ ꝓ

99 honore honoraria debentur,ut statim dixi.†Sed an pauperibus saltem teneatur gratis mederi? *communiter* concluditur, ꝙ sic,vt per Card. Alex.in c.j.83.dist.Pan.& alios,in d.c.ad aures,quia nō debet apud medicum plus ualere pecunia,quàm uita morituri,

100 c.non satis,86.dist.† Sic aduocatus tenetur gratis patrocinari ꝓ pau-

pauperibus, & doctor gratis consulere, s'm Host. & Pan. in c. j. de offi. iud. & bene probatur in c. si statutum, §. insuper, in fi. de re-script. lib. 6. nec aliter pñt saluari, qa abscondunt talentũ dñi sui, s'm Greg. sup homilia Mathæi 15. Subdit Pan. ꝙ si recusauerint mederi, uel patrocinari, iudex poterit eos cogere interdicendo sibi officium postulandi, vel medicandi, uel aliàs mulctando. se-
101 qtur Fel. in c. si pro debilitate, col. fi. de offic. dele. † Nec debent medici dedignari pauperibus succurrere, qa laudabilius est obsequi tenuioribus, q̃ turpiter seruire diuitibus. l. Archiatri. C. de profes. & medi. & ibi Io. de Pla. dicit, ꝙ cura pauperum honestissima, cura diuitum spe præmij omissis pauperibus medico turpissima est. Nam in medico nulla dēt esse acceptio personarum, sicut nec in iudice, vt in Auct. vt iudi. sine quoquo suffra. §. eos
102 quoq;. † Et si medicus salariatus de pub. non ita bene curet pauperes sicut diuites, cassari, & expelli dēt, s'm Bar. in d. l. Archiatri,
103 per illum tex. ¶ † Sed qd si infirmus non uelit, ꝙ medicus uadat ad eum, an tunc teneatur mederi inuito? Rñdent Doct. ēt medicum teneri, qa infirmus recusans auxilium medici, præsumitur furiosus, c. fi. de succes. ab intest. l. qdam in suo, ff. de cond. inst. Furenti aũt medicus, & pater filio indisciplinato tenentur medendo, ligando, cædendo succurrere, si aũt eos negligant, hmõi falsa mansuetudo crudelitas reputatur, c. ipsa pietas, 23. q. 4. & ꝓ hoc facit bonus tex. in c. j. & 2. q. 5. Bona. n. præstantur inuitis, qñ eorum consulit utilitati, non uoluntati, c. & qui emendat, 45. dist. & ita expresse determinat Spe. in tit. de salarijs, §. fi. uer. qd si in-
104 firmus prohibet, & Car. Alex. in d. c. j. † Sed pone, ꝙ medicus dubitat, an medicina sit profutura, uel nocitura, an tunc dēat propinare infirmo ipsam medicinam? Inn. & Io. de Ana. in d. c. tua nos. dicunt, ꝙ non, aliàs peccat, quia melius est hoĩem relinquere in manu creatoris, q̃ ipsum exponere dubitabili medicinæ.
105 ¶ † Sed pone, ꝙ in manibus medici moriatur infirmus, q medicus intra annum luctus ꝯxit matrimonium cum relicta ꝓ defuncto, an ex hoc suboriatur indiciũ ꝯ medicum, ꝙ insidiatus fuerit uitæ defuncti? Vr̃ ꝙ sic, ex eo, ꝙ tam repente traduxit relictã defuncti. Sicut tutor, q ante 25. ann. traducit in uxorem pupillã suã, præsumit̃ suspectus dedilapidatione, l. si patris, & l. pe. C. de interd. mri. Et ꝙ suboriatur aliqualis suspicio ꝯ medicum ꝯhentẽ mrimonium cũ uxore defuncti ēt post annũ luctus, tenet gl. in c. cõcubuisti, 32. q. 6. Ex hac tñ suspicione sola non credo medicum torqueri posse, nisi aliæ urgenitores coniecturæ ꝯcurrãt, putã si ante mortem mariti adulterabat eius uxorẽ, arg. eorũ, q no. in l. j. C. de mul. quæ prop. ser. nup. Vel si constaret, ꝙ aduersa medicamenta ægroto dederit, uel per incuriã ipsius eger mortuus fuerit, tunc præsumptio oriret̃ ꝯ medicum saltem sufficiens ad torturam, l. necessarios, §. fi. ff. ad Syl. Et ex qualitate personæ medici, & uxoris defuncti ēt coniectura probabilis sumi posset, l. non oẽs, §. a Barbaris, ff. de re mil. Sed iã de salarijs medicorum aliqua discurramus. Spec. in tit. de salarijs, §. fi. plures qõ. format,
106 nos quasdã aliàs subnectemus. † Dicit Spe. medicum nõ esse maioris authoritatis q̃ sit obstetrix, per tex. in l. fi. in prin. C. cõmu. de leg. ubi obstetrices, & medici pari æstimatione, idest 40. soli-
107 dis pro quolibet appretiantur. † Et sic sentit Spe. ꝙ non est dandũ medico maius salarium quàm uni obstetrici, qd ēt sensit glo. in c. non sine, 14. q. 5. & Fel. in d. c. tua nos, & ur̃ probari in d. l. fi. Nam si est tanti ualoris serua obstetrix, q̃ti seruus medicus, non ur̃ ꝙ plus lucret medicus, q̃ obstetrix, alias pluris æstimaretur, l.
108 si quid uenditor, ff. de Aedil. edi. Sed nunq̃ istud crederem: tṽn puto, ꝙ tex. ille sanè sit intelligendus, uidelicet, ꝙ loquat̃ de medico seruo, q unã morbi spẽm tantũ nouit curare, ut sunt auricularij, dentarij, & similes, q ēt medici noĩantur. l. j. ff. de uar. & extraord. cogn. & s̃. dixi. ibi bene equiparantur obstetricibus, quæ puer perijs tm̃ uacant. Sed Physici, q norunt oĩum ægritudinũ
109 cãs, & remedia, absit, ꝙ eos pares esse obstetricib. dicamus, † nã si liberi sint æquiparant̃ professoribus liberalium artium, maximè quantum ad salaria, ut dr̃ in d. l. j. §. j. & eadem gaudēt immu
110 nitate, qua legum Doctores, l. medicos, C. de profe. & medi. † Et medicus Papæ, uel Imperatoris æquiparantur Duci, s'm Bar. in l.
111 j. C. d com. & Arch. sacri pala. † Et si eiusdem dignitatis esset obstetrix, sequeretur, ꝙ obstetrix Reginæ esset adæquata Ducissæ,
112 qd nullibi legit̃. ¶ Scdõ † quæro, an medicus salariatus de publico possit ab infirmis aliqd recipere? Rñ rñdendũ est, ꝙ non, ꝓ tex. in l. Archiatri, & ibi no. Bar. C. de profe. & medic. & idem dicunt
113 Inn. Pan. & alij, in c. j. de post. † Sed dubitatur, an possint recipere a spontè dantibus? Ang. & Ioan. de Plat. in d. l. Archiatri, respondent spontè oblata licitè recipi, & idem sentit Lucas de Pẽna, dum exponit uerba illius tex. q sani sunt. s. circa ægrotos, sequ tur Io. de Ana. in c. tua nos, de homic. ¶ Contrariũ tenet Fel. in d. c. tua nos per ea, quæ scribit Bar. in l. inuitus, §. fi. ff. de regu. iu. ubi tenet, ꝙ si Notarius salariatus de publico prohibeatur ex forma statuti pro scripturis aliquid recipere, non ēt poterit aliquid recipere a spontè dantibus. Sed ista deci. nihil obstat, qa ꝓcedit qñ Notarius expresse prohibet qcq̃ recipere, nos loqmur in casu, quo medicus fuit simpliciter salariatus, & tunc q̃rimus, an possit salarium recipere ab infirmis. Vnde fateor, ꝙ si ex conuentione medicus esset prohibitus aliquid recipere, ꝙ etiã a spõtè dantibus non dēret accipere, qd etiam uoluit Io. de Pla. in d. l. Archiatri. Mouetur ēt Fel. qa infirmi, & eorum consanguinei erubescunt nihil offerendo, unde si liceret recipere oblata, de facili induceretur consuetudo dandi, & recipiendi. Ista rõ ēt concludit stante prohibitione, sed ubi nulla est prohibitio, nihil est, qd proponatur quare consuetudo spontè dandi induci nõ pos-
114 sit. † Plus dicerem, ꝙ stante conuentione de nõ recipiendo qcq̃, nihilominus medicus post restitutam sanitatem infirmo pote-
115 rit recipere spontè oblata, † sicut is q mutuauit gratis post dissolutum mutuum, licitè suscipit, qd sibi spontè offertur, s'm glo. in
116 c. consuluit, de usuris. † Sicut ēt Notarius epi, q nihil debet exigere pro instrumentis ordinum collatorum, c. j. de simo. tñ post reddita instrumenta licitè ea recipit, quæ ordinati sponte offerunt, qa non ex ambientis petitione processit oblo, c. sicut epm
117 j. q. 2. † Sic ēt iudex post latam sñiam licite recipit, qd sibi liberaliter offertur, s'm Gem. in c. statutum, §. insuper, de rescrip. lib. 6.
118 ¶ † Et ista notanda sunt ad Aduocatum salariatum de publico, ut non possit recipere qcq̃ a particularibus litigantibus, s'm Ange. & Io. de Pla. in d. l. archiatri. Qd̃ uerum est, si sit de publico salariatus tam pro causis cõitatis, quã singularium ꝑsonarum, se-
119 cus si pro causis cõitatis tm̃. ¶ † Sed iterum dubitatur, an medicus salariatus de publico, & prohibitus aliquid recipere, possit q a sanis offeruntur acceptare? Inn. & Card. in d. c. j. de postu. dñt a sanis oblata licite recipi per tex. in d. l. archiatri, & qa ꝓ sanis
120 non est salariatus de publ. ¶ † Non. n. sanis opus est medico, sed male se habentibus, c. multi. 2. q. j. Sed tu considera, qua ex cã sani offerant, nã si pro conseruãda sanitate hoc faciunt, decis. ista de plano procedit, sed si offerant pro infirmitatibus futuris, tũc stante prohibitione, ꝙ aliquid non recipiant pro curis ęgritudinum, uideret̃, ꝙ ēt a sanis non sit quicquã accipiendũ, qa uiolat̃ finis, & cã prohibitionis, qui finis regulat actus agendi, l. uerum, de fur. & qa prohibito uno, censentur oĩa prohibita, per quæ ꝑ uenitur ad illud, l. orõ. ff. de spon. nec una uia concedi debet, qd
121 alia uia prohibitum est, c. cũ qd una uia, de reg. iu. ¶ † Et no. ꝙ sanus male facit viuendo medicinaliter, s'm Inn. Car. & Io. And. in d. c. tua nos, quia omnia sana sanis, & quã plura insana ægrotis.
122 † Non tamen male faciunt sani, si 23. die Febr. faciant sibi sanguinem minui, qa s'm Io. And. post Vincen. non possunt postea mori illo anno ex febrili distemperatione, dicentem ab Angelo hoc fecisse reuelatum. sed d. An. & Pan. in c. cum ad monasteriũ, de statu reg. dicunt istud non indigenti non expedire, qa ex diminutione sanguinis diminuitur uita hoĩs, s'm traditiones peritorum. Et sicut medicus salariatus de publ. põt a sanis oblata recipere, ita aduocatus stipendiatus a Cõitate poterit a non litigã
123 tibus oblata munera acceptare, s'm Host. & Card. in d. c. j. † Tertiò quero, medicus conductus fuit a Cõitate pro certo annuo salario usque ad tres annos, finito conductionis tpe perseuerauit in curando infirmos in omnibus, & ꝑ oĩa prout tenebatur virtute præcedentis conductionis. Nunc dubitatur, an censeatur renouata locatio, & conductio, ita, ꝙ sibi competat actio ꝯ Cõitatem, an uerò teneatur agere ꝯ eos, quos curauit? ¶ Videtur, ꝙ ꝯ Cõitatem nulla competat actio medico. Non. n. ex parte Cõitatis põt dici renouata locatio, quia sola patientia non implet ꝯctum locationis, sed requiritur aliud, ut declarat Bar. in l. itẽ quęritur, §. q impleto, ff. loca. & l. si mora, ad fi. ff. sol. matr. Plus dixit Bar. in d. §. qui impleto, ꝙ si conductor prædiorum ipsius Cõitatis finita locatione perseuerauerit in tenuta, non tamen censet̃ renouata locatio, nisi probetur, ꝙ illi, qui habebant ꝑtãtẽ locãdi, sciuerint, & passi fuerint quantomagis idem dicendum ur̃ in casu nostro, in quo ēt ꝙ hñtes potestatem conducendi medicũ sciuerint, & passi fuerint: tñ medicus non ur̃ perseuerasse in aliquo actu conductionis quantũ ad Cõitatem, quia aliud singuli, aliud uniuersi, l. sed si hac, §. q manumittitur, ff. de in ius uocã. Contrarium determinat Soc. consi. 196. Circa præsentem, lib. 2. Mouetur primò, qa ægroti pro eorum curis non soluentes, nisi quæ prius durante locatione soluebant, non tm̃ ex patiẽtia, sed etiam ex actu positiuo solutionis consensisse uñr, ergo renouata erit locatio. Sed parcat mihi, istud nihil est, qa licet ægroti fecerint actum positiuum, per quem unã cum patientia renouata esset conductio, si ꝑtãtem conducendi habuisset, tñ cum ipsi nõ habeant ꝑtãtem ullam medicum cõducendi noĩe Cõitatis, nullo modo dici põt renouata conductio s'm Bar. in d. §. qui imple
124 to. † Secundò mouetur, qa medico debetur salarium ēt si cõuentum non sit, l. j. §. j. ff. de uar. & extraor. cog. traditur per Bal. in l. j. C. mandati. Istud concedo, sed dico, ꝙ debetur ab eis, quos curauit, c. non sine, 14. q. 5. & d. §. j. unde a particularibus debetur, non ab uniuersitate. Tertiò mouetur, quia s'm Bar. in d. §. q impleto, licet locator operarum non possit agere uirtute tacitæ reconductionis, quia sola patientia non implet ꝯctum, saltem potest agere actione neg. gest. Sed non aduertit Soc. ꝙ Bar. loquit̃, quando locator præstitit operas ad utilitatem primi conductoris principaliter, tunc qa eius negotia principaliter gessit, ꝯ eũ competit actio neg. gest. in casu autem nostro medicus principaliter

paliter gessit negotia eorum,quos curauit.Nec dici potest,ꝙ in aliquo gessit negotia uniuersitatis principaliter, qa aliud singu li,aliud uniuersi. ¶ Vltimo mouetur, qa saltem ex equitate sibi competit actio,l.si me & Titium, ff. si cer. pet.Sed uerum diceret,sit medico actio non competeret ꝯ eos,quos curauit, sed cũ habeat ꝯ eos actiones saluas,d.§.j.cessat æquitas, d.l.si me & Titium.cuius remedium est subsidiarium,ut ibi no.Verior ergo videtur ꝯria opi.nisi medicus probet, ꝙ regẽtes habentes potestatem reconducendi ipsum, sciuerint eum mederi,ut prius,& pas
125 si fuerint,tunc fortè ex æquitate defendi posset opi.Soc.† Quartò quæro,si medicus non sit salariatus de pub. quo casu merces sibi debetur ab infirmo, an tunc sibi debeat solui in prin. an in medio,an in fi.curæ?Medici dicunt a prin. sibi esse satisfaciendum.Dicit.n.Roff. quòd ita cantat medicinæ aphorismus,

Dum dolet infirmus, medicus sit pignore firmus.

126 Et dicit Io.de Deo lib.j.Cauil.ut refert Io. And.† dum dolor est
127 accipe, qa passato lo punto,gabbato è lo santo.¶† Aegroti aũt dñt satisfacere uelle in fine, qa consueuerunt medici expleto salario infirmum derelinquere.l.Thais,§.Lucius,ff.de fideic.libe. Et ꝙ in fi.soluendum sit salarium medico,tenẽt Inn.Car.d.An. & alij *communiter* in c.pp,de loca.& Spe. ti.de salarijs,§.nunc aũt de procuratorum.uer.fi.& ita ẽt concludit d. Ias.in l. diem functo,col.3.de offi.asses.ꝑ tex.in d.l.Archiatri,& qđ ibi no.Bar.Sed ille tex.nihil facit, qa loqtur, qñ medicus est salariatus de publ. tũc uerum est,ꝙ durante infirmitate nihil põt recipere, sed nos loqmur in medico non salariato de publico. Vñ recurrerem ad ꝯsuetudinem,qua cessante distinguerem, ut in aduocatis distinguerem,ut in aduocatis distinguit Bar.in d.l.j.§. diuus,ff.de var.
128 & extraor.cog.† Valet.n. argm̃ de aduocatis ad medicos,qa aduocati dñt medici aĩarum,s̃m gl.in c.cæterum.& ibi Pa.de iuramen.calum.& ubique de medico corporum ad medicum aĩarũ & eꝯ arguunt canones,ut patet ex his, quæ dixi,& quæ j.subij-
129 ciam. † Quintò quæro,an medico forensi,cui constitutum fuit certum diurnum salarium, debeat salarium pro eo tpe,quo stetit in itinere?Rñ dicendum est,ꝙ sic,ut est tex.ad hoc sing.in l. ꝙ nisi,c.ex prouincia,ff.de ope.liber.quem ibi ad hoc inducit Bar. & reputat sing.Lud.sing.386.qđ incipit,Medico existenti.& sequit Io.de Ana.in d.c.tua nos.& ibidem uoluit gl.in l.desertorẽ, §.si ad diem,ff.de re mil.& idem in aduocato dixit Bal.in l.j.C.de
130 suffra.& Fel.in c.j.ad fi.de lib.obla. ¶† Sed qđ si medicus,uel aduocatus a domo discedat hora iam tarda, an conseq debeat salarium pro integro die?Bal.in l.liberti,col.3. C.de ope. li.tenet,ꝙ non,per tex.in l.2.ff.de annu.leg. ¶Contrarium tenuit Bart. in l. de diuisione,in fi.formans qõ.in ambasiatore, ff.sol.mri.per tex. in l.3.ff.de uerb.sig.& cum Bar.transeunt Imo.Are.& d.Ias.ibi sequtur Mar.Lau.in tract.de leg.Prin.uer.15.Sed opi.Bal. sequitur Lud.Ro.& fuit ẽt opi.Dy.q̃ æquior uĩ, & possem hic instare circa intellectum d.l.3.& circa intellectũ d.l.2.sed modum eorum,
131 qui tractatus faciunt,excederem,si circa talia immorarer.† Sed quid si occurrat dies feriata in honorem Dei,an pro ea die medicus possit salarium petere? Vr̃ ꝙ sic, qa concessum est medico mederi ẽt die Dñico,ut hr̃ lo.7.c.& expresse per d.Iac.Aluaro.in prælu.feu.col.2.Obseruatio.n.festorum non impedit ea,q̃ ordinãtur ad hois salutẽ ẽt corporalẽ, s̃m B.Tho.q.41.art.fi. Si ergo opus medendi licitum est,cur & licita non erit perceptio mercedis,q̃ dẽtur pp operas sicut ruriculis,qui festis diebus instãte necessitate intendunt agriculturę,uĩ debita merces,c.licet,de feri.
132 ¶ In ꝯrium facit,† qa oĩs Chr̃i actio , nostra dẽt esse instructio, l. & hoc Tyberius,ff.de hęre.inst.c.significasti,de ele.Sed Christus uerus medicus gratis curabat sabbato,ergo idem faciant medici.Ego putarem, ꝙ medicus non possit petere salarium pro ea die:qa petẽdo, tacitè asserit pp præmiũ fecisse die festo opus seruile,qđ facere non licet,ut br̃ Leuiti. 23. Opus seruile sabbato
133 ne feceris.† Sic Doctor Iurista non licitè petit honorarium pro consilio,qđ fecit diebus festis,qa studere,& cõsulere pp lucrum diebus festis, opus est seruile,s̃m Host.Car.dñm An.Pan.& alios in c.j.de fer.& Aluaro.in prælu.feud. Sed si sponte sibi offerat,licitè recipit,qa multa honestè capiunt,q̃ inhoneste petuntur,l.j. §.proinde, ff.de uar. & extraord.cog.Et qa si quis principaliter pp bonum finem operet diebus festis,non peccat,ẽt ꝙ accessoriè,& in consequentiã cõsequat lucrũ.c.fi.de magist.s̃m Pan.in d.c.j. Sanctificent ergo Doctores , & medici festa Dei cũ animi ueneratione:ea aũt sanctificabimus, si Deo uacabimus, c.ieiunia,de consecra.dist.3.Deo aũt uacabimus,si ægrotis sanũ remediũ, & quærentibus iustũ consiliũ ad gloriã Altissimi dabimus.
134 ¶† Sed pone, ꝙ medicus usus sit fœlici diplomate, qa uenit ad infirmum in uno die, & s̃m distãtiã debebat morari ꝑ dies tres, quia distabat miliaribus sexaginta,l.3.ff.de uerb.signi,c.cupientes,§.qđ si per uiginti , de electio. li.6.an tunc debeat hr̃e salariũ trium dierum,uel unius tm̃? Vr̃, ꝙ pro uno die tm̃,quia salariũ tpe commensuratum fuit,ergo ultra tp̃s non debet, l.Seio,ff.de annu.leg.per quẽ tex.dixit Bal.in l.Lucius, §.a te peto,ff.de leg. 2.ꝙ si Princeps dederit salarium ambasiatori pro uno mense,& ipse reuersus fuerit in tribus hebdomadis , ꝙ tenebit restituere quartam partem,seqtur Mart. Laud.in tract.de leg.Principum, uer.15.Contrariũ,ꝙ debeat hr̃e salariũ trium dierum, tenet expresse gl.in l.eos, §.fi.ff.de fal.seqtur Imo.in l. cõtinuus,§.cũ ita ff.de uer.ob.& ibi ẽt Are.& d. Alex.in d.l.de diuisione,in princ. Alb.de Ros.in d. §. a te peto.ubi distinguendo cõcordat opiniones.Aut rõne laboris fuit ꝯstitutũ salariũ ad numerum dierũ,& tunc qa medicus itinerando tm̃ laborauit uno die, q̃tum fecisset alius trib.diebus , ẽt triũ dierũ salarium ꝯsequi,dẽt. Aut fuit ꝯstitutũ certũ pretium rõne expensarũ faciendarũ singulo die ꝑ medicum,vel ambasiatorẽ, & tunc ꝑ uno die tm̃ cõsequitur salarium ꝗuẽtũ: pro qua distinctione allegat tex.in l.ante p.§.cũ inter,ff.mand. Aut fuit ꝯstitutum salariũ ad ratam mẽsis vnius, & tunc si infirmus citius liberatur, non habebit salariũ, nisi ad
135 ratam tpis,& ita procedant no.in d. §.a te peto.¶ Vlterius† dubitatur , qd si medicus in itinere infirmet, an debeat hr̃e salariũ pro tanto tpe,quo domum reuerti possit? Bar.Alb.Ang.& *communiter* Doct.in l.si cui,§.tandiu, ꝑ illum tex.determinant,ꝙ sic. ad idem facit tex.in l.fi.§.pe.ff.ad legem Rhodiã de iact. nam seruire dr̃ medicus,ẽt eo tpe quo stetit infirmus,l. cum heres,§.Sti-
136 chus,ff.de statulibe.& ibi Alb.no. ¶† Quid autem si equus ꝯductus a medico sibi derobet in itinere,an sibi ad pretium competat actio ꝯ infirmum? Fel.in c.j.de libel.obla.rñdet,ꝙ non,alleg. Bal.in l.nihil, ff.de rei uend.quẽ non reperi istud dicere. Sed qđ
137 † si medicus recipit salarium pro curanda podagra alicuius,qui paulo post fuit occisus,an teneatur restituere salariũ? Br̃, casus est decisus, ꝙ non,in l.pe.C.de ꝯdi.ob cau. de quo dic,ut ibi per Doct.& per Bar.& alios,in l.si uno, §.item cum quidam,ff.loc.In
138 super † quæro, medicus cũ infirmo conuenit de certa mercede sibi præstanda post liberationem , uel cõuenit,cũ Republica curare infirmos tpe pestis:liberat infirmus,sed illico recidiuat,uel cessat pestis per aliquos dies,sed breui reuertitur,dubitat,an medicus pro eodẽmet salario teneat iterum curare ? Vr̃ ꝙ non , qa obĩo secuta liberatione fuit extincta , ergo amplius non potuit reuiuiscere;l.q res,§.aream,ff.de sol.In ꝯrium facit,qa non dr̃ infirmitas discessisse,quæ citò rediit,l.diuortiũ, ff. de diuor, regist.
139 de pœn.dist.j.c.diuortium.† Istam q.format Spe.tit.de salarijs,§. fi.& determinat,ꝙ si incontinẽti recidiuauit,uel reuersa est pestis,ꝙ iterum pro eo.salario teneat curã suscipere,qa non dr̃ libe
140 beratus,q incontinenti recidiuat.† Et sic uult Spe.ꝙ recidiuans incontinenti præsumatur ex cã, & radice ꝑcedẽtis infirmitatis recidiuasse,qđ ẽt uoluit Bar.in l.Martius,ꝑ illum tex.ff.loca.Et ibi ẽt gl.quæ vult,ꝙ si podagra, a qua medicus promiserat patiẽtem liberare,breui reuertat,cõpetit infirmo actio ex conducto, qa medicus non extinxit angustias infirmitatis, sed eas cessare fecit tm̃,arg.l.q tertiana,aut quartana febre, ff.de Aedi,edic.Et dicit ibi Pau.de Cast.ꝙ podagra breui reuersa p̃sumitur processisse ex primis humoribus,si ex interuallo, p̃sumitur ex nouis,& ex mala custodia prouenisse.Idẽ decidit Io.And.in reg. ꝯctus,de reg.iur.Idem tenet Io.de Imo. & Ale.in l.si ita stipularus essem abs te,ff.de uerb.ob.idem cõcludit Fel.in d.c.tua nos,de hom.& fuit de mente glo.in c.adhuc instat, in uer.centies,de pœ.dist.3. Pro qua dist.bene facit,qđ decidit Io.And.in add.Spe.tit.de em-
141 ptio.& uen.§.sciendũ,uer.de illo. ubi decidit,ꝙ† si equus intra triduũ moriatur,præsumitur,ꝙ tpe uenditionis , uel locationis morbosus esset:secus si ex interuallo longo.sequitur Imo.Ale. & *communiter* scrib.in l.si qs cum aliter,ff.de uer.obli.de quo per Bal.in l.2.in 2.q.C.de resc.uend.† Sir̃ si uulneratus intra modi-
142 cum tp̃s moriatur, p̃sumitur mortuus ex vulnere: secus si decedat longo interuallo post,s̃m glo.in l.j.C.de emend.seru.q̃ dixit sing.d.Ias.in l.lecta,col. 14.ff.si cer.pet.Sed est gl.consocia in c.2. ꝑ illum tex.de cle.percus.& ibi Pan. dicit istud ultimum esse uerum , si is q ex interuallo occubuit, uisus fuerit aliqñ a uulnere conualuisse,secus si sp vulneratus in deterius processit,& tandẽ mortuus est,de quo standum est iudicio medicorũ, s̃m Bar.in l. fi.ff.de sica.Alex.cons.148.excellentissime dñe,li.2. Anc.ꝯs.48 9. in casu præmisso,Cęp.cõs.28. & cõs. 62.per totũ. & cõs.41.col.5. & plenius ꝑ Fel.in c.præsbyterũ, de hom.ubi post Sal.in d.l.j.optimè distinguit. Prędicta uera sunt,nisi cõstaret,ꝙ culpa ipsius ægroti recidiuasset,per tex.in d.l.maritus. ubi promissor non tenet reædificare opus,ꝙ cõstat terremotu,& non uitio operis,de-
143 structũ fuisse. Idem dñt Doc.de equo† mortuo incõtinenti post emptionem, ut non teneat uenditor, si cõstet mortuum fuisse, qa comedit herbas uenenosas,uel qa nimia itineratione oppressus fuit,s̃m d. Ale.in d.l.si qs cum afr.Et iõ si infirmus iam liberatus indulserit appetitui nimiũ comedendo , uel bibendo, nõ teneretur medicus mederi,nisi sibi nouum cõstituat salariũ.Quia
144 ex† crapula solent oĩa morborũ gñã prouenire, & ex ea p̃sumit liberatũ recidiuasse,c. ne tales, de cõse.dist. 5.ubi Hie.all.Hip.in aphorismis,& Galenũ Hypp.interpte doctil.q ait Athletas,quorũ uita,& ars sagina est, non posse diu uiuere nec sanos esse,nisi gulæ impatiẽtiæ remediũ afferant, & qđ turpiter ingesserãt,turpius eijciant.Et dr̃ ecclesia.c.27.in fi.pp crapu.& plurimos uitã cũ mor.cõmutasse abstinẽtes aũt elõgasse uitã.& s̃m Hie.ad Ru
145 sticũ,multæ ex deliciarũ epulis molestiæ gñantur.† Itẽ fortè dicendum

cendum esset, si infirmus post recuperatã sanitatem illico ad vomitum reuersus esset, putà ad usur. ꝯcubinatũ, uel blasphemias: nam præsumendum esset, ꝙ ꝑꝑ eius scelera recidiuauerit, non culpa medici, ar. c. q̃ris, de cõsec. dist. 4. & eorũ, q̃ dixi s̃. in 3. ꝑpãli 2. partis prin. uer. aduerte tñ. Sed dubitat̃, qñ dicat̃ incõtinẽti infirmitatem redijsse, vel ex interuallo? Br̃, non põt dari certa doctrina, ergo arbitrio iudicis relinquẽdũ, l. j. ff. de iu. deli. l. si ita qs §. Seia, ff. de uerb. ob. c. de causis, de of. dele. vbi multa ad hoc reduxi, & ita in proposita nr̃o dixit Pan. in c. 2. de cler. ꝑcusso. Et dicit d. Alex. in d. l. si ita stipulatus essem abs te, in fi. ꝙ iudex se a peritis informabit. Pestis aũt, si intra quadraginta dies resurgat, p̃-
146 sumit̃ ex cã ueteri renouata, ita vulgo circumfert̃, † & ab experiẽtia edocti sumus. Sed qa chirurgi, & medici deputati tp̄e pestis ad curãdos ægros certi de salario desides sunt, & nisi noua salaria offerant̃, infirmi deserunt̃, & hac de cã differt̃ contagio, &
147 plures moriunt̃, q sanarent̃, utilius † esse puto cõstituere salariũ medicis ꝑ numero eorũ, q curant̃ ab eis, & dare maius salariũ ꝑ eo q liberat̃ q̃ pro eo q moritur, putà ꝑ quolibet liberato aureũ ꝑ quolibet mortuo florenum. Sic (ut intelligo) fecerunt Aurea censes, & bñ sibi ꝓfuit, qa citò euaserũt hãc calamitatẽ, & pestiferatorum amplus numerus euasit. Insatiabilis .n. cupido auri urget medicos ad liberãdum q̃tũ in eis est, cũ uideant maius p̄miũ sibi pręparatum pro liberõne, q̃ pro morte, l. j. C. qb. ex ca.
148 ser. ꝑ p̄m. lib. accip. Ad oĩa .n. † miseros mortales cogit auri sacra
149 fames, l. si quemq̃, C. de epi. & cle. & † Respublica si sibi uidebitur, poterit soluta repetere ab his, saltem qui liberati sunt, actione neg. gest. l. Pomponius, ff. de neg. gest.

SVMMARIVM.

1 *Remedium optimum, & efficacissimum contra pestem.*
2 *Aqua uiua proficiens tempore pestis.*
3 *Charitas quid sit.*
4 *Aqua uiua proficiens pestis tempore, ubinam locorum inueniri debeat.*
5 *Aquam uiuam bibere quid sit, & quid degustare. nu. 6.*
7 *Lachrimarum uirtus quanta sit.*
8 *Indefinita æquipollet uniuersali.*
9 *Lachrimarum plura sunt genera, & nu. seq.*
10 *Lachrimę unius, an & quando ualeant ad salutem alterius.*
11 *Lachrimę pœnitentiæ, quæ dicantur.*
12 *Lachrimari non ualenti, an supersit locus ad pęnitentiam.*
13 *Lachrimæ quot sint necessariæ ad bene diluenda peccata, & nu. 14.*
15 *Pęnitentia, quam sequens culpa coinquinat, est inanis.*
16 *Pestis, apostema, seu bozula, qualiter ueniat curanda, & quomodo spiritualiter intelligi debeat.*
17 *Conuersio unde dicatur.*
19 *Paßionis domini nostri Iesu Christi frequens memoria, omnia quantumlibet dura, & aspera, æquo animo tolerare facit.*
20 *Oleum salutis, & uirtutis herba ad pestem sanandam necessaria, quæ nã sint. & nu. 148. & 149.*
Et apud quem medicum quæri debeat. nu. 21.
Et quomodo uniri, & misceri debeant, ut incorporentur. nu. 150.
22 *Sacerdos unde sic dicatur. Et ibi, quare confeßio sacramentalis fuerit inuẽta.*
23 *Peccator dum peccat, tres personas offendit.*
24 *Confeßio est ad animæ salutem necessaria, & est de iure positiuo.*
25 *Officia quæ sint.*
26 *Sacerdotum authoritas ex ipsorum numero uilescit.*
27 *Confeßio est sacramentorum unum de quinque necessarijs ad animæ salutem.*
28 *Papa dicitur episcoporum caput. Et Papa, & episcopi sacramentalia, quæ sunt honoris, sibi retinuerunt. Sacerdotibus autem ea, quæ sunt oneris, communia esse uoluerunt.*
29 *Prælati ecclesiæ pauperum bona deuorant, sic sacerdotes pauperrimi populi peccata comedunt, & nu. 135.*
30 *Pręlati pęnam prælaturæ poss. se fuisse adeptos, seque pręlatos esse minimè credunt, nisi latum uentrem populo, inflatasque genas ostentent.*
31 *Sacerdos quilibet, an & quando poßit pęnitentem absoluere.*
32 *Sacerdos proprius quis dicatur.*
33 *Papa est omnium prælatorum, & sacerdotum diœcesanus.*
34 *Minores, & prędicatores habent ex priuilegio potestatem confeßiones audiendi, & absoluendi. Et an & quando cuilibet pęnitenti liceat absque proprij sacerdotis licentia recurrere ad ipsos fratres prædica. & Minores. nu. 35.*
36 *Confessorem eligendi potestatem habentes, an debeant id suo ordinario denunciare. & ab eo confirmationem obtinere.*
Et an poßint eligere sacerdotem curam animarum non habentem. nu. 42.
37 *Consuetudo, quod quis poßit eligere confessorem, an ualeat.*
38 *Confeßiones audiendi, & absoluendi priuilegium habentes, an & quando habeant potestatem absoluendi in casibus superiori reseruatis. & nu. 40.*
39 *Casus Episcopo reseruati qui sint.*
41 *Pęnitentiarij Papæ, an & quando poßint absoluere pęnitentem in casibus reseruatis.*
43 *Confessus semel in anno proprio sacerdoti, an poßit deinceps sine eius licentia alieno sacerdoti confiteri.*
44 *Laicus in foro pęnitentiali non potest sui iudicis iurisdictionem sine eius licẽtia prorogare.*
45 *Confessus, puro laico, quem credebat esse sacerdotem, an in foro animæ censeatur esse confessus, & absolutus.*
Et an habita notitia erroris teneatur confeßionem reiterare. nu. 46.
47 *Confiteri an teneatur quis sacerdoti, in cuius parochia deliquit, an sacerdoti, in parochia cuius habitat. & nu. 48.*
49 *Confeßiones parochianorum suorum audire, & eos absoluere, an & quando poßit proprius sacerdos extra suam parochiam. & nu. 53.*
Et an, & quando idem poßit facere eius Vicarius. nu. 50.
51 *Vicarius Episcopi, an poßit extra suam diœcesim beneficia conferre.*
52 *Notarius Regius, an poßit extra regnum instrumenta conficere.*
54 *Confessorem cuius uitæ, & morum esse oporteat.*
55 *Confiteri an quis debeat sacerdoti, quem scit eße uirum facinorosum, & malę uitę. & nu. 56.*
57 *Confessor existens in peccato mortali, nisi ipsum pęniteat, an mortaliter peccet pęnitentem absoluendo. & nu. 58.*
Sacerdotem suum, quem quis scit esse in peccato mortali, ad sacramenta ministranda inducens, mortaliter peccat.
59 *Confitens consocio criminis, ut citius absoluatur, an ueniat dicendus plenè absolutus.*
60 *Missam audire, an debeat quis a sacerdote, quem scit esse in peccato mortali.*
61 *Confeßio ad hoc, ut uera & idonea confeßio dici poßit, quot & quas qualitates habere debet. Et ut confeßio sit simplex, quæ sint necessaria. num. 62. & seq. usque ad nu. 70.*
62 *Confeßio debet esse clara, & non ambigua, idest sine inuolucro, & plica uerb. & num. seq.*
63 *Hypochrita quis dicatur.*
64 *Testis depositio si sit obscura, non releuat producentem.*
65 *Testis ambiguè deponens non probat.*
68 *Testis morose, & cum difficultate respondens, habetur suspectus de falso.*
71 *Confeßio, ut sit humilis, quę requirantur. nu. 72. & seq.*
73 *Confeßio, an & quando fieri debeat genuflexo. & capite discooperto.*
74 *Confeßio pura dicitur, quæ fit sine dolo.*
75 *Confeßio fidelis dicitur, ubi pœnitens in Dei misericordia confidit.*
76 *Confeßio frequens quę dicatur.*
77 *Confeßio quibus casibus sit reiteranda.*
78 *Confeßio discreta quę dicatur.*
Et ibi, qui teneantur confiteri, & nu. 80.
79 *Confitens se, & non alios etiam criminis socios, accusare debet.*
81 *Confeßio libens quæ sit.*
82 *Voluntas licite coacta, uoluntas dicitur.*
83 *Meriti, & demeriti par ratio non est.*
84 *Voluntas non dicitur, nisi ad bonum, aliàs, hoc est si ad malum declinet, concupiscentia dicitur.*
85 *Verecundia in confeßione signum est contritionis, & pœnitentię.*
86 *Verecundia in adolescente, optimam spem pollicetur.*
87 *Verecundia ex delicto proueniens magnam pęnam causat.*
88 *Confiteri an poßit quis per personam interpositam, uel per scriptum.*
89 *Mutus qualiter confiteri debeat.*
90 *Confiteri, an poßit per interpretem, qui idiomatis est ignarus.*
91 *Confeßio integra quomodo diffiniatur. & nu. 95.*
92 *Confitenda, an & quando sint uenialia peccata.*
Et suffragio, uel medio quarum rerum deleantur peccata uenialia. nu. 93.
94 *Venialium peccatorum genera quot sint.*
96 *Confiteri, an debeant peccata confessori nota.*
97 *Confitens, qui in confeßione subticuit unum delictum, an & quando teneatur denuo confeßionem iterare.*
98 *Confitens palam peccata sua, nisi causa subsistat, fatuus reputatur.*
99 *Confessor, an & quando poßit pęnitentis confeßionem reuelare. & nu. seq. usque ad num. 115.*
Et ibidem, quibus pœnis sit plectendus confeßionem reuelans absque causa legitima. Et quid de confessore laico, an poßit impune confeßionem sibi factã reuelare, & nu. 116. 117. & 118.
100 *Confessor nihil scit de confeßione sibi facta, ut homo.*
Et ideo productus in testem, ut confeßionem reuelet, licet adstringatur iuramento, nihilominus dicere potest se nihil scire. & nu. 117.
103 *Confessor quò ad actum confitendi, est maioris dignitatis, quam Papa non confessore.*
105 *Confeßionem casu audiens, uel scienter post parietem asscultans, si contra confitentem deponat, an ualeat eius depositio.*
106 *Sacerdos tanquam persona publica potest pro absente restitutionem usurarũ stipulari. Hoc tamen intelligendum uidetur procedere, ubi sacerdos extra pęnitentiam stipulatur, uel quando aliquis in pęnitentia confitetur peccatum notorium, & promittit sacerdoti pro absente stipulanti illi satisfacere.*
107 *Confessori testificanti de his, quæ sibi dicta fuerunt in confeßione seu pęnitentia, licet latè loquendo non sit fides adhibenda, fallit tamen in casu notorio, & in causa matrimoniali. item ubi pęnitentis qui delictum confessus fuit, consensus accedit.*
109 *Sacerdoti asserenti se licentiam habuisse a confitente, ut peccatum aliqđ, quod confessus fuit, reuelet, an credendum sit, si id postea a confitente negetur.*
111 *Sacerdoti neganti se audiuisse relata in confeßione, an & quando credendum sit.*
113 *Sacerdoti dicenti se audiuisse extra confeßionem, quare potius credatur quã pęnitenti deponenti se dixisse in confeßione.*
118 *Laicus, cui sub cõfeßionis sigillo amicus propalauit penes se habere nonnulla bona ad se spectantia uigore cuiusdam apochæ manu eius, cuius bona erant, scriptę,*

scriptæ, an debeat huiusmodi confessionem reuelare, si eius cuius bona erãt, hæredi ab intestato publicari fecerunt monitorium generale ad ipsorum instantiam super huiusmodi detentatione, & contra scientes, & num. 119. 120. & 121.

319 *Veritatem tacens, falsum committere dicitur. & nu. 128.*

320 *Confessionis, & secreti commissi sigillum, in quo differant.*

322 *Monitoria generalia contra detinentes, & de præmissis ueram notitiam habẽtes, de quibus intelligere censeatur. & nu. 123. 124. 126. & seq.*

325 *Tacens quod probare non potest, boni uiri officium explet.*

327 *Tacens proditionem, quam scit contra Principem fiendam, & quam probare non potest, an incidat in pœnam l. quisquis, C. ad legem Iul. maiest.*

329 *Confiteri sæpe quam sit salutiferum, licet de necessitate quis non adstringatur statuto, nisi semel in anno confiteri, nu. 130.*

331 *Confessio fortis quæ dicatur.*
Et quæ accusans. nu. 132.
Et quæ parere parata. nu. 133.

334 *Sacerdos habet a lege arbitrium iniungendi pœnitentias.*

335 *Peccata populi comedere quid sit.*

336 *Sacerdos iniquè arbitrans, uel sine causa dispensans, an faciat pœnitentiam tantum quo ad Deum?*
Et an poterit ad arbitrium reuocare pœnitentiam per errorem impositam, & aliam imponere. nu. 141. & seq.

337 *Sacerdos in pœnitentia imponenda debet esse cautus, debetque confitentium qualitates diligenter examinare, ut quàm uerisimiliter sustinere possunt, pœnitentiam iniungat, & nu. seq.*

344 *Sacerdos, an possit cautionem exigere a pœnitente de adimplendo pœnitentiam & num. seq.*

345 *Sacerdos ubi de imponenda pœnitentia agitur, non potest ut suspectus a confitente recusari.*
Et idem de inquisitoribus, quando agitur de imponenda pœnitentia pro peccatis. num. 146.

351 *Ieiunij uirtus quodammodo ineffabilis, & laus.*

352 *Mortem assiduè meditari, est summe philosophari.*

SEd quia usu uidemus, medicos & medicorum sciam, huic morbo cedere, & qa in pluribus diximus hoĩum scelera pestilẽtię cãm eẽ, cui cãę occurrere nõ est medicorũ, idcirco statui unum certũ, uerũ, ꝓbatũ, & indubitatũ remediũ paucis edocere, & inde libellũ nr̃m ↄcludere. Reci-
1 pe ergo syrupũ aquæ uiuæ,† quẽ bibas, deinde recipe lachrymarũ unciã unã, & apostema siue bozulã laua, quã dilutã gladio scĩde, & emplastrũ ex herba salutis, & oleo uirtutis ↄfectũ sup impone, qđ non amoueas, nisi te liberũ ꝑfectè cognoscas. Vt credas firmiter hoc esse tutũ, & uerũ remediũ, rõnibus, auctoritatibus, & exẽplis iustificabo illud, singulas remedij partes declaran
2 do, ut scias in infirmitate tibijpsi ↄsulere.† Dixi syrupũ aquæ uiuæ, i. charitas, q̃ est illa aqua, de qua Dñs ait in Euangelio Ioãnis 4. Si qs biberit aquã, quã ego dabo, nõ sitiet in æternũ. c. chari-
3 tas. 2. de pœnit. dist. 2. Est† aũt charitas, recta uolũtas ab oĩbus terrenis penitus aliena. Hæc est mors criminũ, uita uirtutũ, uirtus pugnantiũ, palma uictorũ, arma sãctarũ mẽtiũ, cã meritorũ bonorũ, sine qua nullus sanat̃, nullus uiuere pt, neq; Deo placere, fructuosa in pœnitẽtibus, læta in ꝓficiẽtibus, gloriosa in ꝑseuerãtibus, operosa in oĩbus oĩbus fidelibus, ex qua q̃cq̃d est boni operis, uiuet ſm Prosperũ in lib. de uita cõtẽplatiua, transũptiuè
4 in c. charitas, j. de pœ. di. 2. †Si apud tuũ aromatariũ hãc aquam non inuenias, ad fontẽ timoris accedas, ibi eã reperies. Metus. n. æternæ mortis charitatẽ ĩtroducit, sicut seta filũ, c. sicut, ea. cau.
5 & quæst. Dixi quẽ bibas, qa nõ satis esset degustare. Bibit†. n. hãc
6 aquã, q in charitate radicẽ figit. degustat, †q aliqualr̃ cũ ea cõicat, sed tñ delinquẽdo ab ea recedit, c. alius, ea. cau. & q̃st. Dixi lachrymis lauãdã bozulã, qua liberant a morte, q fletibus se mun
7 dãt a pcõ, c. baptizant. de pœn. dist. 2. & nõ† solũ lachrymæ liberãt a morbo ↄcto, sed ẽt a futuro ꝑseruãt. Quia fleuit Achab in ↄspectu meo, non inducã mala in diebus eius 3. Regũ c. 21. Sed hic dubitare aliqs posset, an oẽs lachrymæ ꝓsint ad sanitatẽ hu-
8 ius morbi? Diceres, ꝙ sic, qa† indefinitè locutus sũ, & indefinita æq̃pollet uli, l. si pluribus, ff. de le. 2. c. qa circa, de priui. ¶ Sed alr̃
9 ego sẽtio. Declaro† ergo me ipsũ nõ loq de lachrymis cocodrilli, nõ de lachrymis improbæ mulieris, q̃ insidias plorãdo instruit ut inq̃t Cato, nõ de lachrymis ingemiscẽtis pp indignationẽ, vel timorẽ supplicij corporalis, de q̃bus in l. obseruãdũ, ff. de of. ꝓsid. nõ de lachrymis deplorãtis amissã pecuniã, iuxta illud Satyrici.
Ploratur lachrymis amissa pecunia ueris.
loquor de lachrymis Petri, nõ de lachrymis Iudæ: animi vnius fuerũt pœnitẽtię lachrymæ, c. Petrus, de pę. di. j. alterius aĩ uiolẽt.
10 ĩdignationis ĩternę. c. Iudas, de pe. dis. 3. Sed† an lachrymæ unius ualeant ad salutẽ alterius? Vr̃ ꝙ nõ, qa inq̃t Psal. lachrymis meis stratũ meũ rigabo. Põdera uerbũ, meis. Meũ. n. nõ est, qđ est alterius, l. si ita, ff. de aur. & arg. leg. no. in c. quo iure, 8. dist. & in l. j. ff. qđ cũ eo. Et istud euidẽtius ↄprobat, qa inutiles sunt lachrymæ q̃ ex corde dolẽtis nõ ꝓcedũt, cũ nõ sint lachrymę pœnitẽtię, q̃ ni
11 hil † aliud est, q̃ qdã dolẽtis uĩdicta puniẽs ĩ se qđ dolet ↄmisisse c. pœnitentia, de pœn. dist. 3. In ꝯriũ facit, qa lachrymis Moysi, & eius ꝑcibus placata fuit ira Dei, q populũ Israeliticũ pestilentia, & gladio delere statuerat, c. disciplina, 45. dist. Et orõnibus, ac lachrymis Aaron, q flendo ꝓ populo se cũ thuribulo opposuit, & irã Dei placauit j. Regũ. c. 16. & 7. q. j. deniq;. Solõ. Quãtũ ad sẽpiternã sanitatẽ, i. quãtũ ad gloriã paradisi, lachrymæ unius non satisfaciũt ꝓ altero, ita ꝓcedat tex. in d. c. pœnitẽtia. Sed q̃tum ad trãsitoriã sanitatẽ, & sic q̃tũ ad liberãdã ciuitatẽ a pestilẽtia, gladio, incendio, fame, & sĩlibus, lachrymæ unius sãcti uiri pñt irã dñi placare, furorẽ mitigare, & deniq; ab eo misericordiã obtinere, ita ꝓcedant ultimo loco allegata dixit. n. dñs se paratũ Sodomę, & Gomorræ flagellũ remittere, si decẽ uiri boni reperti fuissent. Nã sicut uno peccãte, furor Dñi sup uniuersũ populũ q̃nque diffundit̃, c. sed illud, 45. dist. Nã peccato Achor plebs Israelitica in manibus hostiũ tradita est. Et peccato filiorũ Hely populus in manibus Philistinorũ corruit, 4. Reg. & Iosue. 7. trãsũptiuè in c. ecclesia, §. itẽ peccato. j. q. 4. Sic econuerso orõnib. & & lachrymis unius sæpe placat̃ ira Dei quo ad oẽs, & ex ꝑsona unius alius sępe ↄseq̃tur ꝓmiũ, & honorẽ, quẽ ex sua ꝑsona ↄsequi non posset, l. Aristo, ubi gl. allegat alia iura, ff. q̃ res pig. obli. pos. tradit ꝑ Mod. in l. si emancipati, C. de colla. & ꝑ Fel. in c. j. de ꝑscrip. Amat. n. dñs, qđ ꝓ vno multi defleãt, qa ꝓ uidua multi plorabant, eius filiũ resuscitauit, Lucæ 7. & c. fleat ꝓ te, de pœn. dis. j.
12 Sed qđ† si aliqs sit tã duri cordis, & tã exsiccati cerebri, ut nõ ualeat lachrymulã qdẽ emittere, nec inueniat q sibi lachrymas mutuet, an huic supsit ullũ remediũ? Br̃ rñdebo. Si dãna tpis, si amici mors cordis sui duritiẽ aliq̃n mollificãt, & lachrymarũ fontẽ erũpunt, nõ ur̃ excusandus, q peccati dolorẽ flendo nequit oñdere, c. sunt plures, de pœn. dist. 3. Dices, hãc sñiam nimis esse seuerã. Ego aũt iustissimã credo, si rectè intelligat̃. Nam si ex duritie cordis, & uolũtatis nõ possit lachrymas effundere, iõ nõ põt, qa non uult, si ergo uitã nõ uult, iustũ est, ꝙ mortẽ habeat, & in peccato suo moriat̃. Sed si ex defectu naturæ flere nequeat, satis est, ꝙ lachrymis mẽtis ꝑ uenas, & ꝑ cutim ad bozulã trãsmittat lachrymas, qa cor ↄtritũ, & humiliatũ Deus nõ despicit, qui magis cordis gemitũ, q̃ oculorũ riuulos respicit, c. quẽ pœnitet, de pœn.
13 di. j. Dixi unciã, qa octo saltẽ † lachrymas arbitror necessarias ad bñ ꝑfecteq; diluẽdũ morbũ. Octo. n. drachmæ unicã unciã constituũt, ut no. ꝑ gl. in l. 2. C. de metalla. & met. lib. 11. q̃b. octo drachmis æq̃pollẽt octo pnĩæ lachrymæ. Nã ad diluendũ septẽ peccata mortalia, septẽ saltẽ lachrimæ sunt necessariæ. Minor. n. numerus nõ sufficeret, nec peccatorũ numero ꝓportionabilis esset. Quid. n. ꝓdesset peccatũ luxuriæ plãgere, & adhuc auaritiæ æstub. anhelare? Oportet. n. oĩum pœnitere. Qđ oñdit Chrs, q septẽ demonia eiecit a muto, & surdo. Matth. 12. & Marci. 5. Parũ n. fuisset sex expellere, & unũ dimittere, c. si plures, de pœn. di. 3.
14 Octaua† aũt lachrima, q̃ futurorũ scelerũ dolorẽ, & abstinentiã designat, nisi ↄiugat̃, septẽ lachrimæ parũ iuuabũt, neq; a peste liberabũt, neque ullã afferet sanitatẽ. Oportet. n. ꝑpetrata delicta plãgere. & plãgẽda nõ ꝑpetrare. Nã q plãgit peccatũ, & iterum admittit quasi lauat crudum laterem, quem quanto magis abluit, tãto magis lutum facit, c. ille pœnitẽtiã, de pœn. dist. 3. Et Isidor. de sũmo bono his verbis nr̃am sñiam cõprobat. Irrisor est nõ pœnitẽs, q adhuc agit, qđ pœnitet. Canis reuersus ad suũ uomitũ est penitẽs ad peccatũ. Multi. n. lachrimas indesinẽter fundũt, qa incõstãtia mẽtis, nõ peccati recordatione deflẽt. Inq̃t Esaias, lauamini & mundi estote. lauat̃, & mundus est q peccata plãgit, & flẽda iterũ non admittit. Lauat̃, & nõ est mundus, neq; sanat̃, q plãgit q̃ gessit, nec deserit, & post lachrimas q̃ fleuerat, re-
15 petit. Et ſm Aug. in li. soliloquorũ, inanis est† pœnitẽtia, q̃ sequẽs culpa coinquinat, uulnus iteratũ tardius sanat̃, & nihil prosunt lamenta, si replicent peccata. Et ſm Greg. q amissa plangit̃, nec tñ deserit, pœnæ grauiori se subijcit, qa ipsam, quam flendo impetrare potuit ueniã, cõtemnit. Dixi bozulã gladio scindendã, qa
16 nõ satis ẽ morbũ lauare exterius, nisi uniuersa sanies, & putredo quæ intus est, excutiat̃. Et ꝓpea clamat Propheta, Scindite corda uestra, non uestimenta uestra, oñdens cõtritionẽ cordis, q̃ in eiusdem scissione intelligit̃, & interiori dolore peccata remitti.
17 Cordis. n. laceratio uera est cõuersio, uera pœnitentia. †Nã ↄuer
18 sio nihil aliud est, q̃ cordis undique uersio. Tribus aũt† scissuris est bozula laceranda, quia dolor peccati, ſm Bernard. debet esse triplex, acer, acrior, & acerrimus. Acer, quia Deum oĩum creatorem offendimus. Acrior, quia patrem nostrum cęlestem, q nos multipliciter pascit, impugnauimus. Acerrimus quia iterũ peccando crucifiximus redemptorem nostrum, qui nos proprio redemit sanguine, a peccatorum uinculis liberauit, & quia crudelitate dæmonum, & ab acerbitate gehennæ potenter eripuit. Et si bozula tribus dilaniata uulneribus omnem putredinem non euomuerit, iterum punge, ẽt si oportuerit spinis, lanceis, & alijs, q̃bus ipse Christus ꝓ te punctus fuit in cruce. Cor. n. totum contritũ, & cõcisũ dẽt hr̃e peccator ꝑ nimia angustia, dolore, ira, & indignatione aduersus peccata. Nec tibi tot puncturæ, tot uulnera, tot gemitus, tot suspiria molesta uidebunt̃, si Christum in cruce tot uerberibus ꝑcussum, tot plagis confossum, tot uulneribus

ribus laceratū, tot iniurijs affectū, tua & nō sua culpa penden-
19 tem aliquantisper cōtēplaberis. Nam ſm Grego. nihil† est tā du-
rū & asperū, quod æquo aio non toleretur, si passio dñi ad me-
moriā reuocetur. ¶ Gladio itaque .i. propria uoluntate scinda-
mus, corda nostra laceremus, & in frustra partiamur, si a pestife-
ra labe, si a crudeli Martis furore, si ab horrida fame liberari, &
præseruari exoptamus. Si cor nrm oēm sordem exuerit & vnde-
que a malo a Deum cōuersum fuerit, Deus ipse ad misericordiā
conuersus nobis peccatorum nostrorū præstabit indulgētiam,
quorum primò præparabat vindictam. ¶ Ad hanc scissuram, &
contritionē nos per pphetam inuitat dñs dicēs, Conuertimini
ad me in toto corde vestro, & ego conuertar ad vos libenter. in-
quit Amb. lib. de paradiso, Dñs ignoscit, prōptè indulget, & ma-
gis misericordiā amat q̄ sacrificium. ¶ Dixi emplastrum sup im-
ponendū, sed quia æger infirmitatis dolore uexatus sibiipsi non
20 pōt opportunè mederi: & quia sæpe ægrotans † oleum uirtutis,
& herbā salutis, uel ex ignorantia, uel ægritudinis impedimento
21 non dignoscit. c. nullus, de pęni. dist. 7. Quærendus† est ergo me
dicus, qui emplastrum conficiat, oleum virtutis, & herbam salu
22 tis edoceat. Is aūt† erit sacerdos, qui ideo sacerdos dr̄, quia sacras
uirtutes docet. l. j. §. sacerdotes. ff. de iusti. & iu. Saluator. n. nobis
pollicitus est medicinam aduersus pestem medicorū suorum .i.
sacerdotum ministerio. c. fi. de pę. dist. j. Et propterea dixit lepro
sis. Ite, ostendite uos sacerdotib. Lucæ 17. Non. n. sufficit sola con
tritio, nisi subsequatur oris confessio, d. c. fin. & c. oīs utriusq; se-
23 xus, de pen. & remis. ¶ Quod ēt † rōne probatur, nam peccator
peccando, tres personas offendit. Deū ecclesiam, & proximū. ni-
si ergo oībus trib. satisfecerit, venia dignus non erit. l. licitatio.
§. quod illicitè, ff. de publi. satisfit aūt Deo p ɔtritionē ecclesiæ p
cōfessionē, proximo p restōnē. c. perfecta pęnitentia, de pęnitē-
tia, dist. 3. ¶ Itē qui vult ingredi vitā, debet seruare mandata, Ab
ecclesia aūt mandat, q̄ semel statim in anno quisque cōfiteatur.
d. c. oīs utriusque. ergo qui non cōfitet mortaliter peccat, qa ec-
clesiæ præceptū contēnit, c. 2. de mai. & ob. Et hac de cā gl. sum-
ma, de pœ. dis. j. & Host. ī summa de pę. & re. §. quib. ver. illud aūt,
tenuerūt sola cordis cōtritione Deo satisfieri, q verè cōtritis per
gratiam peccata dimittit. Dixit. n. Cananeæ & Magdalenæ, fides
tua te saluā fecit, uade & amplius noli peccare. Nec istis, & alijs
plurib. qb. peccata dimisit, dixit ōndite uos sacerdotib. Sed quia
contritus ɔtēnes pcepta ecclæ non confitēdo cū possit, mortalr
peccat: ɔtritio pcedens ad salutē non pdest, nā qui mandata ec-
24 clesiæ cōtēnit, verā contritionē non hr̄e cōuincitur. ¶ † Est ergo
necessaria cōfessio, qa est in pcepto. Et sic isti uolūt, q̄ confessio
sit de iure positiuo. Qđ expressè firmāt gl. & Aret. in summa de
pęn. dist. 5. & Pan. in d. c. oīs. vbi tñt, q̄ Græci, q soli Deo confiten
tur in secreto, non peccant, qa cōstitutio oīs vtriusq; sexus non
fuit ab eccła Orientali recepta, sicut nec lex sacerdotib. phibēs
matrimoniū. ¶ Hæc tñ opi. a plurib. Theologis dānat, tenentib.
confessionē esse de iure diuino, de quo per S. Thomā in 4. snīa-
rū, dist. 17. art. j. & art. 2. cir. mediū. & dist. 21. q. 3. art. j. & dist. 22. q.
2. art. 3. ad fi. Quod nō discutio, qa siue pceptū Dei, siue eius Vi-
carij, oīno nos Occidentales ligat. ¶ Vera ergo est nr̄a ppositio,
pestiferatū oportere implorare auxiliū medici .i. sacerdotis, qui
emplastrum conficiat & morbo superimponat. Qđ certè nō po
terit superimponere, nisi morbus sibi fiat manifestus. Nā q ope-
rā medicātis expectat, oportet q̄ vulnus detegat, ut ait S. Seuer.
25 ¶ Sed quia sacerdotū alij† sacra docēt, alij sacra ministrant, d. l. j.
26 §. sacerdotes. Et† qa sacerdotū numerus in tm̄ creuit, q̄ sacerdo
talis auctoritas vilescit in turba, c. j. de priui. c. legimus, 93. dist. ut
sciant ignari ad quē debeant sacerdotē recurrere, opportunum
erit, q̄ ego cui licet immeritò, dara fuit auctoritas sacra docēdi,
paucis admoneā ægrotantes, pestilentiali morbo laborātes, quē
& qualem medicū sibi debeant eligere, qualiter illi vulnera sint
detegēda. Deinde instruam imperitos sacerdotes, quos libētius
deponerem, si potestas daretur, qualiter debeant huiusmodi em
plastrum conficere, & qualiter debeant illud morbo superim-
27 ponere. ¶ Circa primum, qa† de cōfessione tractamus, quæ est sa
cramentum ecclesiæ, & est vnum de quinq; necessarijs, ſm gl. &
scriben. in c. veniens, de transa. recurrendū est ad sacerdotem, q
habeat auctoritatem ministrandi huiusmodi sacramenta, & po-
testatem dimittendi peccata. Hanc aūt facultatem tradidit Chri
stus oib. Apostolis, dum dixit, Accipite Spiritū sanctū, quorū re-
miseritis peccata, eis erunt remissa, Io. 20. & sic data fuit omnib.
28 Epis representantib. Apostolos. c. uidentes, 12. q. j. ¶ † Sed Papa
caput Episcoporum, & ipsi Epi sacramētalia, quę sunt honoris,
sibi retinuerūt: quæ uerò sunt oneris, sacerdotib. cōia esse volue-
runt, & utinam cōicassent, non abdicassent, nam qui communi
cat; partem retinet. l. fi. §. Lucius, ff. de leg. 2. Sed hodie Pontifices
temporalib. adeo inhærent, q̄ de spiritualib. nulla est sibi cura.
29 ¶ † Religiosi ergo mendicantes pauperrimi sacerdotes soli sunt,
qui confessiones audiunt, & soli sunt, qui peccata populi come
30 dunt. Prælati† aūt bona pauperum deuorant, & nisi latū ventrē,
inflatasq; genas ostentent, se prælatos esse, & plenam prælaturę
possessionē adeptos fuisse nō credūt. ¶ Sit ergo ɔclusio, q̄ sacer

dotes hn̄t ptātem cōfessiones audiendi, & peccata di mittendi.
¶ Circa q̄ cōclusionē de pluribus contingit dubitari. Et primò,
31 an† qlibet sacerdos possit pęnitentem absoluere: Breuiter, licèt
qlibet sacerdos in sua ordinatione, & institutione recipiat hāc
ptātem, tñ hæc potestas ligata remanet auctoritate legis, ut eā
ad actum non possit deducere, nisi a lege, uel a Papa, aut ab his,
ad quos spectat, data fuerit licentia. Quæro ergo, qbus a lege. de
tur hęc facultas? Rn̄deo, datur proprio sacerdoti, d. c. oīs utrius-
32 que sexus. Sed † quis dr̄ propriè sacerdos? rn̄deo presbiter paro-
chialis. item Eps, cui tota diœcesis parochia est, c. licèt, & ibi no.
Pan. de feri. c. regenda, x. q. j. Item Archipresbiter ecclesiæ cathe-
dralis, qui in hoc est Vicarius Epi. c. ad hæc, de offi. Archiepis. Itē
eadem rōne Vicarius generalis ipsius Epi. Item legatus in tota
33 prouincia, & Papa in uniuerso. Oīum† enim diœcesanus est Pa-
pa, c. auctoritate, de priu. Item pęnitentiarij Papæ, cle. ne Roma
ni, §. eo. aūt, de elec. & de istis est gl. magistralis in c. 2. de pœni. &
34 remis. lib. 6. Data ēt est† ex priuilegio hæc ptās fratribus Minori-
35 bus & prædicatoribus, c. dudum, de sepul. Sed† hic dubitare qs
posset, an ad Minores, & pdicatores possit qlibet recurrere abs-
que licentia proprij sacerdotis: Istam dubōnem mouet Fel. in c.
j. col. 6. de resc. & respondet, se uidisse consiliū d. Andreæ Bentij
Aduocati consistorialis, concludentis necessariam esse licentiā
proprij sacerdotis. Nec ob. tex. in d. cle. dudum. in uerbo, labore.
quia illud priuilegium, q̄ possint libere cōfessiones audire, intel
ligitur respectu ipsorū religiosorum, q alias non potuissent uir-
tute sui priuilegij confessiones audire, nisi obtenta licentia a sa
cerdote parochiali, ſm gl. in cle. j. de priui. modò pp uerbum, li-
berè, poterunt absque licentia. Sed ipsi parochiani non sunt in
aliquo priuilegiati, ergo tenentur licentiam petere. Et ex hoc di
36 cit, se consuluisse, q̄ habentes priuilegium liberè eligendi cōfes-
sorem, tenent postq̄ elegerint denunciare ordinario loci, & ab
eo confirmationē obtinere. Non ob. uerbū, liberè, qa intelligit
respectu electionis, non respectu confirmationis. qđ diligenter
notabis, quia plures sunt, q ɔriū obseruant. Quātū tñ ad priui-
legium concessum Minorib. & prædicatorib. hodie declaratum
fuit, q̄ ēt ipsi parochiani non teneant petere licentiam a pprio
sacerdote, ut in constitutione Eugenij 4. quæ incipit, Gregis no
bis crediti. confirmata per Nicolaum 5. In cōstōne, quæ incipit,
37 Prouisionis nostræ. ¶ Posset etiam in dubiū reuocari, an† ualeat
consuetudo, q̄ quilibet possit eligere sibi confessorem absque li
centia proprij sacerdotis. Et dicendum est, q̄ non, ut est casus in
38 c. 2. de pęni. & remis. lib. 6. Insup dubitatur, an† habentes priuile
gium cōfitendi, & absoluendi possint cōfitentem absoluere gnā
liter a qbuscunque peccatis. Rō dubitandi patet de se: deciditur
tñ, q̄ non pn̄t absoluere in casib. Epō, & Papę reseruatis, d. c. 2. &
d. cle. dudum, §. p hmōi. Rō decidendi fuit, quia in gnāli conces-
sione non ueniunt ea, quæ concedens in spē uerisilr non esset
concessurus, c. in generali, de reg. iu. Generalis. n. dispō, nunq̄ in
cludit Principi reseruata, c. qđ ad translationē, de of. leg. nisi in
casu tradito p Fel. in c. quæ in ecclesiarum, col. x. & seq. de const.
39 Sed fortè quæris scire, qui† sunt casus Epo reseruati. Ego nō pos
sem dare certam doctrinam, quia dependet ab eorum uolunta
te, & ex eorum statutis. Aliqui tñ reperiuntur expressi in iure,
quos refert Host. in Summa de pen. & remis. §. cui confitendū.
uersi. nec in hoc. Et his uerbis denotantur.

Qui facit incestum, deflorans, aut homicida,
Sacrilegus, percußor, uel sodomita.
Transgressor uoti, periurus, sortilegusque.
Et mentita fides, faciens incendia, prolis
Oppressor, blasphemus, hæreticus, omnis adulter.
Pontificem super his semper detentus adibit.

Casus autem Papales referuntur per Spec. tit. de lega. §. nunc o-
40 stendendum. ¶ In articulo tamen† mortis possunt fratres Mino
res, & cæteri habentes auctoritatem confitendi quemcunque
absoluere, etiam in casibus reseruatis, ut in extraua. inter cun-
41 ctas, de priuile. ¶ Sed hic quæro, an† pœnitentiarij Papæ possint
etiam in casibus reseruatis absoluere pœnitentem. Pro resolu-
tione sciendum est, q̄ pœnitentiariorum quidam sunt maiores,
& isti possunt absoluere in casibus reseruatis etiam Papæ. qdam
sunt minores, & isti pn̄t absoluere solū in casib. reseruatis Epo,
ſm Car. ī cle. ne Romani, §. eo aūt ipso, de ele. & isti licèt possint
absoluere a censuris latis per modum statuti, non tñ pn̄t abso-
uere a censuris latis in uim snīæ, ſm Card. in d. §. eo aūt. Sed po-
42 ne, † parochianus hēt priuilegium eligendi cōfessorē, an possit
eligere unum fratrē Minorē, an uerò teneatur eligere aliū sacer
dotē habentē curam aīarum, Gl. in cle. j. in uer. spāli, de priui. rn̄-
det parochianum debere eligere sacerdotem habentē curā ani
marum. Sed ɔrium tenet Host. tit. de pœni. & remis. §. cui cōfi-
dum, uer. tu tñ. & Pan. in d. cle. j. Archid. in c. j. 16. q. j. & Ias. in l. si
quis per errorem, col. j. ff. de iurisd. omn. iud. ¶ Sed quid si quis
43 † fuerit confessus semel in anno proprio sacerdoti, an deinceps
possit sine licentia confiteri alieno sacerdoti, Pan. in c. qđ aūt,
44 de peni. & remis. rn̄det, q̄ non, quia in foro† pęnitentiali laicus
nō pōt progare iurisdictionē iudicis nō sui sine licentia supio-
ris,

ris, d. c. qđ aũt. Sicut nec clericus in foro iudiciali, c. significasti,
45 de foro cõpe. Sed pone, ꝙ† aliqs confiteatur ignoranter ei, qui
cõi existimatione reputabať sacerdos, & tñ non erat, an ualebũt
confessio, & absolutio? Gl. Inn. & *communiter* Cano. in c. dudum,
2. de ele. tenẽt, ꝙ si hẽbatur pro sacerdote, & tolerabať in quasi
possessione sacerdotij a superiore, tunc ualeant absolutio, & cõ
fessio, ne aĩa decepta remaneat, c. nonne, 8. q. 4. sequit̃ d. Ias. in l.
Barbarius, col. 13. ff. de officio Præto. & dicit Pan. ꝙ pp fidem sa-
46 cramenti errãtes saluanť. Sed quid sit† ante obitum defectus po
testatis pueniat ad notitiam ꝯfessi, an dẽbit ꝯfessionem iterare?
Ioan. And. tenet, ꝙ sic. Sed Pan. distinguit, aut confessus fuit ei,
qui nullam unq̃ habuit ptãtẽ, & procedit opinio Ioan. And. aut
ꝯfessus fuit ei, q̃ aliq̃n habuit ptãtẽ, sed ex cã priuatus erat: & tũc
si tolerabatur in exercitio, non est necessaria reiteratio. Tutior
tñ est opin. Io. And. indistinctẽ, quã seqtur Ang. de Claua. in sua
Sũma, in uer. cõfessio. & ibi ponit decem casus, qbus reiteranda
47 est confessio, quos tu ipse uidere poteris. ¶ Quæro† insuper, an
rõne delicti delinquens sortiatur forum pœnitentiale in paro-
chia delicti, sicut sortitur forum iudiciale, c. fi. de foro cõpe. Istã
dubitationem resoluit gl. in c. placuit. 16. q. j. dicens, ꝙ non seqť
Pan. in c. qđ aũt, de penit. & remis. & in c. j. de rap. assignans rõnẽ
diuersitatis inter forum iudiciale, & penitentiale. Nam in foro
iudiciali pena imponitur cã satisfaciendi Reipublicæ, quã scan
dalizauit pp delictũ, iõ sequitur forum illius Reipublicæ, in qua
deliquit. Sed in foro penitentiali imponitur pœnitentia cã satis
faciendi Deo, quẽ offendit, & qa hẽt sacerdotem ꝓprium loco
Dei, ab illo non ab alio dẽt iudicari. Item intereſt ꝓprij sacerdo-
tis cognoscere uultus suorum parochianorum. Eos. n. melius re
darguere põt, qa ipsorum notitiã hẽt. Qđ facit ꝯ eos, q̃ q̃runt re
ligiosos ignotos, ut euitent uerecundiã, quã hñt in confitendo
proprio sacerdoti. Malè enim faciunt, qa uerecundia est maxi-
ma pars penitentiæ, c. quẽ penitet, de penit. dist. j. licẽt istæ rõnes
sint ꝑsuasiuæ. Alia mihi uř rõ posse assignari, qa si ratione deli-
cti quis sortiretur forum penitentiale, sequeretur maximum ab
surdum: nam si quis commisisset decem peccata in diuersis pa-
rochijs, teneretur cuilibet sacerdoti illius parochiæ confiteri, &
sic esset necesse, uel confessionem diuidere, quæ sui natura indi
uisibilis est, ut infra dicetur, aut decies integraliter omnia pec-
cata confiteri, qđ ẽt inconueniens uř, quia, ut dicit Ang. de Cla
48 ua. lex si obligat† reiterare confessionem integram, & perfectã,
49 non obligat in foro animæ. Quæro etiam, an† sacerdos extra pa
rochiam possit suorum parochianorum confessiones audire, &
eos absoluere. Host. in Summa, de pe. & remis. §. cui confitendũ.
determinat, ꝙ sic, quia absoluere, & cõfessiones audire, est iuris-
dõnis uoluntariæ, ergo extra diœcesim põt exerceri, l. 2. ff. de off.
procon. no. per gl. in c. nouit, de offi. leg. & istud sequuntur *com-*
50 *muniter* Cano. ¶ Sed ego aliquando † dubitaui, an deputatus a
proprio sacerdote in locum sui, qui Vicarius parochialis appel-
latur, etiam possit extra parochiam confessiones audire, & ab-
soluere? Vř ꝙ sic per ea, quæ scripsit Rota in tit. de offi. Vica. de-
51 cisio. fi. in antiquioribus. ubi uult, † qđ Vicarius Episcopi possit
conferre beneficia extra diœcesim. sequitur Gemi. in c. fi. de off.
Vicar. lib. 6. Sed in contrarium facit, qđ uolunt Alber. Bar. Bal.
& cõiter Legistæ, in d. l. 2. per illum tex. vbi concludunt, ꝙ habẽs
iurisdictionem uoluntariam ab inferiore a Principe, non potest
eam exercere extra diœcesim, & territorium concedentis. Et in
specie Bal. infert ꝯ Rotam, ꝙ Vicarius Episcopi non potest insti
tuere præsentatum a patrono extra diœcesim. sequitur d. Philip.
Franc. in d. cap. fi. & Barb. in d. c. nouit, d. Ias. in l. sed si hac, §. fi.
ff. de in ius uoc. & d. Maria. Soc. in c. fi. in 6. articulo, char. 10. de
52 foro competẽ. Et facit, quia† Notarius creatus a Rege non po-
test extra regnum conficere instrumenta, licẽt istud sit uolunta
riæ iurisdictionis, secũdum Bar. in d. l. 2. & in l. cunctos populos,
in 7. q. C. de summa Trin. & Rotam decisi. 291. sub rub. de fide
instrumen. in nouis. ¶ Ego in Vicario Rectoris teneo, quòd pos
sit audire confessiones, & absoluere, suos parochianos extra pa-
rochiam: quia ipse non habet hanc potestatem a Rectore, sed
uirtute ordinum sibi collatorum, a Rectore autem fuit exhibi-
ta materia tantum, unde sicut ipse Rector in illam materiam,
idest in subditos poterat exercere iurisdictionem uoluntariam
extra parochiam, ita poterit eius Vicarius, nam talis Vicarius
53 † auctoritate propria absoluit non auctoritate sibi delegata, se-
cundum Ang. de Claua. in sua Summa, uer. confessio, §. 3. uersi.
sed nunquid. Et ideo habens priuilegium eligendi confessorem,
poterit confiteri extra parochiam, cui uelit. Ostendimus quos
debeat infirmus animarũ medicos perquirere, nunc quales eos
54 esse oporteat discurramus. Confessorem † uita integerrimum,
scientia peritum, discretum, & modestum esse oportere statuit
Clemens in concilio Viennensi, ut legitur in dicta clem. dudũ.
& exemplo eorum, quæ de medico corporum supra dixi, iustifi-
catur Clementis sententia. Ideo aliter non instabo. ¶ De uno so
55 sum quæro, an† quis debeat confiteri sacerdoti suo, quem scit es
se uitium sceleratum, & malæ uitæ? Respondetur, ꝙ non, sed tũc
ad religiosos recurrendum est habentes priuilegium liberè con
fitendi &c. ¶ Sed quid si uir ille malus sacerdos nolit licentiam
impartiri? Respondetur, sufficit tunc petere, secundum Panor.
in d. c. omnis vtriusque sexus, pro quo facit doctrina Bart. in l. si
cum dotem, §. eo autem tempore, ff. solu. matrimo. ¶ Sed quid
56 † si parochianus scienter confiteatur suo sacerdoti in disciplina
to, & malorum morum, an confessio & absolutio pro sint con-
fitenti? Ratio dubitandi est, quia cum possit bonum confesso-
rem adire, conuincitur de negligentia in eligẽdo confessorem.
57 Et † quia confessor existens in peccato mortali, nisi ipsum pœ-
niteat, mortaliter peccat absoluendo confessum, ſm Bonauen-
turam in 4. sententiarum, quæstio. 19. & probatur in c. fi. de tem
po. ord. Nam iudicans, qui iudicandus est, seipsum condemnat,
§. item in euangelio, 3. q. 7. & de pœn. dist. 4. c. j. ergo cessante ne-
cessitate peccat mortaliter, qui inducit suũ sacerdotem existen-
58 tem in peccato ad sacramenta ministranda. ¶ † Breuiter dicerẽ,
aut confessus sciebat pro ueritate sacerdotem esse in peccato,
& poterat alteri confiteri, & tunc credo quòd non sit tutus in
foro conscientiæ rationibus præallegatis, & quia nõ potest alio
rum ægritudines sanare, qui seipsum curare nescit, ut ad Cicero-
nem scripsit Seruius Sulpitius. Non enim aliena delicta valet di
luere, quem propria deuastant, c. j. in fi. 49. distin. Ideo Iudas, quia
iuit ad Phariseos, & reliquit Apostolos, nihil auxilij inuenit, sed
desperationis augmentum. Et ab ista sententia non videtur dis-
59 sentire Pan. in d. c. omnis. dum † dicit, ꝙ confitens sacerdoti con
socio criminis, ut citius absoluatur, non est tutus. Benedictio
enim maligni sacerdotis in maledictionem conuertitur, & ora-
tio in peccatum, c. si qui sunt, 81. distin. Si autem ignorabat, uel
poterat cogitare, quòd sacerdos esset attritus, & delicti penitẽs,
tunc ad salutem proderit confessio. faciunt quæ traduntur per
60 Pan. in c. vestra. de cohab. cler. & mul. vbi quærit, an † sit audien-
da missa a sacerdote existente in peccato? & distinguit, aut deli-
ctum est notorium, aut occultum, ut ibi per eum. ¶ Demonstra-
uimus succinctè quis, & qualis esse debet medicus facturus em-
plastrum, uideamus modò, qualiter ab infirmo sunt vulnera de-
tegenda? Istud exigeret longum tractatum: sed ne uidear falcem
61 ponere in alienam messem, paucis absoluam. Dicunt † Docto.
ueram confessionem sexdecim qualitatibus egere, quæ his uer-
sibus comprehenduntur.

Sit simplex, humilis confeßio, pura, fidelis,
Atque frequens, nuda, discreta, libens, uerecunda,
Integra, secreta, lachrymabilis, accelerata,
Fortis, & accusans, & sit parere parata.

¶ Omnes tamen prædictæ qualitates non sunt de essentia, sed
quædam sunt de congruitate. Idcirco, ut scias, quæ sint de essen-
tia, & quæ non, eas omnes breuius, quo fieri poterit, explanabo.
62 ¶ Dixi simplex, id est † sine uerborum inuolucro, seu sine plica.
cle. sæpe. & ibi glo. in uer. simpliciter, de uerb. sign. Debet enim
pœnitens, ita clarè confiteri, ꝙ omnia & singula confessor ple-
63 nè intelligat: hypocrita † enim esse conuincitur, qui uerborum
tergiuersatione sua peccata leuigare contendit, c. quod quis, de
pœniten. distinct. j. in fi. ¶ Dixi etiam, simplex, quia debet pœni-
tens loqui per uerba clara, & expedita, non per uerba obscura.
64 † Sicut enim depositio testis obscura non releuat producẽtem,
c. cum clamor. de testibus. & not. per Bart. in l. ea quæ, ff. de con-
trahen. emptio. sic obscura confessio non releuat confitentem.
¶ Dixi, simplex, quia non debet pœnitens ambiguè, nec amphy
bologicè loqui, aliàs confessio simplex non est, cap. j. cum glos.
in uersic. simpliciter, de summa Trinita. & fide catholica. Sicut
65 † ambigua testificatio non probat, ita dubia confessio non iu-
uat, cap. in præsentia, de probatio, l. non hoc, C. vnde legitimi.
66 ¶ Dixi, † simplex, quia non debet, qui confitetur, loqui per ver-
ba exquisita, & subtili elegantia fabricata, ut confessor non in-
telligat, ut uerecundiam delicti urbis fucatis effugiat: & si aliter
faciat, non erit confessio simplex, cap. dilecti, cum glo. in uersic.
67 simpliciter. id est sine perniciosa subtilitate, de iudic. ¶ Dixi † sim
plex, quia non debet confitens morosè, & cum difficultate lo-
qui, nec expectare, quòd confessor ex gutture suo peccata arti-
ficiosè extrahat: quod si secus faciat, non erit confessio simplex.
§. sed quia, cum gl. in uersi. simpliciter. id est sine difficultate, In-
68 stitu. de fideicommis. liber. Nã etiam † testis, qui morosè respon
det, & cum difficultate, suspectus habetur, cap. ponderet, 50. di-
stinct. traditur per Panor. in c. cum causam, col. 7. de testibus. per
69 Fel. in proœ. Grego. in princip. ¶ Dixi, simplex, id est † sine mali-
tia, iuxta uerbum domini. Estote simplices sicut columbæ. Ma-
litiosa enim. confessio ad interitũ ualet, nõ ad salutẽ. Quid pro-
dest auaro cõfitenti se centena aureorum millia sub usuris mu-
tuasse, si ex malitia, id est ut diues uideatur, nõ proposito pœni-
tendi, confiteatur? quid si homicida, ut strenuus appareat, deli-
ctum confessori manifestat? Amen dico uobis, receperunt mer-
cedem suam. Nam quàm sit graue crimen illorũ, qui cum male
fecerint, gloriantur, nullus est, qui ignoret, c. quam graue, de ex-
cess. prælat. cõtra quos etiam Psal. clamitat, Quid in malitia glo-
70 riamini? ¶ † Dixi denique, simplex, quia nihil impertinẽs adden-
dum est, uel intermiscendum, aliàs confessio non foret simplex,
l. iube-

l.iubemus. ibi, nihil adiectũ sit,sed simpl̃r, C.de appel.l.fi.& ibi
71 Bar.C.de dot.ꝓmis.c.fi.de testa.lib.6.Requiritur† secũdò, ꝙ sit hu-
milis.Nam peccator si reatum suum cognouerit,se oĩum uilissi
mum esse intelliget, & se monstrũ nõ hoĩem uidebit, ut Seueri
nus de consolatione,li.3. sapienter probat.pro quo facit text.in
c.si.n.inquit,de pęn. dist.2. Humiliabit ergo se pęnitens,qui ꝑꝑ
peccatum effectus erat seruus diaboli,c.non oĩs,qui dicit,3.q.7.
& exemplo publicani coram cõfessore non audeat oculos ele-
uare.Humiliari.n.nos oportet sub potenti manu Dei,ut nos li-
72 beret in tempore tribulationis, c.nulli,3.q.j.Item †genibus fle-
xis,& capite discooperto peccatorem se fore indicabit, & scele-
rum suorum ueniam postulabit, c.sanè, de celebr. miss.Et licèt
Claua.in sua Summa,& plures alij teneant, ꝙ genuflexo nõ sit
de necessitate, sed de congruitate, tñ ego arbitrarer pęnitentiã
eius,q stando, uel deambulando,aut sedendo parẽ se exhibet sa
cerdoti,non esse fructuosam,neque uerã,& parum confitenti ꝓ
desse,qa q sine humilitate uirtutes cõgregat,quasi in uentũ pul
uerem portat,s̃m Greg.quem refert gl.in cle.j.de relig.dom. Itẽ
humilis dẽt esse confessio,qa non dẽt,q confitetur,gloriari co-
rã confessore,ꝙ bis in sabbato ieiunet,ꝙ eleemosynas det,ꝙ iu
stum cor habeat. Temerariũ quippe est uirtutes dño polliceri:
nam si dixerimus, ꝙ peccatum non habemus,nos ipsos seduci-
mus,& ueritas in nobis non est.doleat ergo loquendo, seipsum
accuset,dicende cum Psal.Ecce in iniquitatibus cõceptus sum,
& in peccatis concepit me mater mea.Concludendum est ergo
in pęnitente humilitatem necessariam,qa nisi se peccatorem di
73 xerit,ueritas in eo non erit:& † ubi non est ueritas,ibi nulla põt
74 esse humilitas.22.q.2. c.cum humilitatis. Tertiò requiritur,† ꝙ
sit pura,idest sine dolo,c.pura,3.q.9.Debet.n.pęnitens confite-
ri recta intentione,nõ ꝑꝑ uanam gloriam.Sed aduerte,qa istud
satis includebatur in primo requisito,ut ibi ostendi. ¶ Quartò
75 †exigĩt,ꝙ sit fidelis,idest,ꝙ pœnitens confidat in Dei misericor
dia, & credat per pęnitentiam sibi peccata remitti, nam apud
Deum nullas patitur moras ueniæ cõuersio, c.multiplex,de pę.
dist.j. Et species hęresis est desperare de misericordia Dei,c.agno
uimus,26.q.6.Alij dicunt, ꝙ dẽt esse fidelis,idest uera:quia non
dẽt falsitatem immiscere,& delictum,qđ non fecit,confiteri.Et
potest utraque expositio tolerari, prima tamen magis cõuenit.
76 ¶ Quintò requiritur,ꝙ sit frequens,†idest toties resurgat ꝑ con
fessionem,quoties cecidit ꝑꝑ peccatum. Non solum septies,sed
septuagies septies delinquenti,si conuertatur ad pœnitentiam,
peccata donantur, Matthæi 18.& c.septies,de pœn.dist.3.Nam
quæ frequenti præuaricatione iterantur, sunt frequenti sñía dã
nanda,c.j.de pœnis. Sed an illico post commissum peccatũ de-
beat confiteri;dicam infra in 13.requisito. ¶ Quidam etiam di-
cunt eadem peccata frequenter esse confitenda, qa tanto faci-
lius qs cõsequitur gratiam remissionis, quanto;magis pluribus
sub spe ueniæ turpitudinem confitetur,c.quem pœnitet,de pę-
ni.dist.j.Sed istud consilij est,& ad maiorem gratiam obtinendã
non autem præcepti neque obligationis, quia semel confitẽdo
dissoluitur delicti obligatio, & funiculus, quo ligatus tenebat̃,
disrumpitur, ergo amplius obligatio extincta reuiuiscere non
potest,l.qui res,§.aream,ff.de solu.c.si quis,de pœn.dist.7. Et di-
uina clementia peccata semel dimissa iterum in ultionem ueni
re non patitur,c.si illic,23.q.4. Et ꝙ sufficiat peccatum semel cõ
77 fiteri,deciditur in §.non ita,de pœn.dist.j. Sunt tamen†quidam
casus spãles,in quibus reiteranda est confessio,quos refert Host.
in Summa de pęni.& remi.§.an peccata semel cõfessa. quos nõ
prosequor,sed sublimitati Theologorũ discutiendos relinquo.
¶ Sextò debet esse nuda a uerbis palleatis, & obscuris, sed istud
abũdat,quia si simplex est,oportet, ꝙ ab omni uerborum inuo-
lucro fucatoque sermone sit nuda,vt s̃.abundè dictum fuit.Alij
dicunt,ꝙ debet esse nuda ab omni mendacio, & ab omni uela-
mento, quia s̃m Aug.ueritas de terra, idest de peccatore orta
est,& iustitia de cęlo prospexit,idest a Deo data iustificatio pęni
tenti.Nam qui se excusat,a Deo accusatur:qui autem se accusat
excusatur.Ignoscimus(inquit dominus)ei,qui sibi non ignoscit
c.ueritas,de pęnit.di.j. ¶ Septimò oportet,ꝙ sit discreta,idest cũ
78 iudicio facta,&†ideo impuberes, qui discretionem,idest animi
iudicium non habent,§.præterea.Inst.quib.non est permis.face
re testamentum. non tenentur confiteri nisi sint doli capaces,
qui cum sciant se errare,utique scire debent se emendare,c.j.de
delic.pue.Versatur autem discretio in pęnitente tam in eligen-
do sacerdotem, qui sciat soluere, & ligare,c.j.de pœn.dist.6.quę
79 in exprimendo,& confitendo peccata:quia non† debet manife
stare socios criminis, sed seipsum tantum accusare.Inquit enim
Psal. Delictum meum cognitum tibi feci. Dixit enim meum,nõ
consocij,c.fi.de pę.dist.j.Nunquam ergo nominabit personam,
cum qua peccauit, nisi necesse sit ad ostendendam peccati ma-
gnitudinem,ut si filia cum patre,uel filius cum matre peccaue-
rit secundum Richar.in 4.sententiarum,dist.17.articulo 3.q.ult.
80 †Item debet confessio esse discreta,idest diuisa,& separata.Ita.n.
exponitur in c.cupientes,§.ad hæc,de elec.lib.6.& in l.ex hoc iu
re,ff.de iust.& iur.Debet.n.confitens confessionem suam bene
ordinare, & eam saltem diuidere in septem partes, sicut sunt se
ptem peccata mortalia,non autem simul,& confusè omnia cõ
81 fiteri.¶ Octauò† dẽt esse libens,i. uoluntaria,ex quo sequitur,ꝙ
82 coacta confessio nihil prodest.Licèt†.n.uoluntas coacta.uolũ-
tas sit,l.si mulier,ff.qđ metus cã,c.maiores,in fi.de baptis. tamẽ
ubi reqritur absoluta uoluntas,ibi debet interuenire oĩmoda li
bertas,c.cum locum,de spõsa.omnis ergo coactio,siue p̃cisa sit,
siue conditionalis, impedit effectum cõfessionis sacramentalis.
83 Ex quo elicio,† ꝙ non est par iõ meriti,& demeriti:nam uolun-
tas coacta violentia conditionali demeretur,c.j.15.q.j.& tamen
non meretur.Vel aliter,confessio debet esse voluntaria,idest ad
finem ordinatum facta,non ad finem malum,& peruersum. Nã
84 uoluntas† non potest esse,nisi ad bonum:aliàs si ad malum de-
clinet,non est uoluntas, sed concupiscentia, s̃m Pan.post gl.in
proç.Greg.in uersi.Rex pacificus, col.2.in fi.prin.seq. Nonò ue
recũda esse debet,quia qui erubescit pro Christo,dignus est mi-
sericordia. Dignus.n.est misericordia,qui spirituali labore petit
85 gratiam,c.quem pęnitet.de pęni.dist.j. Verecundia† enim signũ
est contritionis pęnitentiæ,nam uerecundia castigatam mentẽ
86 ostendit,l.j.C.de maiuma.lib.xj.& in adolescente†optimam spẽ
pollicetur,ut scribit Sene.ad Lucillum,lib.j. episto. ultima. Vel
87 debet esse uerecunda, quia † uerecundia delicti pœna est ma-
gna. Laborat enim mens patiendo, d.c.qnem pęnitet.Hac ra-
tione prohibitum est confiteri per interpositam personam, nã
qui per uos peccastis, per uos etiam erubescatis. Hac etiam
88 †ratione prohibitum est confiteri per scripturam, d.c.quem pę
nitet. Quod procedit etiam si peccator coram sacerdote uelit
scripturam legere, secundum Aret. & Fely.in c.de testibus col.
pen.de testibus reprobantes glo.in c.qualis,30.q.5.quæ contra-
89 rium tenuit. Mutus† tamen per scripturam, uel nutu,potest cõ
90 fiteri secundum Inno.in d.c.omnis.¶ An autem ignorans†idio-
ma possit confiteri per interpretem?uideretur, quòd sic, arg.l.j.
§.fi.ff.de uerbo.oblig.Contrarium tenent Theologi in 4.senten
tiarum, maximè Scotus quæst.ultima. quia potest confiteri per
91 signa,sicut mutus.¶ Decimò oportet,quòd† sit integra,& quòd
omnia,& singula peccata ꝯfiteatur. Nõ enim Deus nouit opus
92 imperfectum,c.si plures,de pœn.dist.3.¶ †Sed quæritur,an etiã
uenialia sint confitenda.gl.in c. unum orarium,in uer.quia fa-
cilè,25.distin.uidetur uelle,quòd non,tum,quia nullus pro ue-
93 nialibus damnari potest,tum† quia per orationem Dominicã,
per aspersionem aquæ benedictæ, per modicum ieiunium, uel
per eleemosynam dimittuntur, de consecra.dist.3.c. aqua,& de
pęniten.dist.4.c. de quotidianis, uel per extremam unctionem,
c.unico,de sacra unctio.Vel per Eucharistiam deuotè susceptã,
c.2.& c.cum omne,de consecr.dist.2. Vel per deuotam peccato
ris tonsionem, c. tres sunt, de pęni.distin. j. Vel per benedictio-
nem prælati,c.maledicam, & c.dictum,j.q.j.& no.in salutatio-
ne Sexti.¶ Sed Host.in Summa,de pęn.& remis.§.de quibus,di-
94 stinguit inter uenialia.nam† uenialium tria sunt genera,secun-
dum glo.in d.c.unum orarium,§.aliàs ea demum,in uersi.ligna.
Quædam enim sunt maiora,ut quæ iam in consuetudinem abie
runt. & hæc sunt confitenda: quia nullum est adeo ueniale, ꝙ
ex ꝯsuetudine non efficiatur mortale,d.c.unnm orarium,§.cri-
minis.Quædam sunt minora, & ista sufficit confiteri in genere,
d.c.de quotidianis.Quædam sunt minima,quæ in sola cogitatio
ne consistunt, & ad deliberatum consensum non perueniunt,
& ista delentur,& mundantur modis,quibus supra. ¶ Prædicta
uera sunt,nisi ex statutis suę professionis esset astrictus peccator
confiteri uenialia, uel nisi dubitet, an peccatum sit ueniale,uel
mortale,ut concludunt Theologi,maximè Claua.in sua Sum-
95 ma,§.confessio sacramentalis,uer.27. ¶† Integra etiam esse de-
bet respectu qualitatum criminis.Tenetur enim circunstantias
peccati exprimere,c. Deus qui, & c.omnis,§.sacerdos,de pœni.
& remis. Circunstantias dico, siue concomitantes siue allicien-
tes,c.j.de pęni.dist.5.Laudabile tamen est tacere circunstantias
quem speciem delicti nõ mutant, & audientem alliciunt ad tur
pitudinem,licèt delictum aggrauent. Item fatuum est confiteri
circunstantias, quæ ad grauitatem delicti nihil faciunt, secun-
96 dum B.Thomam, & cæteros,in 4.sententiarum.¶ † An autem
delicta nota confessori sint etiam confitenda? Videtur, quòd
non,quia rei demonstratæ frustra fit demonsttatio,l.j.in fi.ff.de
dote præleg,In contrarium est ueritas,quia delicta non sunt no
ta confessori, ut Deo, & iudici, nisi in foro pęnitentiali confi-
teantur, ergo sunt confessori in pęnitentia confitenda,cap.j. de
offi.ordi.& ibi Pau.l.illicitas, §.ueritas.ubi Bar.ff.de offi.præsid.
97 ¶ † An autem is,qui suppressit unum peccatum, teneatur ite-
rum omnia confiteri? Discordes in hoc sunt Doctores:sed omis-
sa relatione opinionum,illa est *communis*,quòd si confiteatur al-
teri sacerdoti, teneatur iterum omnia confiteri,secus si eidem,
secundum Arch.in cap. fina.in fi.de pœni.dist.3.Pan.in d.c.om
nis,in j.not.& in c. ex parte,eod.titu. Caueat tamen pœnitens,
ne diuidat confessionem ex malitia,ut quidam faciunt,qui con
siderantes magnam peccatotum suorum cõgeriem, erubescũt
omnia simul ꝯfiteri, & iõ partem uno tp̃e, partem alio tp̃e eidẽ

confitentur, nam talis confeſſio non prodeſt, qa non eſt pura,
98 & ſimplex, ut eſſe debet. † Vndecimò dēt eſſe ſecreta, ſi occulta
ſint peccata. de pę. diſt. j. c. non tibi dico, ut te in publicum ꝓdas
nam ſi peccatum occultum eſt, ſufficit illud in notitiam ſacer-
dotis referre, c. quem pęnitet, & c. ſeq. cā, & q̄ſt. aliàs fatuus repu
tatur, qui errorem ſuum publicè cōfitetur, c. ex literis, de diuor.
99 Exigitur† etiam, ꝙ ſit ſecreta ex parte ſacerdotis, qui non debet
cōfeſſionem reuelare, nam in foro confeſſionis mori debet pec
catum. Significatio. n. ſacramenti cōfeſſionis eſt ſignificatio oc
cultæ extinctionis peccati, unde qui reuelat, facit irritum ſacra-
mentum, ſecundum Theologos, ideo dicit tex. in d. c. omnis. Ca
ueat omnino ſacerdos, ne uerbo aut ſigno, aut alio quouis mo-
do prodat peccatorem, qđ ſi præſumpſerit reuelare, non ſolum
a ſacerdotali officio deponatur, ſed ad agēdam pęnitentiam in
arctum monaſterium detrudatur. ad idem text. in c. ſi ſacerdos,
de pęn. diſt. 6. ubi alia pęna de iure antiquo imponebatur, uideli
cet ultra depoſitionem cogebatur perpetuo peregrinari. Et in
100 tantum† ſecreta debet eſſe confeſſio, ꝙ ſi ſacerdos producatur
in teſtem, poterit ſecurè dicere ſe nihil ſcire, quia non ſcit, vt ho
101 mo, ſed ut Deus, c. 2. & ibi no. Pan. de offi. ord. Nec† cogi poteſt
ab Epiſcopo teſtificari ſuper his, quæ audiuit in confeſſione, c.
102 dilectus, de exceſ. præla. Et† ſi per Epiſcopum excommunicetur
non timeat cenſuras, quia non ligant, cum non ſciat, ut homo.
Nec tenetur obedire Papę præcipienti, ꝙ ſibi manifeſtet deli-
ctum confeſſatum in pęnitentia, ſecundum Pan. in d. c. dilectus.
103 quia † in hoc ſacerdos eſt Vicarius Chriſti ſpecialis ergo maior
eſt Papa Vicario generali, quo ad illam ſpeciem, c. ſtuduiſti, ff.
de off. leg. etiam ſi Papa diceret illud recipere in confeſſionem,
quia nemo debet delictum alterius in pænitentia confiteri, ut
104 ſupra dixi. ¶ † Sed quid ſi ſacerdos receptus in teſtem reuelaue-
rit peccatum ſibi ab altero in pænitentia confeſſum, an eius te-
ſtimonium fidem faciat? Reſpondeas, ꝙ non, quia alter non fuit
illi confeſſus, ut homini, ſed ut Deo, ſecundum Bald. & Pau. de
Caſt. in l. Archigerontes, C. de epiſ. aud. quem ſequitur Fel. in c.
105 j. col. j. de except. ¶ † Sed quid ſi aliquis exiſtens poſt parietem,
uel a caſu pertranſiens audiuerit confitentem in pænitentia ſa-
cerdoti, an ipſius teſtimonium probet aliquid contra confeſ-
ſum? Tindarus in ſuo dialogo de teſti. char. 20. determinat, quòd
non, ſequitur Fely. in d. c. j. Iſtud dictum urgenti ratione nō fun
datur, quia audiens a caſu, non audiuit, ut Deus. Et licèt audi-
uerit confitentem in foro pęnitentiæ coram Deo, hoc ſolum nō
uidetur tollere fidem dicto teſtis aliàs integri. Sed honeſtum ui-
detur, ꝙ tali non credatur, ne detur occaſio malis ſacerdotibus
ſupponendi teſtes poſt parietem, qui audient, & poſtea reuelēt.
¶ Ex præmiſſis redditur dubitabile dictum Bar. in l. j. §. huius, ff.
106 de iuſt. & iure. ubi Bar. dicit, ꝙ† ſacerdos, quia eſt perſona publi-
ca, poteſt ſtipulari pro abſente reſtitutionem uſurarum. Quæ ſti
pulatio prodeſt abſenti, cui uſuræ extortæ fuerunt, nam iſtud ui
detur falſum, cum non credatur ſacerdoti de confeſſatis in pę-
nitentia, & hac ratione motus d. Iaſ. ibi dixit dictum Bar. non eſ
ſe uerum. Sed tu dicas, ꝙ dictum Bar. eſt ueriſſimum. in primis
poteſt procedere, qñ ſacerdos ſtipulatur extra pęnitentiam. Vel
pōt intelligi, q ñ aliqs in pęnitentia cōfitetur delictū notorium,
& promittit ſacerdoti ſtipulanti pro abſentibus illis ſatisfacere.
Ita ꝓbat tex. alleg. ꝑ Bar. in c. q̄q̄, de vſuris, li. 6. q loquitur in vſu
rario manifeſto. Et ſm legem allegatam dēt intelligi dictum Do
cto. ſm Bar. in l. in ambiguo, ff. de reb. dub. Vel intelligendo di-
107 ctum Bar. gñaliter, rñdeas, ut ſtatim ſubijciam. † Sit ergo cōclu-
ſio, ꝙ non creditur ſacerdoti teſtificanti de his, quæ ſibi dicta
fuerunt in pęnitentia. Fallit in caſu notorio, per ea quæ ſtatim
dixi. Fallit ſcđo in cauſa mrīmoniali, ſm gl. ſing. in c. tua nos, in
uerbo, conſtiterit, de ſpōſa. quam ad hoc dixit ſingularem Lud.
Ro. in l. ſi non ſpeciali, C. de teſta. ſeqtur do. Iaſ. in d. §. huius ſtu-
dij, & in l. patre furioſo, col. 3. ff. de his, qui ſunt ſui, uel alieni iu-
ris. ubi dixit, ꝙ nullus Canoniſtarum unq̄ ponderauit dictā gl.
Sed certè nullus Canoniſta unq̄ eam ponderauit, qa illa gl. non
dicit hoc, neque ſenſit: nam illa gl. loqtur in foro pęnitentiali, in
quo cuilibet eſt credendū, c. ſignificaſti, de homici. Sed quantū
ad forum fori, mihi uī illa gl. ꝙ uelit ꝯrium. Et iſtud uoluit Papa
in d. c. tua nos, qui rñdet cuidam Epō in foro fori, qualiter tibi
conſtiterit, non uidemus. quaſi dicat, de animo, & propoſito in
mente retento, non uidemus qualiter tibi cōſtare poſſit. quaſi
dicat, nullo modo pōt tibi cōſtare, ꝙ falſum eſſet ſi ꝑ cōfeſſionē
ſibi factam in pęnitentia conſtare ſibi, ut iudici potuiſſet. Ter-
108 tiò fallit, ſi† accedat conſenſus eius, q fuit in pnīa confeſſus, nā
de ipſius ſcīa pōt ſacerdos reuelare cōfeſſionē, c. ſignificaſti, de
adul. ubi Pan. & alij no. & iſta eſt *communis* opi. ſm Fel. in c. teſti-
monium, col. xj. de teſti. qcqd dixerit Claua. in ſua Summa, q ꝯ-
riū tenet, & malè. Dēt tñ aduertere ſacerdos, ne ſociū criminis
manifeſtet, ut dr̄ in d. c. ſignificaſti, in uer. nomen adulteri cęlās,
& in iſtis terminis procedit dictum Bar. in d. §. huius ſtudij. nam
pænitens uī dare licentiam ſacerdoti ſtipulanti pro abſentibus
109 eiſdem ſtipulationem reuelandi. ¶ † Sed hic inſurgit dubitatio,
an credendum ſit dicto ſacerdotis atteſtantis ſe habuiſſe licētiā
reuelandi, ſi illa negaretur? Iſtā dubitationē reſoluit Lap. alleg.
94. dicens ſtandum eſſe dicto ſacerdotis, quantum ad euitādam
pęnam d. c. oīs utriuſque ſexus. ſeqtur Fel. in c. j. col. j. de excep.
110 † dicēs credēdum eſſe dicto ſacerdotis aſſerentis abſoluiſſe ex-
cōicatum ante mortem, quantum ad euitandum pęnam, cle. j.
de ſepul. Bene facit, qđ decidunt Hoſt. & Pan. in d. c. omnis. ubi
111 concludunt, † ſtandum eſſe dicto ſacerdotis negantis ſe audiuiſ
ſe reuelata in confeſſione, quantum ad euitandam pœnā illius
canonis. Ego arbitror, ꝙ iſta deciſio Lapi debeat ſanè intelligi,
uidelicet quando tertius negat ſacerdotem habuiſſe licentiam.
Secus ſi confeſſus negaret, aliàs pęna dicti cap. omnis, eſſet ludri
bioſa, qa eſſet in facultate ſacerdotis illam euitare, dicendo ſem
per ſe habuiſſe licentiam, qđ dicendum non eſt, ſm Pan. & Fel.
112 in ſimili, in c. inter cæteras, de reſcrip. † Item aduerte, in quantū
ſupra dixi, ꝙ magis creditur ſacerdoti dicenti ſe audiuiſſe extra
confeſſionem, quàm dicenti dixiſſe in confeſſione, quia uerum
eſt, niſi ex coniecturis poſſet iuſtificari ꝯrium, ſm dñm Card. in
d. c. omnis. inferens, ꝙ ſi ille eſſet proprius ſacerdos, & peccatū
eſſet alij occultum, probaretque dicees ſe dixiſſe in cōfeſſione,
ſe fuiſſe illi confeſſum, tunc ſm eum poſſet ſacerdos ſubijci tor-
turæ iuxta formam c. cum in contemplatione, de reg. iu. Quar-
113 tò fallit, ſi† ſacerdos egeat prudentiori conſilio, tunc pro conſi-
lio obtinendo perſona non nominata poterit peccatum reue-
114 lare. d. c. omnis, & c. officij, eod. tit. † Quintò ſacerdos in genere
poterit peccatum reprehendere exemplo Chriſti, qui reprehen
dit Iudam dicendo, unus ueſtrum me traditurus eſt, c. ſi ſacer-
dos, de off. ordin. Caueat tñ confeſſor, ne taliter loquatur, ꝙ de
115 perſona peccatoris poſſit apparere, d. c. omnis. ¶ Sed quid† ſi ali
quis confiteatur uelle interficere Titium, dicendo ſe non poſſe
reſiſtere uoluntati, an iſtud ſacerdos poſſit reuelare. Quidam, vt
refert Arch. in c. ſacerdos, de pœn. diſt. 6. tenent, ꝙ non. Sed ꝯriū
tenent Inno. & Pan. in d. c. omnis. quia hoc peccatum non dr̄ de
tectum in pœnitentia, cum peccator non habeat contritionē.
Item quia eſt committendum, non commiſſum: unde ad impe-
diendum debet poſſe reuelare. Imò Claua. in ſua Summa uult,
ꝙ ſacerdos teneatur reuelare ſub pœna peccati mortalis, ut ob-
uietur ſcandalo, & malo futuro. Sed Card. in d. c. omnis, credit li
cere, & dr̄e reuelare, dumtamen non prodat peccatorem. Et ſi
uidet fieri non poſſe, quin reuelando peccatum committendū,
non etiam reuelet peccatorem, dicit Card. ſacerdotem dr̄e om-
nino tacere. Quæ opinio placet, quando confitens ſe hr̄e animū
interficiendi Titium rogaſſet ſacerdotem, ut oraret Deum pro
eo ad finem, ut ea uoluntas auferatur ab eo; tunc quia aliquod
ſignum contritionis oſtendit, non crederem licere ſacerdoti no
minare peccatorem, aliàs ſtarem opinioni Inno. & ſequacium.
Sed quid ſi quis confiteatur laico, qđ licet aliquando, putà in ca
116 ſu neceſſitatis. An laico licebit† reuelare cōfeſſata? Cano. reſpō-
det *communiter*, ꝙ non, quia etiam ipſe ſcit, ut Deus, nō ut homo.
Ex quo ſequitur, ꝙ etiam ipſe cogi non poſſet ſuper his teſtifica
117 ri, per ea quæ ſupra dixi. † Sed quid ſi reuelarit, qua pęna ueniat
puniendus? Dubitatur, qa pęna d. c. oīs. per omnia non conue-
nit laico. Ideo Inn. & Card. reſpondet, ꝙ eſt mulctandus pęna ar
bitraria, arg. c. de cauſis, de offi. deleg. Inſuper quæro de quæſtio
118 ne, quam uidi in facto. † Mæuius peregrè profecturus depoſuit
certam pecuniarum ſummam penes Titium, cui fecit apochā,
per quam conſtabat, ꝙ ſi idem Mæuius peregrè moreretur, ꝙ il
lam pecuniam donabat eidem Titio. Mortuo Mæuio in pere-
grinatione, Titius oſtendit dictam apocham Sempronio amico
ſuo, petens ab eo, ꝙ ſub ſigillo confeſſionis omnia ſecreta tene-
ret: promiſit Sempronius, quia dicit ſe pro certo ſcire, ꝙ illa eſt
apocha ſcripta, & ſubſcripta manu dicti Mæuij, quæſitum fuit,
an ſtante monitorio generali publicato ad inſtantiam uenien-
tium ab inteſtato ad hęreditatem dicti Męuij teneatur Sempro
nius reuelare dictum depoſitum. Vī prima conſideratione di-
cendum, ꝙ ſic, quia ſcit Titium habere penes ſe dictas pecunias
ergo parere debet monitorio iuridice propoſito, c. is qui cum ſu
re, de furt. c. dilectus, & utrobique Pan. de exceſ. præla. aliàs non
propalando, duo delicta committit. Primum inobedientiæ, qa
non paret ſuo ſuperiori, c. 2. de maio. & obe. ſecundum falſitatis
119 quia tacens† ueritatem falſum committit, ſicut ſi falſum diceret
c. j. de crim. fal. l. qui teſtamentum, ff. de fal. Nec ob. ſi dicatur, ꝙ
Sempronius habuit ſub ſigillo confeſſionis, quia licèt ſibi dictū
ſit in ſecreto, & ſub ſigillo confeſſionis, non tamen ſibi fuit re-
uelatum, ut Deo, ſed ut amico affini, quo caſu dicunt Inn. Card.
120 Pan. & alij in dicto c. omnis, quòd† talis amicus poteſt cogi teſti
ficari, quia aliud eſt ſigillum confeſſionis, aliud ſigillum ſecreti,
& idem tenet Panor. in d. c. ſi ſacerdos, & in c. dilectus, & ita per
plura firmat Fel. poſt Panor. in c. intimauit, de teſti. & ita etiam
conſuluit Card. conſilio 38. Quidam habens unum filium. ¶ In
121 † contrarium, quòd non teneatur reuelare facit, quia ſciens a-
lium iuſtè, & debito iure rem detinere, non tenetur reuelare, ſe-
cundum Claua. in ſua Summa, §. furtum, uerſiculo 41. & licèt
122 ipſe non dicat, ſatis probatur: quia † edictum contra detinen
tes debet intelligi de detinentibus iniuſtè, aliàs eſſet noto-

riè

riè iniquum, & iniuſtum, & contineret manifeſtum iuris erro-
rem, quo caſu non ligat, c. per tuas, de ſent. excom. c. uenerabili-
bus, §. pen. eo. titu. lib. 6. c. cum contingat, ubi Pan. in pen. no. de
de offi. deleg. c. ab excommunicato, de reſcrip. Sed in caſu pręſup
poſito Titius licitè detinet hanc ſummam ſibi cauſa mortis do-
natam, ergo &c. Et dato ꝙ huiuſmodi ſcriptura fortè non ꝓbet
in foro fori, tamen in foro poli, & in foro cōſcientiæ, de quo quę
123 ritur, † omnes qui habet uoluntatem defuncti pro ſe, licèt nō ſo
lennem, poteſt ſibi relicta retinere, ſecundum Inn. & Cano. in c.
quia plerique, de immu. eccl. quem ſequuntur Bar. Alex. & Mo-
der. in l. nemo poteſt. ff. de lega. j. ¶ Secundò pro hac parte facit,
124 quia † edictum in genere contra ſciētes, intelligitur de his, qui
probare poſſunt, quod ipſi ſciunt, & denunciare iubentur, c. pla
cuit, 6. q. 2. c. ſi peccauerit, 2. q. j. c. plerunque 72. q. 6. glo. in c. ſi ſa-
cerdotes, de pœ. diſt. 6. & ita in ſpecie concludit Card. Alex. poſt
gl. in c. nerui. 13. diſt. allegans idem tenere S. Thomā. & idem te-
125 net Claua. in ſua Summa, §. denunciatio, uer. fi. nam † boni uiri
tacent, qđ probare non poſſunt. d. c. plerunque. Bene facit quod
126 decidit Fel. in c. de cætero, §. fi. de re iud. † Vbi concludit, ꝙ con-
ſtitutiones Epiſcopi, vel Papæ mandantes quibuſcunque ſcienti
bus aliquem tenere & poſſidere beneficium cum ſimonia, ut de
beant propalare ſub pęna excommunicationis latæ ſententiæ,
127 non ligāt ſcientes, qui non poſſunt fidem facere. Et ſciens, † pro-
ditionem tractatam contra Principem, quam probare non pōt,
ſi taceat non incidit in pœnam l. quiſquis, C. ad leg. Iul. maieſta.
ſecundum Ang. in tract. malef. & iſtam partem in caſu præmiſſo
latius conſulendo comprobaui. ¶ Ad contraria reſpondebam.
ad primum, ꝙ ſit parendum præcepto ſuperioris, patet ſolutio,
quia præceptū non intelligitur emanatum contra detinentes
iuſto titulo, nec contra ſcientes detentionem, quā probare non
128 poſſunt. Non † obſtat, ꝙ ſit falſarius, qui tacet verum, quia con-
cedo in eo, qui iurauit dicere veritatem, in alijs, non ſecundum
gl. in c. ne quis arbitretur. 22. q. 2. per quam ita dixit do. Iaſ. in l. j.
in fi. ff. ſi ex noxa. cau. aga. ¶ Non obſtat deciſio Innoc. & ſequa-
cium in d. c. omnis. quia concedo, ꝙ requiſitus, vt ferat teſtimo-
nium, tenetur dicere, quæ ſibi dicta ſunt ſub ſigillo ſecreti, ſed ta
men non tenetur denunciare. Aliud enim eſt denunciare, aliud
teſtificari. ¶ Duodecimò requiritur, ꝙ ſit lachrymabilis ex cor-
de, ut ſ̄. dixi: nam uera pœnitētia eſt dolor cordis & animæ ama
ritudò, c. ecce, de pœnit. diſt. j. Rugiebam, inquit Pſalm. a gemitu
129 cordis mei, de pœn. diſt. 3. c. ille Rex. ¶ Decimotertiò † accelera-
ta eſſe debet, quia neſcimus qua hora dn̄s noſter uenturus ſit.
Et quis ſcit, an adijciant hodiernæ craſtina uitæ, Tempora Dij
ſuperi? Acceleret ergo peccator, nec expectet, quando peccare
non poteſt. Arbitrij quærat libertatem, ut delere poſſit commiſ
ſa, non neceſſitatem. Quem. n. morbus urget, & pœna terret, ad
ueram uix uenit ſatisfactionem, ſ᷑m Augu. in lib. de pœnitentia,
tranſumptiuè in c. nullus, de pœn. diſt. 7. Si tamen ultimam ne-
ceſſitatem conſtitutus ad Deum cōuertatur per contritionem
& confeſſionem, Deus conuertetur ad eum: quia quacunq; ho-
ra ingemuerit peccator, amplius (inquit Dominus) iniquitatum
eius non reminiſcat, ſed vt dicit Aug. vix eſt, ut ad ueram perue-
niat pœnitentiam. Meritò Aug. dicere ſolitus erat, nō dico tibi,
damnabitur; ſed nec dico ſaluabitur. Vis ergo a dubitatione re-
ſolui, uis a peſte præſeruari, age pœnitentiā dum ſanus es: ſi hoc
agis, dico tibi, ꝙ ſecurus es, quia pœnitentiam egiſti, quādo pec-
care potuiſti. ſi autem uis agere pœnitentiam quando iam pec
care non potes, te peccata dimiſerunt, non tu illa, c. ſi quis, de pę
130 nit. diſt. 6. Et † propterea ſtatutum fuit, ꝙ quilibet teneatur ſe-
mel in anno confiteri, d. c. omnis. Monachi autem tenentur con
fiteri ſingulo menſe ſemel ſaltem, clem, ne in agro. §. ſanè, de ſta.
reg. Ex quo apparet, peccatorem non teneri illico poſt commiſ-
ſum reatum illum confiteri. Sunt tamen quidam caſus, in quib.
data opportunitate tenetur ſtatim confiteri, quos refert Claua.
in ſua Summa, §. confeſſio ſacramentalis, uerſic. 30. ¶ Decimo-
quartò fortis eſſe debet aduerſus uerecūdiam, quæ peccatori ta-
131 citurnitatem imperat. l. fi. ff. de fur. Hęc † enim verecundia, ſecun
dum Phil. 4. ſententiarum non conuenit uiris. ¶ Decimoquintò
132 † accuſans, & non excuſans, ut dixi in ſexto requiſito. Accuſans,
ſcilicet ſeipſum, non alios, ut faciunt loquaces fœminæ, quæ ui-
cinarum errores una cum ſuis enunciant, & malè, ut in 8. requi-
133 ſito deduxi. ¶ Vltimò debet eſſe parata parere. Nam † pœnitens
debet exhibere ſe paratum ea facere iubente ſacerdote pro reci-
pienda uita animæ, quæ faceret pro euitanda corporis morte, &
ea facere immortalis futurus, quæ faceret pro differenda morte
134 moriturus. c. conſideret, de pœn. diſt. 5. Datum enim † eſt a lege
ſacerdoti arbitrium iniungendi pœnitentias, c. menſurā, de pœ-
nit. diſt. j. c. tempora pœnitudinis, 26. q. 7. & ei conceſſa fuit pote
ſtas diſpenſandi contra canones pœnitentiales, ſ᷑m Pan. in c. at ſi
clerici. §. de adulterijs, col. 2. de iudicijs. Qui debet arbitriū ſuum
regulare ſ᷑m arbitrium boni uiri, & ex cauſa diſpenſare. Et dixit
135 Pan. in c. Deus qui, de pęnit. & remiſſio. ꝙ † ſacerdotes dn̄r co-
medere peccata populi, quia eorum orationes & bona opera va
lent ad remittendam pœnitentiam peccatorum, c. ipſi ſacerdo-
136 tes, 2. q. j. ¶ Sed quid † ſi ſacerdos inique arbitretur, uel ſine cau
ſa diſpenſet, an confeſſus erit tutus quò ad Deum? Gl. in c. men-
ſuram, de pęnit. diſt. j. quam ſequitur Pan. in d. c. Deus qui, diſtin-
guit, aut confeſſus credebat cōfeſſorem eſſe peritum, & erat pa-
ratus ſuſcipere iuſtam pœnitentiam, & tunc excuſatur. Aut ſcie
bat eum eſſe ignorantem, & tunc peccata dimiſſa erunt, ſed per-
ficiet in purgatorio condignam pęnitentiam. Idem tenuit gloſ.
in extrauag. antiquorum, in uer. confeſſus. quæ tenet confeſſum
fore abſolutum quò ad pœnam æternam propter fidem ſacra-
menti, licèt teneatur in hoc ſæculo, uel in purgatorio, facere de-
bitam pœnitentiam. ¶ Aduertat ergo ſacerdos, qualiter arbitrę
tur. Melius enim eſt redargui de miſericordia, quàm de ſæuitia:
nam ſi graue penitentiæ pondus impoſuerit, aut pœnitens reij-
ciet pœnam, aut ſuſcipiens, dum ſufferre non poteſt, ſcandaliza-
137 bitur, & magis ad peccata pronus erit, c. alligant, 26. q. 7. ¶ † Nec
auſteri ſint ſacerdotes in pœnitentia iniungenda, ut iuſti appa-
138 reant; ſed talem † imponant, qualem præſumant peccatorē poſ-
139 ſe peragere. c. 2. de pęn. & remiſ. vnde † reprehendendus eſt, qui
iniungit pœnitentiā peccatori, quam veriſimiliter arbitrari po-
teſt eum non facturum, c. pœnitentes, 50. diſt. quam ad hoc not.
Fel. in c. ſcribebam, de præſump. Ideo conſiderabit ætatem con-
fitentis, d. c. tempora plenitudinis. qualitatem ipſius, an delica-
140 tus ſit, an robuſtus, c. Deus qui, de pœnit. & remiſ. & ad † contri-
tionem diligenter aduertet, quia poſſet eſſe tanta, ꝙ abſolui poſ
ſet contritus & confeſſus abſque ulla ſatisfactione exterioris pę
nitentiæ, ſecundum glo. in c. baptiſmi uicem, de conſecr. diſt. 4. &
extrauag. antiquorum, de pœn. & remiſ. Hoſtien. & Pan. in d. c.
Deus qui, & Archi. in d. §. ſi ergo, 25. q. j. qui dicit ſe audiuiſſe a
Theologis, qui melius ſciunt, quàm iuriſtæ, quòd tanta poſſet eſ
ſe peccatoris contritio, quòd propter maximam creatoris miſe-
ricordiam peccator abſque ulla pœnitentia exteriori, & pœna
141 purgatorij vitam ęternam conſequi poterit. ¶ † Sed quid ſi ſacer
dos fuerit iniquè arbitratus, an poterit arbitriū reuocare, & aliā
iniungere pœnitentiam? Videtur ꝙ ſic, argum. l. quod iuſſit. ff.
de re iudic. In contrarium facit tex. in l. iudex poſteaquàm, ff. eo.
titu. ¶ Reperio gloſſ. in cap. quod ſuper his, in uerſic. impotens.
quam ibi ſequuntur dom. Anton. Pan. & *cōiter* alij, de uo. & uot.
redempt tenere, quòd poſſit reuocare, & pœnitentiam commu
142 tare, & ſic ſententia † confeſſoris uidetur interlocutoria, quia
poteſt reuocari, d. l. quod iuſſit. nam etiam in foro fori pœna po
teſt auctoritate Principis commutari. l. acta, §. de amplianda. ff.
143 de re iud. Quinimò † abſente confeſſore poſſet confeſſus nō ua
lens facere iniunctam pœnitentiam, propria auctoritate illam
commutare, cap. licèt, ubi Hoſtien. & Panorm. de pœniten. & re
144 miſſio. Nec † poteſt ſacerdos exigere cautionem a pęnitente de
adimplendo pœnitentiam, ad quam peragendam monēdi ſunt
peccatores, non cogendi, cap. fi. de tempo. ordi. niſi pœnitentia
publica imponatur pro manifeſto peccato, tunc exigi poterit a
peccatore pœnalis cautio, ſecundum Panormitanum, in c. lite-
ras, per illum textum, in pen. nota. de præſump. Et licèt iudex ſu
ſpectus poſſit recuſari. l. apertiſſimi. C. de iud. cap. cum non ſpe-
ciali, & cap. poſtremò, de appell. cap. quod ſuſpecti. 3. q. 5. tamen
145 in † foro pœnitentiali, ubi de pœnitentia iniungenda tracta-
tur non poteſt ſacerdos, ut ſuſpectus recuſari: quia ſi maiorem,
quàm debeat, pœnitentiam imponat, utile erit animæ peccato-
ris, ſi eam peragat: quod ſi peragere nō poſſit, illam peragat quā
ferre poteſt, ſecundum Gem. in cap. quia plerique, de offic. ordi.
146 lib. 6. inferens poſt Arch. quòd † Inquiſitores non poſſunt recu-
ſari, tanquàm ſuſpecti, quando agitur, ut imponatur pœniten-
147 tia pro peccato. † Et ubi agitur de imponenda pœnitentia, or-
do iuris, & iudiciorum ſolennitates omitti poſſunt, cap. cum I. &
A. ubi Fel, colum. 3. uerſicu. nota. 4. poſt Panor. de re iudi. ¶ Sed
iam ſatis arbitror patere qualiter vulnera ſint detegenda. Nunc
operæpretium eſt demonſtrare oleum uirtutis, & herbam ſalu-
148 tis. Optimi † mores ſunt oleum uirtutis, Matthæi 25. Prudentes
virgines acceperunt oleum in uaſis ſuis cum lampadibus. Oleū,
id eſt candidos mores in uaſis ſuis, id eſt in cordibus ſuis, cap. j.
149 de ſacr. unct. ¶ † Eleemoſina autem eſt herba ſalutis. Sicut enim
in præceptis medicinæ, medicamentum quidem herbas multas
accipit, unam autem dominatiſſimam. Sic in pœnitentia cæte-
ris potentior, & dominatiòr eſt herba, quam eleemoſinam dici-
mus: unde ſcriptura diuina inquit, date eleemoſinam, & omnia
munda uobis erunt, cap. medicamentum, de pœniten. diſtinc. j.
Ex his oleo & herba commixtis conficitur emplaſtrum. Non. n.
infirmo ſat eſſet eleemoſinis vacare, ſi multis iniuſtitijs deſerui-
ret, uel fortè linguam in detractionibus exerceret, aut alio uitij
genere animam macularet. cap. citius, de pœnit. diſtinct. 2. Am-
bo autem vnita, & ſimul incorporata optimum faciunt medi-
150 camentum. ¶ † Vniuntur autem, & incorporantur ieiunio,
151 quod mētem eleuat, uirtutem largitur & præmia. ¶ † O ſacrum
ieiunium, o abſtinentia uirtutum triumphatrix & Regina, tu
demones comprimis, tyrannos confundis, fortiſſimos ferarum
ungues excludis, leonum ora contundis. Magna eſt ieiunij, &
ſpecioſa militia, ſecundum Ambroſ. ieiunium mentes purgat,
ſenſum

ſenſum ſubleuat, carnem ſpiritui ſupponit, cor contritum facit humiliatum, concupiſcentiæ nebulas diſſoluit, libidinem extinguit, caſtitati lumen portat, verboſitatem non amat, humilitatem commendat, hominibus denique præſtat vitam beatam, ſecundum Auguſt. Vniuntur etiam & incorporantur domini timore, qui mortem & peſtilentiam non ſeruãtibus mandata minatur. Vnde alta voce cantat Pſalm. Initium ſapientiæ eſt timor Domini. Vel cogitatione mortis uniuntur. Recordare nouiſſi-
152 ma tua, & in æternum non peccabis. aſſidua † enim mortis meditatio, ſumma eſt philoſophia. Mortis commemoratio omnia mundana oſtendit eſſe uana.

Quid pius Aeneas, quid diues Tullus, & Ancus?
Puluis & umbra ſumus.

Dicas quæſo, (inquit Bernar.) ubi ſunt amatores huius mundi, qui ante pauca tempora nobiſcũ fuerunt? Conſidera quid ſint & quid fuerint, nihil ex eis remanſit, niſi cineres, & uermes: homines tamen fuerunt, ſicut tu, comederunt, biberunt, riſerunt, duxerunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferos deſcenderunt. Quid profuit breuis lætitia, inanis gloria, mundi potentia, carnis uoluptas, falſæ diuitiæ, magna familia, mala concupiſcentia? ubi riſus, ubi iocus, ubi iactantia, ubi arrogantia? De tanta lætitia, quanta triſtitia, poſt tantam uoluptatem, quanta miſeria; nihil eis accidit, quod tibi accidere non poſſit, quia homo es, homo de humo, & limus de limo. ¶ Iam, ut arbitror, cognoſcitis oleum uirtutis, & herbam ſalutis. Iam, ut credo, didiciſtis incorporare emplaſtrum. Reſtat, ſi vultis a peſte liberari, quòd ſuper apoſtema emplaſtrum imponatis, non amouendum donec in hac infirmitatum ualle permanſeritis. Perſiſte, ait Auguſti. & bonam uitam, quam accepiſti, tenere non deſinas, propoſitum bonæ uitæ conſerua iugiter: nam qui perſeuerauerit uſque in finem, ſaluus erit, Matthæi 10. Qui autem emplaſtrum iſtud a ſe amouerit, proculdubio peribit. Niniue, prædicante Iona, meruit ueniam. Sed quia iterum ad uomitum rediit, paſſa eſt ruinam, cap. ſicut, de pœniten. diſtinct. 3. Agamus itaque pœnitentiam, conuertamur ad dominum, qui ſanat contritos corde, & ipſe liberabit nos a peſte, nec amplius patietur flagellum appropinquari tabernaculo noſtro. Longitudine dierum replebit nos, & tandem ſi manſerimus in Chriſto, & uerba ſua ſeruauerimus, videbimus gloriam Dei, & Regnũ poſſidebimus paradiſi. Vbi ſenſus, amicitia, concordia, plena poteſtas, pax ſecura, decus & gaudia ſunt animabus. Et ubi corpora Sanctorum fulgebunt fortia, pulchra, libera, ſana, ſita, ſine fine manentia læta, de pœniten. diſtinct. 4. cap. ſi ex bono, §. denique, & §. fina. Laus Deo, & eius immaculatæ genitrici, cuius interceſſione dignetur omnipotens & miſericors Deus nos a peſte, & omni malo defendere.

F I N I S.

Series Chartarum.

A B C D E F G H I.

Omnes ſunt Quaterniones, Præter I, Duernionem.

A 17288842

58

[illegible]

Sancto

[illegible]

T. 2

colorchecker CLASSIC
mm
calibrite